TRACTATVS DE POTESTATE IN SEIPSVM.

Authore

D. BALTHASSARE GOMEZIO DE AMESCVA I. C. TOLETANO,

Nunc denuò in lucem editus, & à multis erroribus ob purgatiorem studiosorum lectionem accuratissimè expurgatus.



MEDIOLANI.

Apud Hieronymum Bordonum. M. DC. IX.

NOSCE TE IPSVM.

Diuus Paulus ad Galat. cap. 6. ℣. 1.

Considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

QVæcunque in hoc libello dixi, ac alibi vnquam dixero, submitto censuræ Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. Quod si quid excidit, vel exciderit, quod aliquo modo eidem Sanctæ Ecclesiæ aduersari videatur; id totum reuoco, damno, & detestor, ac in omnibus, & per omnia me conformem profiteor fidei, & doctrinæ prædictæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. vt in cap. hæc est fides. 24. quæst. 1.

APPROBATIO.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus Consultor Sancti Officij pro Reuerendissimo Inquisitore.

Aloys. Bossius Canonic. Ordinar. Theolog. pro Illustriss. Cardin. Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

PERILLVSTRI
D. D. PAPIRIO
CATANEO

In Excellentiss. Mediolani Senatu dignissimo Senatori, ac Domino nostro Colendissimo.

Hieronymus Bordonius, ac Petrus Martyr Locarnus. S. P.

EX mari, vnde exeunt, redire flumina, notissimum est omnibus; & nos hoc permoti exemplo, seruituti tuæ quamstudiosissimè addicti, Librum hunc de POTESTATE IN SEIPSVM ab humanitate tua, posteritati consulente, nobis, vt typis mandaremus, traditum, eidem tuæ humanitati reddere decreuimus. Non erit accusandus in hac electione noster animus, quippe qui, vel ob ipsius tantùm materiam, perillustre, ac pereximiũ hoc opus necessariò dicandum esse tibi cognouerat; cui non ingratum etiam fore putauimus, cum & Imperatoria quoq; dignitate dignum aliquando existimatum sit. Et cui magis illud conuenire videbatur, quam tibi; cum in ipso, tanquam in non mendaci speculo, singulas animi tui dotes omnino intueri, ac contemplari possis? Nam, si qua ratione sensus nostros liberè vagantes, ac perturbationes in mente concitatas coerceamus, in ipso opere edocemur, &

† 2 quasi

quasi lucem accipimus, qua tenebras, quibus ob varios rerũ occursus animus offunditur, discutiamus, hoc ipsum à singulari tua virtute, ac prudentia tota Mediolani ciuitas planè edidiscit. Et cum inter eos, qui viuunt, nullus penè sit, qui motus proprios ira sciat reprimere; quin si ingens animo exoriatur tempestas, vires ex parte debilitatas, nec dicã aliquando penitus fractas, sentiat; tu quidem in hoc adeo excellis, vt nescio quid tibi diuinitus infusum nemo non existimet; cum non teipsum minus sub perfectæ rationis dominio conseruare, quàm alios in domandis semetipsis erudire assuescas. Hanc ob rem ad sublimem in hoc Senatu Mediol. Excellentiss. gradum euectum te fuisse credendum est; in quo tanta cum laude, ac existimatione eluces, vt veluti lumen, ac numen quoddam & incredibilem vniuersæ Vrbi splendorem, & non mediocrem ciuibus vtilitatem, ac commodum nunquam non afferas. Vnde fit, vt ad tuam benignitatem, in quacumque illis obseruante fortuna, plurimi continuo confugiant, & ab ea in magnis rerum suarum periculis præsens remedium, ac totam sæpissimè salutem reportẽt. Quod cum omnes maximo amoris, àc obseruantiæ vinculo tibi obstrinxerit, ita quam strictissimo nodo humanitati tuæ nos deuinxit; præsertim cum ab ea non tuo tantùm patrocinio donati, sed singularissimis etiam beneficijs affecti fuerimus, Quorum cum non immemores, saltem officiosa voluntate, velimus esse; idcirco hoc opus, tanquam verum nostræ erga te deuotionis testimonium nomini tuo consecramus. Illud autem vt, qua soles læta fronte, accipias, quemadmodum summis te precibus rogamus, sic rogamus etiam toto animi affectu D.O.M. vt tibi pro maximis tuis meritis fęlicitatum omnium concedat incrementum. Mediol. ex Bibliotheca nostra die *16.* Februarij, *1609.*

DON FRANCISCI DE ALEXANDRO ET MERVLA,

Sacræ Theologiæ Doctoris Eximij Carmen ad Lectorem.

QVa celsum Hesperias inter caput extulit vrbes,
Auriferique Tagi liquidis circumsonat vndis.
Iure sibi plaudat, tantoque assurgat alumno.
Cui pietate parem, ac virtutum insignibus, vllum
Haud quaquam Ausonias Hispania misit ad oras.
Parthenope dudum experta est, nunc ipsa Triquetra,
Iura vbi dat populis, & legum flectit habenas,
Integritate, fide, ac iusti moderamine, & æqui.
Sic, vt quæ quondam terris Astræa relictis
Fugit ad astra, iterum terras inuisat, AMESCVA
Vindice iustitia, legumque antistite tanto.
Nec vero iuri dicundo, ac rebus agendis
Tantum ille eximius, studijs inglorius idem,
Quin, quantum ingenio, quantum multiplice rerum
Cognitione viget, doctrinaque eminet omni,
Quantus & eloquij cultor, fandique magister,
Hoc opus egregium specimen tibi præstat abundè;
Quamquam inter turbas, & mille negotia, necdum
Extrema affectum lima. Quo gratia maior
Autori referenda, graui qui pondere pressus
Officij, & strepitu curarum, æstuque forensi
Iactatus, tamen à libris auertere nunquam,
Aut laxare animum potis est; noctuque, diuque
Aut scripta euoluens sapientum, aut propria tudens.
Nec genio indulgens aliquid, nec inertibus horis
Otia transmittens, somnovè, epulisvè profusis.
Discendi tantum, laudisque, aliosque iuuandi
Incensus studio, & mentem dulcedine captus.
Quare age, præclarum quod nunc tibi munus AMESCVA
Profert de locuplete penu, maiora daturus,
Accipe fronte hilari, complexuque assere toto,
Et lege, & expende, & censeto æquusque, bonusque.
Quippe feres operæ pretium, & lætabere lecto.

DI

DI DON LVIGI DE HEREDIA

SONETTO.

POI che (sparso d'amor) l'eterna Mente
Nobil idea, nel suo bel grembo scerse
Fiamme intorno spirò, leggiadre e terse
Ond'è vaga la terra, il Sol lucente.

E di desio, di maggior opra ardente,
Ne l'edificio humano i rai conuerse,
E thesori, e bellezze al mondo aperse,
E la vita spirò, che intende e sente.

Nobil AMESCVA hor voi scoprite espresso,
Chiaro testor di luminose carte
Quanto l'huomo à ragion possa in se stesso.

Così natura le sue glorie sparte
Lieta rimira, e per voi solo spesso
Seco gareggia l'eloquenza, e l'arte.

CA-

CAPITA LIBRI PRIMI.

CA-

CAPITA LIBRI SECVNDI.

IN-

INDEX QVÆSTIONVM.

Cap. I. II. III. & IV.

Quid

Cap. XXII.

Cap. XXIII.

LIBER SECVNDVS.

Cap. I.

Quid

Cap. XV.

Cap. XVI.

Cap. XVII.

Cap. XVIII.

Cap

Cap. XXIV.

LEGES EXPLICATÆ.

Ex iure ciuili.

LEGES EXPLICATÆ

Ex iure canonico.

22. numero 23.

C. 1. de cler. pugn. in duell lib. 1. cap. 20. num. 5

Ex iure Regio.

L. 11. tit. 7. partita 3. lib. 1. c. 19. num. 32. & 33

L. 3. tit. 13. parti. 5. lib. 2. cap. 14. numero 36

L. 24. tit. 1. parti. 7. lib. 1. cap. 23. nume. 27. & 39

L. 5. tit. 31. parti. 7. lib. 1. cap. 23. num. 40

L. 2. in proœmio fori iudic. lib. 2. cap. 23. num. 23

L. 9. tit. 13. l. fin. tit. fin. lib. 8. ordinam. lib. 1. cap. 23. num. 40

L. 8. tit. 1. lib. 1. Recopil. lib. 1. cap. 11. numero 9

L. 8. tit. 23. lib. 8. Recopilatio. lib. 1. cap. 24. num. 1.

FINIS.

TRACTATVS

DE POTESTATE IN SEIPSVM.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA EX CAPITE SEQVENTI.

1 Neminem esse dominũ mẽbrorum suorum, axioma vulgatum.
2 Malus est seruus, qui se tentat occidere.
3 Milites, qui sibi manus inferunt, puniuntur.
4 Qui se castrandũ præbet, punitur.
5 Nemo pacto se facit seruum.
6 Homo liber non datur in pignus.
7 Suspendiosi lugeri non solent.
8 Nemini licet se occidere.
9 Homo non est dominus vitæ suæ.
10 Sed solus Deus.
11 Ea, quorum quis est dominus, debet posse consumere.
12 Dominium in hominem liberum non est in rerum natura, & numero 13.
14 Actio, & passio non possunt esse in

CAPVT PRIMVM.

Quibus iuribus, quibuſue rationibus vulgo perſuaſum ſit, neminem ſui corporis poteſtatem habere.

1 Vix in vniuerſo iuris Oceano reperire licet axioma, vel magis tritum, vel magis in rem velut iudicatam tranſactum, quam illud, quod habet, neminem eſſe dominum membrorum ſuorũ: quod in ore omnium quotidie verſatur: deſumptum ex l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquili. quo loci inſeruit Tribonianus verba Vlpiani. I. C. libr. 18. ad edictum ſic ſcribentis, *liber homo ſuo nomine vtilem Aquilia habet actionem, directam enim non habet, quoniam dominus membrorum ſuorũ nemo videtur;* quibus verbis vulgo creditur, perſpicuè dixiſſe Vlpianum, neminem in corpus ſuum poteſtatem habere; ad quod ſæpè allegatur, vti notat Alberic. ibi num. 2. & regulam eſſe vulgatam ait Hippolyt. Singul. 651.

2 Idem creditur ſenſiſſe idem Vlpia. lib. 1. ad edictum ædiliũ curulium, vti refertur in l. cum autem 23. §. excipitur & ille. ff. de ædilitio edicto, vbi ſcribit in hæc verba: *Excipitur & ille, qui mortis ſibi conciſcendæ cauſa quid fecit, malus enim ſeruus creditus eſt, qui aliquid facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat, vt puta ſi laqueum torſit, ſi medicamentum pro veneno bibit, præcipitemuè ſe ex alto miſit, aliudue quid fecit, quo facto ſperauit mortẽ peruenturam, tanquam nihil nõ in aliũ auſurus, qui hæc aduerſus ſe auſus eſſet.* Ita enim cum Duareno, & Contio legendum puto, & non vt in vulgatis codicibus, *non nihil.*

3 Decretum etiam Imperatoris Hadriani videtur idem voluiſſe, vti referunt Paul. I. C. libro 5. ſententiarum, & Arrianus Macer. lib. 3. de re militari relati. ille in l. ſi quis aliquid, 38. §. fi. ff. de pœnis. iſte in l. omne delictum, 6. §. qui ſe vulnerauit. ff. de re milit. & Paul. ſcribit in hæc verba: *Miles, qui ſibi manus intulit, nec factum peregit, niſi*

nisi impatientia doloris, vel morbi, luctusuè alicuius, vel alia causa fecerit, capite puniendus est, aliàs cũ ignominia mittendus est. Arrianus autem in hæc: *Qui se vulnerauit, vel alias mortem sibi consciuit, Imperator Hadrianus rescripsit, vt modus eius rei statutus sit, vt si impatiẽtia doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, nõ animaduertatur in eum, sed ignominia mittatur, si nihil tale prætendat, capite puniatur.* Cur.n. iste punitur, nisi quia actum agit prohibitum? idq; qua alia ratione si medullitus introspiciatur, nisi quia sui potestatem non habet? Nam eorum, quæ in nostro dominio sunt, liberum est arbitrium nostrum, vt etiã vel in mare proijcere, vel perdere liceat. l. in re mandata. C. mand. l. Mænius. ff. de conditio. & demonstrat.

4 Neque absimile est edictum Neruæ Imperatoris, qui, referẽte Dione, vetuit, ne quis inuitum, volentemuè castraret, quod idem edixit Hadrianus, vti retulit Vlpia. lib. 7. de offic. proconsf. relatus in l. 4. §. fin. ad leg. Cornel. de sicar. vbi ait, *nemo enim liberum seruumuè inuitũ sinentemuè castrare debet, nec quis se sponte castrandum præbere debet; at si quis aduersus edictum meũ fecerit, medico quidem qui exciderit, capitale erit: item ipsi, qui se sponte castrandũ præbuerit* Quod etiam prius sanxerat Domitianus, vt aiunt Dio. & Sueton. c. 7. Martialis lib. 6. epig. 2.

5 Neq; solum in hoc nemo sui dominus est, verum neque in alijs, vt Galien⁹, & Valerianus rescribunt in l. nec si volens. 7. C. de liber. caus. *nec si volens* aiunt, *scripsisses, seruum te esse nõ liberum, præiudicium iuri tuo aliquod comparasses: quanto nunc magis, cum eam scripturam dare, compulsum te esse testaris.* Similis est tex. in l. liberos. eod. tit. Nemo ergo volens potest se seruum validè scribere. Licèt autem possit quis ad pretium participandum pati se venire: oportet quasdam obseruare solemnitates, quibus nõ obseruatis, nihil aget.

6 His finitimum est, quod non posset in homine libero pign⁹ constitui. l. ob æs. & Authentica imò. C. de actio. & obligat. l. qui liberos. C. quæ res pign. oblig. poss. l. fin. ff. eod. ti. Auth. vt nulli iudic. §. quia verò. coll. 9. & in c. 2. de pignoribus.

7 Inde cautum est, ne suspendiosi, vel qui manus sibi intulerunt, lugeantur: vti ex Vlpia. lib. 6. ad edictum refertur in l. liberorum, 11. §. non solent. ff. de his qui notat. infam. in hæc verba, *non solent autem lugeri, vt Neratius ait, hostes, vel perduellionis damnati, nec suspendiosi, neque qui manus sibi intulerint, non tædio*

vitæ, sed mala conscientia.

8 Enimverò ius Diuinum, & Canonicum non semel nos admonet, nemini fas esse seipsum occidere. cap. displicet, 22. q. 4. cap. si non licet. cap. tu dixisti. cap. non est nostrum. 23. quæst. 5. cap. ex parte, el 2. de sepult. cap. sceleratior. de pœnit. dist. 3. ex quibus consequens fit, neminem in seipsum potestatem habere.

9 Ex quo deducunt Theologi communiter, quòd homo non est dominus vitæ suæ, ita tenēt S. Thomas in 1.2. quæst. 73. art. 9. ad 2. & in 22. quæst. 59. art. 3. ad 2. & q. 64. art. 5. ad 1. & 3. Caiet. in 22. q. 73. artic. 2. & q. 150. artic. 2. & quæst. 154. art. 6. Victoria in Relectione de homicidio. nu. 23. Soto lib. 4. de iustitia, & iure, quæst. 2. art. 3. Gregor. de Valentia Tomo 3. disp. 5. q. 8. punct. 2. col. 3. vers. quod autem in hac ratione sumimus. & latius q. 10. punct. 1. q. 3. Michael Salon in 22. sub qō. 61. in tracta. de dominio, q. 3. artic. 2. concl. 2. Aragon. in 22. q. 62. in tracta. de domin. in 3. conclus. de obiecto. folio 145. & quæst. 64. artic. 5. ad 2.

10 Pro quibus facit primò, qđ solus Deus est dominus vitæ, Deuter. cap. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam.* Sapientiæ ca. 16. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.* 1. Reg. cap. 2. *Dominus viuificat, & mortificat, deducit ad inferos, & reducit.*

Secundò, quod eorum quis est dominus, quæ potest adquirere, sed vitam nemo potest acquirere, quia est donum Dei, ergo illius non est dominus.

11 Tertiò, quia quorum quis est dominus, debet aliquando posse ea consumere, & perdere. l. in re mandata. C. mandati. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. sed vitam suam nemo potest consumere, & perdere: cap. si non licet. 23. q. 5. ergo illius dominus non est. text. in l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. vbi Bald. ante num. 1. notat, eos qui nō possunt alienare, non posse veros, & perfectos dominos appellari. Molina. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 19. num. 1.

12 Sed ad rem nostram, adiungi possunt rationes non pœnitendæ. Tum quòd dominium in homines, introductum est à iure gentium quoad bello captos, ne occidantur. l. libertas. §. serui ex eo, ff. de statu hominum. §. serui autem. inst. de iure personat. l. 1. tit. 21. par. 4. Vnde quoad liberum hominem, qui nullo bello captus est, neque ex captis procreatus, dominium hoc nondum est in rerum natura: cùm à iure gentium

nium non fuerit hoc casu intro ductum.

13 Tùm quod ius gentium dominium hoc introduxit, ita, vt quis alieno dominio subijcere tur, non proprio. vt constat ex diffinitione seruitutis, quæ est, constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra na turam subijcitur. d.l. libertas, §.seruitus, & §.seruitus, inst. de iure personarum.

14 Tùm quòd sui dominus esset etiam seruus, & actio, & passio reperirentur in eodem subiecto: contra regulam tex. in l. Vranius. ff. de fideiuss. l. qui hominem, §. quidam. ff. de solut. cap. debitum de Baptismo. c. per vestras, de iure patron. nemo enim imperare potest, & parere. l. pen. ff. de arbitr. l. 24. tit. 4. part. 3. quo fit, vt non valeat stipulatio serui, qui seipsum sibi ipsi dari stipuletur, quia impossibile est, quòd inter seruum, & dominum nō detur discretio, l. 2. ff. de stipulat. seruorum, & ideò seruus non dici tur esse in peculio suo, quia sui ipsius non potest vlla superioritas dari, tex. in l. depositi. 39. §. Stichus, ff. de peculio.

15 Tùm quod membra hominis partes sunt, ideò non possunt à penditia, & accessoria hominis appellari, l. quæsitum, 12. §. cellarium. ff. de fundo instruct. coniūcta l. fructus pendentes, ff. de rei vend. cum simil.

16 Tùm quod liber homo non est in commercio hominum, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligati. l. 22. tit. 11. par. quinta, ideò possideri non potest ab alio, l. cum hæredes. §. fina. ff. de acquiren. possess. ac eodem modo, neque à seipso, neque enim aliud quam hominem liberum possideret, qui seipsum possideret. Et quē admodum non dicitur esse in aliorum bonis, l. qui filios. C. quæ res pign. obliga. poss. ità neque in bonis suis esse dici potest.

17 Tū quòd nemo sibi ipsi, sed Reipublicæ nascitur, cui non potest ciuem, & membrum subtrahere, neque in eum ius aliquod exercere: quod Rempublicam priuet ciue suo. Aristo. libr. 5. Æthicor. cap. 11. S. Tho. 22. quæst. 64. artic. 5.

Adeò tamen vera sunt, quæ superius diximus, neminem esse vitæ suæ dominum, sed solum Deum: quod neque Respublica domina est vitæ, sanguinis, aut membrorum ciuiū.

18 In qua quæstione tametsi partem affirmatiuā, quod Respublica sit domina vitæ ciuiū, sępè Decius in capit. secundo, de constitutio. in secunda lect. numero vigesimonono, & in capit. iurauit, num. vigesimosexto, de probat. & in l. inuito.

nu 4.ff.de reg.iur.& in l.si quis id quod, num.24. ff. de iurisd. omni. iudi. & in l. si fugitiui, num. 101.C. de seru. fugit.nec dissentiat Arnaldus Albertin. in Rep.c.quoniam, de hær.lib. 6.quæst.8.sub nu.6. idemq; velint post Cynum Christoph. Porti.num.8.Aldobrandin. nu. 6.in §.serui autem,inst. de iure person.

19 Qui Allegant Bartol.in l.Titio centum,§.Titio centum, el 2.sub nu.3.vers.3.ratio,ff.de cō dit.& demonstr.vbi tamen Bartol.non dicit, quod Respublica habet dominium, sed quod habet iurisdictionē in quemlibet hominem, & inter dominium, & iurisdictionem multū interest: vt in alio proposito dicunt Bald.in cap.1.§.si quis. nume.2.per tex.ibi, quib.mod. feud.amit.& in l.à procuratore. nu.2. C.mandat. Doctor. in c.si diligenti. de præscript. & alij alibi.

20 Allegat etiam Deci. Bart. in l.si quis reum. ff.de custod.reorum.opinor quatenus Bart.ait, quòd fidei iussor in causa criminali non potest se obligare ad pœnā corporalē, per illum tex.sed cōmentarienses lex ad pœnam corporalem obligat, l. milites. illo titulo l.ad cōmentariensem,C.eod.verū Bart.nihil minus vult,quam ꝙ colligit Decius,obligat enim ad pœnā lex,puniendo delictū cōmentariensis negligenter custodientis reum, non quia sit dominæ corporum,sed quia regit,& gubernat; nam & aliàs ipse delinquens dicitur se subdere pęnæ,l.Imperatores, ff.de iure Fisci,ad quam tamen se non posse obligare constat.

21 Posset etiam pro Decio adduci Bald.in c.1. §.damna, nu. 4.de pace Constantiæ, dum ait consuetudinem habere potestatem in sanguinem hominis, per text. in l. secularij. §. sunt quædam, ff. de extraord. crim. sed neque ille text. hoc dicit, cùm solum dicat,quædam delicta in quibusdā prouincijs frequentari,& ideò in eis puniri; quæ nisi ex praua cōsuetudine illius, non videntur delicta: neque si id diceret,possent intelligi illa verba, habere potestatem, idest dominium, sed idest iurisdictionem.

22 Nihilominus in contrarium, imò Respublicam non habere dominium vitæ, membrorum, nec sanguinis ciuium,est receptior, & verior sententia. Ità aiunt, & melius Soto, lib.4. de iustitia,& iure,q.2.art.3.concl. 2.& lib.5.q.1.art.5.col. 4. Aragon.in 22. q.64. art.5. in solut. ad 2.& in q.62.in tract. de dominio, q.62. fol.146. concl. 2. Lud.Mol.de iust.& iur. tract.1. disp.11.Michael Salon in 22.q. 61.in

81. in tract. de domin. q. 3. art. 3. è nostris Rolan. à Valle cons. 20. num. 23. lib. 3. Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 21. vers. quinto his refragatur, & nu. 23. sentit etiam Bald. nu. 6. in Auth. sed omnino, C. ne vxor pro marito.

23 Quorum sententia verissima est, quia Respublica non potest pro libito abuti vita ciuium, sed solum tueri, & defendere, & iniquos plecti. Aristot. libr. 5. Ethic. c. 11. & 3. Politic. c. 11. & multis probat Minchaca lib. 1. controuer. Illustri. c. 1. nume. 10. cum seq.

Summaria ex capite sequenti.

1 *Diffinitio libertatis ostendit potestatem in seipsum.*
2 *Et præcepta iuris.*
3 *Iniustitia non committitur respectu sui.*
4 *Consentienti non fit iniuria.*
5 *In pignus se dare quisque potest.*
6 *Et seipsum vendere quibusdam obseruatis.*
7 *Minor aduersus sui venditionem nõ restituitur.*
8 *Seruitus grauior morte.*
9 *Sacræ literæ agnoscunt venditionẽ sui.*
10 *Potest quis se facere adscriptitium hominem alterius.*
11 *Potest laicus se subijcere aduersarij voluntati, & aliquot percussionibus fustium.*
12 *Pacto se facit quis religiosum.*
13 *Religiosus ad districtiorem peruenit seruitutem.*
14 *Non habet velle nec nolle.*
15 *Nec liberum arbitrium.*
16 *Et pro mortuo reputatur.*
17 *Nec literas legere potest sine licentia Prælati.*
18 *Vir sui corporis potestatem non habet, sed vxor, & è contra.*
19 *Coniux coniugẽ vendicare potest.*
20 *Et ad exhibendum agere.*
21 *Et manus iniicere.*
22 *Per liberum arbitrium homini potestatem in seipsum dedit Deus.*

CAP. II.

Omni iure quemque potestatem habere in corpus suum, præterquam quoad iure prohibita.

CÆterum inueterata scribẽtium persuasio non me terret, quin audeam è tenebris vindicare veritatem, & longo velut postliminio in proprias sedes restituere. Etenim qui absolutè constituunt, neminẽ in se ipsum potestatem habere, regulam proponentes negatiuam: efficiunt, vt præter casus in iure expressos, cætera non liceant. Cùm è contrario dicendum sit, omnia hominibus in seipsos licere, quæ expressim prohibita à iure non sunt: constituendo regulam affirmatiuam.

nu 4.ff.de reg.iur.& in l.ſi quis id quod, num.24. ff. de iuriſd. omni. iudi. & in l. ſi fugitiui, num. 101.C. de ſeru. fugit.nec diſſentiat Arnaldus Albertin. in Rep.c.quoniam, de hær.lib. 6.quæſt.8.ſub nu.6. idemq; velint poſt Cynum Chriſtoph. Porti.num.8.Aldobrandin. nu. 6.in §.ſerui autem,inſt. de iure perſon.

19 Qui Allegant Bartol.in l.Titio centum,§.Titio centum, el 2.ſub nu.3.verſ.3.ratio,ff.de cō dit.& demonſtr.vbi tamen Bartol.non dicit, quod Reſpublica habet dominium, ſed quod habet iuriſdictionē in quemlibet hominem, & inter dominium, & iuriſdictionem multū intereſt: vt in aliò propoſito dicunt Bald.in cap.1.§.ſi quis. nume.2.per tex.ibi, quib.mod. feud. amit.& in l.à procuratore. nu.2. C.mandat. Doctor. in c. ſi diligenti. de præſcript. & alij alibi.

20 Allegat etiam Deci. Bart. in l.ſi quis reum. ff.de cuſtod.reorum.opinor quatenus Bart.ait, quòd fidei iuſſor in cauſa criminali non poteſt ſe obligare ad pœnā corporalē, per illum tex.ſed cōmentarienſes lex ad pœnam corporalem obligat, l. milites. illo titulo l.ad cōmentarienſem,C.eod.verū Bart.nihil minus vult,quam ꝙ colligit Decius,obligat enim ad pœnā lex,puniendo delictū cōmentarienſis negligenter cuſtodientis reum, non quia ſit dominæ corporum,ſed quia regit,& gubernat; nam & aliàs ipſe delinquens dicitur ſe ſubdere pęnæ,l.Imperatores, ff.de iure Fiſci,ad quam tamen ſe non poſſe obligare conſtat.

21 Poſſet etiam pro Decio adduci Bald.in c.1. §.damna, nu. 4.de pace Conſtantiæ, dum ait conſuetudinem habere poteſtatem in ſanguinem hominis, per text. in l. ſecularij. §. ſunt quædam, ff. de extraord. crim. ſed neque ille text. hoc dicit, cùm ſolum dicat,quædam delicta in quibuſdā prouincijs frequentari,& ideò in eis puniri: quæ niſi ex praua cōſuetudine illius, non videntur delicta: neque ſi id diceret,poſſent intelligi illa verba, habere poteſtatem, ideſt dominium, ſed ideſt iuriſdictionem.

22 Nihilominus in contrarium, imò Reſpublicam non habere dominium vitæ, membrorum, nec ſanguinis ciuium,eſt receptior, & verior ſententia. Ità aiunt, & melius Soto, lib.4. de iuſtitia,& iure,q.2.art.3.concl. 2.& lib.5.q.1.art.5.col. 4. Aragon.in 22. q.64. art.5. in ſolut. ad 2.& in q.62.in tract. de dominio, q.62. fol.146. concl. 2. Lud.Mol.de iuſt.& iur. tract. 1. diſp.11.Michael Salon in 22.q. 61.in

61. in tract. de domin.q.3. art. 3.è nostris Rolan.à Valle cons. 20.num.23.lib.3.Plaza in Epit. delict.c.23. nu.21. vers. quinto his refragatur, & nu.23. sentit etiam Bald. nu.6. in Auth. sed omnino,C.ne vxor pro marito.

23 Quorum sententia verissima est,quia Respublica non potest pro libito abuti vita ciuium, sed solum tueri, & defendere, & iniquos plecti. Aristot.libr. 5.Ethic. c.11.& 3.Politic.c.11. & multis probat Minchaca lib. 1.controuer.Illustri.c.1.nume. 10.cum seq.

Summaria ex capite sequenti.

1 *Diffinitio libertatis ostendit potestatem in seipsum.*
2 *Et pracepta iuris.*
3 *Iniustitia non committitur respectu sui.*
4 *Consentienti non fit iniuria.*
5 *In pignus se dare quisque potest.*
6 *Et seipsum vendere quibusdam obseruatis.*
7 *Minor aduersus sui venditionem nō restituitur.*
8 *Seruitus grauior morte.*
9 *Sacra litera agnoscunt venditionē sui.*
10 *Potest quis se facere adscriptitium hominem alterius.*
11. *Potest laicus se subijcere aduersarij voluntati, & aliquot percussionibus fustium.*
12 *Pacto se facit quis religiosum.*
13 *Religiosus ad districtiorem peruenit seruitutem.*
14 *Non habet velle nec nolle.*
15 *Nec liberum arbitrium.*
16 *Et pro mortuo reputatur.*
17 *Nec literas legere potest sine licentia Pralati.*
18 *Vir sui corporis potestatem non habet, sed vxor, & è contra.*
19 *Coniux coniugē vendicare potest.*
20 *Et ad exhibendum agere.*
21 *Et manus inijcere.*
22 *Per liberum arbitrium homini potestatem in seipsum dedit Deus.*

CAP. II.

Omni iure quemque potestatem habere in corpus suum, praterquam quoad iure prohibita.

CÆterum inueterata scribētium persuasio non me terret,quin audeam è tenebris vindicare veritatem, & longo velut postliminio in proprias sedes restituere. Etenim qui absolutè constituunt, neminē in se ipsum potestatem habere,regulam proponentes negatiuam: efficiunt, vt præter casus in iure expressos, cætera non liceant. Cùm è contrario dicendum sit, omnia hominibus in seipsos licere, quæ expressim prohibita à iure non sunt:constituendo regulam affirmatiuam.

1 Hoc sanè mihi manifestè probat definitio libertatis, quam tradit Floren.lib.9. Institut. *libertas*, inquit, *est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quid vi, aut iure prohibetur.* l. libertas. ff. de statu homin. §. libertas. Instit. de iure person. l.1.tit.22.par.4. cōtra naturā ergo, & libertatē faciunt, qui sibi eiusmodi facultatem adimunt.

2 In primis etiam Iurisprudētiæ rudimentis admonemur tria esse iuris præcepta, *honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. Alterum*, inquit, *non lædere*, non autem seipsum. l.iustitia.ff.de iust. & iur. §. iuris præcepta, instit. eod. tit. l.3. tit.1.par.3. nā iniustitia cōmittitur respectu alterius nō alicuius ad seipsum, Arist.lib.5.Ethico.cap.11. S.Thom.in 22.q.59. art.3. Vnde Hyparchia Cratis vxor, fœmina philosophiæ doctissima, vti è nostris testis est Tiraqu.in l.4. connub.nu.21 hanc sententiam deduxit, dum aduersus Theodorum hoc sophismate vsā est, referēte Diogene Laertio lib.6. de vitis Philosoph. Quod faciens Theodorus iniustè agere non diceretur, id Hyparchia si faciat, iniustè agere non dicetur, Theodorus autem se ipsum feriens iniustè agere non dicetur; Theodorus autem se ipsum feriens iniustè non agit, ne Hyparchia igitur Theodorum cædens iniustè aget.

4 Fluit ex hoc regula iuris, quæ potestatem hanc confirmat, quòd consentienti non fiat iniuria. l.1.§.vsque adeò.ff.de iniurijs. l.3.§.si quis volētem. ff.de liber. hom.exhibēd. l.quamuis. ff.de in ius vocand.

5 Accedit, quòd nemo in pignus dare potest, quod suum non est. l.qui prædium. C.si aliena res pignori data sit, se ipsum autem in pignus dare, vel pati, vt ab alio detur, quisquā potest. d.l.3. §.si quis volētem. ff.de liber.hom. exhib. vbi Vlpia. ait, *si quis volentem retinedt, nō videtur dolo malo retinere.* Clarius Paul. lib.50. ad edictum relatus in l.si vsumfructum, 23.§.1.ff.de liber.caus. inquit, *in summa sciendum est, quæ de venditis seruis, quibus denegatur ad libertatem proclamatio, dicta sunt, etiam ad donatos, & in dotem datos referri posse, item ad eos, qui pignori se dari passi sunt.* Igitur in se potestatē habet, qui se in pignus dare potest. Vti etiam consentit ius Canonicum. c. exposita de arbitris. c.ex rescripto 9. de iure iuran. quo loco Alexāder III. Sardinensibus Episcopis in hæc verba rescribit, *super hæc prædictus Abbas quosdam ex Monachis obsides dedit, qui de obseruanda conuentione iurauerunt, vt si ipsi deficerent, alij monachi loco eorum*

rum in obstagio ponerentur. Insuper si fidem dicti monachi non seruarēt Abbas dedit eidem V. & eius vxorē fidei iussores: qui similiter fidem praestitisse dicuntur. Ideoq; mandamus quatenus tàm Abbatem, quàm Monachos, quàm V. & vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurarunt, eamdē conuentionem faciant adimpleri. Vides qualiter monachi possunt se in obstagium dare: quis ergo negare poterit sui potestatem habere?

6 Verum vlterius excurrit hęc potestas, quandoquidem certis quibusdam obseruatis solēnitatibus, licitum est se ipsum vendere, & in seruitutem redigere. l. in seruorum. ff. de statu homi. l. si ministerium. l. non ideo. C. de liberal. caus. l. liberis. §. si quis sciens. ff. eod. tit. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupt. l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non licet. §. serui autem. Instit. de iure personar. l. 1. tit. 21. par. 4. idq; adeò, vt minor qui in alijs omnibus non videtur integram habere volūtatem, neq; rerum suarū dispo-
7 sitionem, ac proinde aduersus contractus à se gestos in integrum restituitur: si tamen se ipsum vendiderit, aduersus eiusmodi venditionem sui non restituatur. l. si ex causa. 10. §. Papinianus. ff. de minor. vbi Vlpian. lib. 11. ad edictum sic scribit: *Papinianus ait, si maior annis viginti, minor autem vigintiquinque se in seruitutē venire patiatur, idest si pretium participatus est, nō solere restitui: & hoc merito, quoniam res non capit restitutionem, cū statum mutat.* de qua re lib. 2. c. 17. nu. 7. diserendum nobis est: aliquāto ergo maiorē potestatem quisq; in se habet, quàm in bona sua, si quidem efficacius se ipsum alienat, & irreuocabilius. Ita notant Bald. & Angel. in l. & seruorum. ff. de statu homin. esse mirabile, quod facilius quis alienat se ipsum, quā sua. Minchaca. lib. 1. controuer. Illustri. cap. 9. num. 11. tam mirabile dicit esse, vt monstro simile sibi videatur.

8 Est aūt summum bonorū tēporalium libertas, vt qui in libertatem suā potestatē habet, in cętera omnia sua maiorem habere inferatur, iux. regul. cui licet plus, licet minus; seruitus enim non modo morti comparatur. l. cū hic status 33. §. si donator. ff. de donat. int. virum, & vxorem. l. seruitutem 210. ff. de reg. iur. verū, & multò grauior reputatur. l. fina. C. de patri potest. & antiquis omnibus sēper pulchrum, & palmarium fuit, pro tuenda libertate libenter mortē oppetere. Vnde Cicero Philip. 2. *seruitus* inquit *postremum malorum omnium non modo bello, sed morte etiam repellendum.* Et Salustius in Catilin. *nemo bonus,*

nus,

nus, inquit, *libertatē nisi cum anima amittit.* In quam rē plura citat Luc. de Penna in l. 1. in princip. C. ne quis liber inuit. actū Reipublicæ ger. cog. lib. 11.

Prędicta autem summa in libertatē propriam libertas in sacris etiam literis reperitur, Leuitici c. 25. *Si paupertate cōpulsus vendiderit se tibi frater tuus non eū opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius, & colonus erit; vsq; ad annū Iubilaeum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum: mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti, non veneant cōditione seruorū, ne affligas eū per potentiam, sed metuito Deū tuum.* Et rursus eodem cap. *Si inualuerit apud uos manus aduenæ, atq; peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post venditionem potest redimi, qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum.* & reliqua, quæ sequuntur, & Geneseos, c. 44. fratres Ioseph ita paciscuntur *Apud quemcunq; fuerit inuentum seruorum tuorum, quod quaris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri: qui dixit eis, fiat iuxta vestram sententiā, apud quemcunq; fuerit inuentus, ipse sit seruus meus.* Rursus Genes. cap. 47. Ægyptij dicunt Iosepho: *Cur ergo moriemur te vidente, & nos, & terra nostra tui erimus, eme nos in seruitutem Regiam, & prabe semina ne pereunte cultore, reducatur terra in solitudinem.* Et hanc quidē libertatem appellauit ius corporis Aristophanes Poeta Græcus festiuissimus in pluto actu 1. scena 1. vbi Cario seruus ita lamentatur. *Nam ità inique comparatum est, vt sors inuida, ius corporis non illi, qui ipsum possidet, sed ei qui pretio est mercatus concesserit.* Ius vocat corporis, quasi ius de corpore disponendi, quod est potestas hæc, quam asserimus: ait autē etiam seruū, cui non est hoc ius corporis, suum corpus possidere.

10 His finitimum est, quod potest quisq; se facere ad scriptitium hominem alterius. l. cùm scimus. C. de agricol. & censit. lib. 11. c. grandi. de supplēda negl. prælat. li. 6. l. 89. tit. 18. par. 3.

11 Inde ēt potest quis se subijcere aduersarij sui voluntati. c. quintauallis de iure iur. Imò & potest se supponere aliquot percussionibus fustium, tex. in c. contingit. de sententia excō municat. vbi consuetudo eiusmodi percussionibus se supponendi, inter clericos tantùm damnatur propter decorē ordinis clericalis, & inter laicos videtur approbata.

12 Sic pacto potest se quis facere religiosum. c. omnes fęminæ 27. quęst. 2. l. 88. tit. 18. par. 3. At qui ille, qui religionē profitetur,

tur,

tur,probriam abnegat libertatem, & in superiorem omnem sui corporis potestatem transfert,atq; ad districtiorem peruenit seruitutem.c.multos.54.
13 dist.cap.placuit. 2.q.7. in qua nō est habiturus velle,nec nolle. c.quorum 24. c.si religiosus
14 27.de electione lib.6.c.non dicatis.12.q.1.cap.religiosus. de testam.lib.6.c. fin. de sepultur. eod.li.nec liberum arbitrium, c.patrem puellæ.32.q.3.l.4.tit.
15 4.part.4. Adeò vt pro mortuo reputetur.cap.placuit.2.q.7.c.
16 placuit.el 2. 16. q.1. Nec literas sine licentia prælati legere valeat. Abbas in c. cum nūtijs. in fine de testib. Apparet igi-
17 tur omnimodam sui potestatē habuisse,qui talem, & tantā in prælatum transtulit.cap. quod autem consulis.de iure patronat.cum similib. Hoc argumento vtitur Specula.4.par. tit. de feudis.§.quoniam. num.6.

18 Eodem modo sui corporis potestatem habuisse, & iam nō habere virum sentit Apostol.1. ad Corinth,c.7. dum ait in vxorem illum eandem transtulisse, in illis verbis: *Mulier sui corporis potestatem non habet,sed vir: similiter vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*.c.nosse.30. q.1.c.1.c. secundum verba. 33. q.5.c.quidam. de conuersio.coniugat. obseruantq; omnes passim.Nauar.in Manuali.c.16.nu. 24.Couarr.2.par.de sponsalib. ca.7.§.2.nu.1. neque transtulit qualem potestatem, sed summam, & quæ dominium sapit, & præsupponit.Etenim rei vēdicatione solus dominus vtitur.l.in rem.l.officium.ff.de rei
19 vēdic.Cōiux autē adiecta causa ex iure diuino coniugem vēdicare potest. c. non est vobis 11.& ibi Panor.& Doct.de spō
20 sal.l.vlt.tit.5.par.5.Potest etiā ad exhibendū coniugem agere.l.si inuita. C.de nuptijs.l.fi. C.de liber.exhiben.l.imò.ff.eo
21 dem tit. Habet etiam maritus in vxorem manus iniectionē, quod supremum ius est,& maxima potestas.cap. cum causa, ad fin.de raptoribus. Glo.in c. 1.de coniugio leprosor. quod ait Herminiones in Epistola ad Orestem apud Ouidium:

Aut te cura mei,si qua pia tangit Oreste,
Injice non timidas in tua iura manus.

Idest in me vxorem tuam. Nō autem posset tantam potestatem in coniugem transferre, qui eam in se nō haberet.l.traditio.ff.de acquir.rerum dominio. Quod si inclusio vnius est exclusio alterius, Apostolus qui negat coniugem sui corporis potestatem habere, cælibē habere fatetur. Quo argumento vtitur Petrus de Aragon. in 22.quæstio.62.in tracta.de dominio.

minio. colum. 39. versic. diximus suprà.

22 Possum in hanc rem expendere liberum arbitrium vnicuique à Deo concessum, Eccl. capit. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua, si volueris mandata seruare, conseruabunt te: apposuit tibi ignem, & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit, dabitur illi.* Et Genes. cap. 4. Deutero. cap. 30. cap. Nabuchodonosor, cap. vasis iræ. 23. quæst. 4. c. qui Episcopus. 23. dist. cap. vlt. de pœn. dist. 2. prout expendit S. Tho. 22. q. 64. artic. 5. ad 3. homo, inquiens, *constituitur dominus sui ipsius per liberum arbitrium.* Igitur exceptis his, quæ Deus nominatim prohibet, in cæteris dominium & potestatem in se ipsos hominibus concessit, qui liberum arbitrium illis dedit.

Pro colophone expendo. l. Regiam 2. tit. 13. lib. 8. Recopilatio. quæ posse pacto concedi facultatem carcerandi, decreuit, in illis verbis: *Tentiendase ser carçel priuada, saluo si el acreedor prendiere à su deudor, que se vaya huyendo, o tuuiere poder, o facultad que su deudor le aya dado per escritura, para que le pueda prēder no le pagādo su deuda.* De quare inferius suo loco dicemus.

Vides igitur tot fundamentis probatum, quemquā in corpus suum potestatem habere summam, tùm lege naturę, tùm ex sacris litteris, & legibus canonicis, ciuilibus, & Regijs: vt tergiuersationi locus relictus nō sit. Accedit prædictis, quòd suæ famæ, & honoris, imò, & bonorum suorum spiritualium quemq; esse dominum: verius, & receptius est, prout infrà suis locis probamus.

SVMMARIA ex capite sequenti.

1 *Expenditur Vlpianus. I.C.*
2 *Acursij, et communis intellectus ad l. peculium. § si ipse. ff. de peculio.*
3 *Reprobatur intellectus Acursij.*
4 *Reijcitur intellectus Prapositi.*
5 *Actiones sunt de iure ciuili.*
6 *Reprobatur intellectus Franc. Marci.*
7 *Conuincitur intellectus Hostiens. & Ioan. Andr.*
8 *Reijcitur alius intellectus Mantuę.*
9 *Reprobatur alius intellectus Tiberij Deciani.*
10 *Expenditur Paulus. I.C.*
11 *Expenditur constitutio Neapolitana.*
12 *Pater poterat occidere filium iure Romanorum, & non vendere.*
13 *Mortem sibi consciscentes crimē, de quo accusati sunt, videntur confiteri.*

Si

CAP. III.

Iure Romanorum fuisse permissum in se sæuire.

1 Magis verò miror Doctores, qui ex iure Romanorum deducant, neminem esse sui dominum: cum illi omnino fuerint in contraria opinione: existimantes, iure naturæ liberum esse vnicuique de se ipso pro libito disponere, se occidere, membrumuè abscindere, & in corpus suum sæuire: Idq; apertissimè docent Paul. & Vlpianus. I.C. ille lib. 4. ad Sabinum. in l. id quod 9. §. fina. ff. de pecul. legat. his verbis: *Sed si se vulnerauerit, vel etiam occiderit, nihil est deducendum hoc nomine.* Et iste clarius rem explicans, lib. 29. ad edictum in l. peculium 10. §. si ipse. ff. de peculio. cuius verba sunt: *Si ipse seruus se se vulnerauerit, non debet hoc damnum deducere, non magis quam si se occiderit, vel præcipitauerit: licet enim etiam seruis naturaliter in corpus suum sæuire. Sed si à se vulneratum seruum dominus curauerit, sumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum: quanquam si ægrum eum curaßet, rem suam potius egißet.* Etenim si rectè perpendis, sensus Vlpiani est, præsupponere licitum esse iure naturæ cuicumq; libero, in se sæuire: dubium

bium autem eſſe, quid dicendum ſit de ſeruo, qui pro nihilo reputatur, quique contra naturam dominio alieno ſubiectus eſt: vnde de ſe diſponere non poteſt, cùm ſe occidendo dominum ſui pretio fraudaret: vt perpẽdit Socrates apud Platonem in Fędone: atque vt ait Ariſtofanes, non habet ius ſui corporis. Sed nihilominus reſoluit Vlpia. idem eſſe, quia hæc in ſe ſæuiendi poteſtas, vt ille putabat, eſſet de iure naturæ, ideò manet etiam ſeruo, qui ſolum ea, quæ ſunt iuris ciuilis & gentium, non ea, quæ iuris naturalis amiſit. l. quod attinet, & ibi ſcribentes. ff. de regulis iuris.

Saly c. ibidem ſimpliciter notat, licere ſeruo in ſe ſæuire, Accurſ. Hoſtien. Abbas, & alij ſtatim citandi cruciantur in illius tex. interpretatione. Aduerſus quos oſtendam, in omnibus interpretationibus eos allucinatos eſſe, ſi prius admonuero, germanũ ſenſum illius tex. & multorum inferius citandorum eſſe, ita ſenſiſſe Romanos, ita credidiſſe gentes: vti colligere licet ex Diuo Auguſtino lib. 1. de Ciuitate Dei, hunc errorem tàm enixè redarguente, vt fruſtra videretur laboraſſe, niſi ità gentibus eſſet perſuaſum: nimirum licere omnibus in corpus ſuum ſæuire, inde tamen nihil eſſe inferẽdum cum ſacris inſtitutis, & veritati, aduerſetur.

2 Primò igitur, Accurſ. ibidem verbo, ſi ipſe; rem hanc interpretatur his verbis: *quod permittitur ſeruo in ſe ſæuire, ad hoc, vt dominus damnum ſibi inflictum propter hoc, non poſſit deducere de peculio: non autem licet de iure naturali. l. cùm autem. § excipitur. ff. de ædilit. edict. imò punitur quis ideo, vt ff de re milit. l. omnes § qui ſe*. Hactenus Accurſ. Idem ſentit gloſ. verbo infirmitatis. & ſequuntur Anton. de Butrio. num. 7. Abbas nu. 2. in fine, in c. ex parte. el 2. de corpore vitiat. Felyn. in cap. contingit. de ſentent. excommuni. Franc. Marc. 2. par. deciſ. 839. nume. 7. & deciſ. 882. nu. 5. eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus. num. 8. & 9. ff. ad S.C. Syllani. Iſti tamen nõ ſatis explicant, quid velint. Vnde eorum mẽtem apertius explicaturus Ioan. Anton. à S. Georgio Præpoſitus Mediolanenſis in c. ſi quis abſciderit. 55. diſtinct. ſcribit hæc verba: *Ad §. ſi ipſe ſeruus. reſpondet dominus Anton. in c ex parte. el 2 de corpore vitiat. quod loquitur quod deducendum de peculio: nam cũ ſeruus damnificat dominũ, deducitur de peculio: ſi modo ſæuiat in ſe ipſum ſeruus, non deducitur de peculio, nec aliter aperit rationẽ, credo*

huius

huius ratione esse, quia respectu priuati iuris, & priuatæ actionis licet alicui in se sauire, neq; ex hoc nascitur priuata actio, persequutio, vel deductio, et ita loquitur ille tex. facit.l.1.§.vsque.ff. de iniurijs: respectu autem criminis, & publici iuris, & accusationis, vel pœnæ criminalis, tunc non licet alteri in se ipsum sauire, & si fecerit, punitur. d.l.omne, §.qui se, & dicto cap. si non licet. Hactenus Præposit.

3 Isthæc autem omnia longissimè absunt ab Vlpiani mente. Et quod Accurs. ait, quod permittitur in se sæuire, ad hoc, vt dominus damnum sibi inflictū propter hoc non possit deducere: omnino absonum est. Neque enim ideò permittitur, ne dominus deducat, sed ideò dominus non deducit, (inquit Vlpianus) quia permissum est. Necessario ergo præsupponit Vlpianus præexistētem alioquin generalem permissionem, non ad eum effectum factā, sed suo marte consistentem, quām à iure naturæ, inquit descendere. Planè ius naturę, neque seruos nouit, neque peculium, neque deductiones: vnde non potest eiusmodi sensus applicari. Quodque subdit Accurs. seruū se vulnerantem iure ciuili puniri, fallitur: & in contrarium est text. in l. cum autem. §. malus. l. bouem. §. mortis. ff. de ędil lit. edicto. quo loco idem Accurs. ex eo text. notat, idem in seruis hoc casu disponi, quod in liberis hominibus. Et text. in l. omne. §. qui se. ff. de re milit. speciale est in milite, vt infrà dicetur. c. 5. num. 6.

4 Quod autem Præpositus extensius comminiscitur, omnino est absurdū. Vlpianus enim naturaliter inquit, licere seruo in corpus suum sæuire: at qui non potuit ius naturale id permittere, respectu priuati iuris, actionis, siue persequutionis: cùm iure naturali nulla prodita fuerit actio, siue persequutio, omnes enim sunt inuentū iuris ciuilis. l. 2. §. deinde. & §. omnium. ff. de orig. iur. Glos. verbo obligationes, & ibi DD. communiter, & in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Bart. in l. frater à fratre, nu. 12. ff. de condit. indebit. nostras Greg. Lopez in l. 32. tit. 18. par. 3.

5 Verum libenter sciscitabor ab Accursio, & cæteris: quæ æquitas est, illud quod aliàs nō licet, vt tertio nihil delinquenti noceat licere? in eumq; effectum solū licere, propter quē arcendum leges inuentæ sunt: ne tertius lædatur. Et si vt dominus non deducat, licet seruo se occidere, vel vulnerare, cur expensas curationis dominus deducit? quas si aliàs seruus infirmaretur, non deduceret, nisi quia constitutissimum

cre-

crediderunt Romani, iure naturali licere se ipsum occidere,& in se sæuire,einsmodique 6
potestatem non tolli seruitute. Vnde Vlpianus intulit pretium serui Dominum ex peculio nō deducturū, quia quoad hunc actū seruus vsus fuit potestate sua naturali: vnde nulla teneri debet obligatione: ob id quod faciat actum lege sibi permissum, licet inde resultet damnum alicui. l.itaque si seruum. l. & si quemcunque. ff. ad leg. Aquiliam. l. binas.ff. de seruit.Vrban.prædior.l.Proculus.ff.de damno infecto. l. 1. §.penult. ff.de aqua plu.arcen. Et ratio differentiæ inter pretium,quod non deducit Dominus,& expensas,quas deducit, videtur: quia pretij damnū ex actu permisso procedens, non videtur seruus resarcire debere, qui suo iure vsus est. Atqui qđ extrinsecus Dominus expendit in curatione, videtur illi credidisse, cum non sit iustū onerare Dominum ex facto, & voluntate serui expensis curationis: quas si aliàs erogaret in naturali infirmitate serui, suam rem ageret, cum ad id etiam teneatur. l. 1. §. sed scimus.C.de latina liber.tollen.

7 Aliter intellexit illum text. Franc.Marc.decis.882. nu.1.in 2.par. quod ille textus loquatur de facto, non de iure, sed hoc responsionem non meretur: cum ille textus loquatur per verba *licet naturaliter*, quæ non ad id, quod de facto fit, sed ad id,quod fieri potest,referuntur.

7 Aliter interpretantur illum textum Hostiens.nu.2. & Ioan. Andr.num.4. in d. cap. ex parte.il 2. de corpore vitiatis. nimirum quod loquatur de iure naturali primæuo cōmuni omnibus animantibus: iuxta textum in §. 1. inst. de iur. natur. gent.& ciuili: quæ ratione carent, & iniuriam facere nō possunt. l. 1. §. 1. ff. si quadrupes pauperiem fecis. dica. Sentiūt isti consideraſſe I.C. actum, vt ab homine ratione carente factum (fortassis, quia Prætor æquiparat seruos quadrupedibus, vt notat quidam ex l.2. ff. ad leg.Aquil.) Ratione autem mihi carere videretur Vlpia. si statuens quid æquum,iustumq; sit,quidque rationabile: ab eo quod sine ratione fit, sumeret argumentum. Inepteque diceret,naturaliter licere, sed potius excusari, non puniri. Sed omnino non potuit Vlpianus considerare hoc ius naturale primæuum, quia secundum illud innata est omnibus animalibus se defendendi,& conseruandi cupiditas:ideò nullus se occidit. Itaque in se sæuire,nō esset secundum illud ius natu-

rale

rale primæuum, quinimò contra illud: vti probo infrà c.7. sed ad ius naturale informatū legibus suæ ciuitatis, respexit Vlpianus.

8 Aliter illum text. interpretari videtur Marcus Mantua singul. 1.num. 8. ex authoritate Archidiaconi in cap. si non licet, num. 1.2.3. quęst.5. nimirum: quod tametsi homini libero non liceat in corpus suum sæuire, seruo tamen licet. Verum hoc delirium est cæteris deterius, quia Vlpianus implicare voluit casum magis dubitabilem, propterea dixit *etiam seruo*, ea enim est natura illius implicatiuæ, *etiam*, quæ præsupponat, multò magis licere libero. l. etiam. C. de fideicommiss. l. si cui legetur. §. si Titio. ff. de lega. 1. Repugnat autem rectæ rationi, quòd seruitus, quæ naturalē facultatē adimit eius, quod cuique facere libet, potestatem conferat in se sæuiendi, quam libertas non habebat. Et si liber qui in se sæuiret, puniendus esset, neminem nisi se ipsum lædens, cur non & seruus? qui & se ipsum similiter lædit, & dominum: cui fidem debet, & studium rei suæ augendæ. Eo magis quod ciuile institutum est, grauius semper quodcumq; admissum in personā seruorum vlcisci. l. in seruorum. 10. l. capitalium 28. §. fin. ff. de pęnis. l. non debet. ff. de dolo. l. sacrilegij. C. ad leg. Iuliam peculatus.

9 Aliter interpretatur Tiber. Decian. li.9. tract. crimi. tit.2. nu.25. vt quod Vlpian. inquit naturaliter licere seruo, non ad ius sed ad factum referatur: idest nō ad id, quod facere de iure licet, sed ad motum corporis, quem naturaliter quisque potest dirigere quo vult. Et ita illud verbum *naturaliter* interpretatur, idest naturali motu. Quasi dicat Vlpianus seruus naturaliter potest manū mouere, ferrum apprehendere, admouere pectori: istę namque actiones sunt naturales, quibus quisque vti potest: nolit tamen dicere, quod naturaliter liceat se occidere. Et ante eum scripsit Albericus in illo §. si ipse. Cæterum, isthæc interpretatio quam sit ridicula, non longioribus verbis persequendum puto, dū perpendo quod clarè dixerit Vlpi. *licet enim etiam seruis naturaliter in corpus suum sæuire*. Quæ verba nō de motibus corporis, sed de ipsa lęsione loquuntur: neq; vllum alium sensum recipiunt, quā ita credidisse Vlpianum, & Romanos, ita existimasse gentes.

10 Idem docuit Paulus libro Singul. de publ. iudic. quem retulit Tribonianus in l. in lege Cornelia 7. ff. ad leg. Corn. de sicar. cuius verba adscribo: *In lege Cornelia dolus pro facto accipitur, neque in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, quare si quis ab alto se præcipitauerit, & super alium venerit, eumque occiderit: aut putator ex arbore cum ramum deijceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit: ad huius*

B legis

legis correctionem non pertinet.

Quam legem cum apud Neapolitanos Rex Rogerius correxisset, in constitutione Qui de alto se ipsum præcipitat. sub titulo Qui ramum de alto proijciēs, vel se præcipitans, hominem occiderit: Federicus Imperator absurdum id putans, rursus certa quadam adhibita declaratione, idem sanxit: in constitutione Pœnam præcedenti. sub titulo De pœna homin. aliū occident: cuius etiam verba non grauabor adscribere: *Pœnam, inquit, praecedenti sanctione statutam Imperialiter mitigantes, decernimus, eum qui se de alto præcipitat, vel ex alto incautè aliquid proijcit, & proinde occiderit aliquem, siquidem in loco habitabili hoc contingat per annum carceri mancipatur, quod si hæc in campestribus acciderint, sacramento ab ipso præstito, quod transeuntem non viderit, omni calumnia absolutum ipsum esse censemus. Quod si ex prædictis percussus minimè moriatur, omnes expensas iustas, & moderatas, quas in ipsa infirmitate fecerit, tàm pro se, quàm pro medicinis incautè proijciens ei reddere teneatur. Absurdum enim in casu isto prauidimus punire æqualiter simplicē, & dolosū.*

Vides qualiter hæ leges se præcipitantem nō puniunt, eò quòd se præcipitat, nisi quatenus incautè alium occidit: qualiterq; sentiant, se præcipitantem non magis esse in dolo, non magis deliquisse, quā qui ramum proijcit: quod etiam habetur in l. factum. C. de accusationib. de qua statim. Sensit ergo Paulus I.C. fuisse licitum actum se præcipitandi, alioquin puniendus esset, qui dū actum agit illicitum casu hominē occidit. c. ex literis 15. c. Ioannes 23. c. fi. de homicidio.

12 In hoc idem argumento est, quod patri filium occidere lege Romanorum licebat. l. in suis. ff. de lib. & posthum. l. fin. C. de patria potest. Qua potestate & Virginius vsus est, vt habetur in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. & alij plures, vti referunt è nostris Budæus in l. 2. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 52. Maiorem autem quēquā in se ipsum potestatem habuisse, quā in filios, nemo inficiabitur, quandoquidem sibi libertatem adimere poterat l. in seruorum. ff. de statu homin. filijs minimè d. l. fin. C. de patria potestate. Ergo se poterat occidere, qui poterat & filium, in quem minorem habebat potestatem, quàm in se ipsum.

Sed argumentis opus non est, vbi tot leges expressæ veritatem hanc confirmant. Etenim ex his, qui sibi vitam adimunt, eos solos puniendos esse, & I.C. & Imperatores volunt, qui in crimine aliquo deprehensi, vel de illo accusati, conscientia criminis ne quid grauius paterentur, maluerunt mori. Non autem ex eo, qđ
13 sibi mortem consciuerunt, sed quia confiteri videntur crimen, de quo accusati sunt, & pœnam

sub-

ſubterfugere. l. parricidij. 8. ff. ad legem Pompei. de parricid. l. cũ hic ſtatus. 33. §. ſi maritus. ff. de donat. inter vir. & vxorem. l. 2. C. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt. l. 3. in princ. ff. eod. tit. Eos autem qui nullo præcedente delicto vltro ſibi mortẽ intulerunt, doloris impatientia, amoris furore, tædio vitæ, pudore æris alieni, ſiue etiam iactatione, aut alia ſimili cauſa impunitos omnino relinquunt: ita vt neque bona amittant. l. in fraudem. 45. §. eius bona. ff. de iure fiſci. l. 3. §. ſi quis autem tædio. ff. de bonis eorum qui ante ſent. mort. ſibi conſciue. l. 1. C. eod. tit. neque teſtamentum eorum irritum reddatur. l. 2. C. qui teſtamenta facer. poſſ. l. ſi quis filio. 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniuſto rupto.

14 Cuius rei ab ipſis legibus ratio redditur, quod ſe occidere crimen non ſit. l. factum. 12. C. de accuſatio. Vbi Diocletianus, & Maximianus Aurelio, ita reſcripſerunt: *Factum ſponte ſe præcipitantis innocenti criminis periculum afferre non poteſt*. Idem ait Martian. I. C. libro ſingul. de delatoribus ſumptum ex Papiniano. & habetur in l. 3. §. Papinianus. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt.

15 in hæc verba: *Papinianus lib. 16. Digeſtorum ita ſcribit. Qui rei criminis non poſtulati manus ſibi intulerũt, bona eorum Fiſco non vindicentur: non enim fati celeritatem eſſe obnoxiam, ſed conſcientia metum in reo veluti confeſſo teneri placuit. Ergo aut poſtulati eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi, vt ſi ſe interfecerint, bona eorum confiſcentur. Vt autem Diuus Pius reſcripſit, ita demum bona eius, qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, fiſco vindicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit, vt ſi damnaretur, morte, aut deportatione afficiendus eſſet.* Non potuit apertius Papinianus dicere, ſe occidentem crimini non eſſe obnoxium: neque verbis aptioribus, quam quibus vſus eſt, *non enim fati celeritatem obnoxiam eſſe*: noluit enim dicere ſe occidere, ſed fatũ accelerare, facinusq; qđ licitũ putabat, verbis honeſtioribus molliuit.

Cæterum hæc verba aliter legiſſe videntur Bald. nu. 9. in l. fin. C. de lure fiſci, lib. 10. Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus. nu. 110. ff. ad Syllan. nimirum *facti ſceleritatem*. cuius lectionis ſi vera eſſet, nihilominus idem eſſet ſenſus, cum apertè ſignificent, eiuſmodi ſcelus non eſſe crimen punibile.

Hinc apud Romanos vulgatũ fuit ad necem ſe ipſum vendere,
16 quod multi fecerunt. Ad munera namq; gladiatoria Laniſtæ ex ſeruis, ex captiuis, ex noxijs primum: deinde ex liberis qui ſe vendebant, familiam ſuam conſtituebant. Et hi authorari, & authorati dicebantur, probat multis erudititiſſimus Iuſtus Lipſius lib. 2. Saturnalium. cap. 5. vetus interpres Horatij ait: *Authorati vocantur, qui ſe vendunt ludo: au-*

thoratio enim dicitur venditio gladiatorum. Acron in eundem Horatium: *Gladiatores ita se vendunt, & cautiones faciunt vri flammis, virgis secari, ferroque necari.* Indicat id etiam Seneca epistol. 37. dicens: *Eadē honestissimi huius, & illius turpissimi authoramenti verba sunt: vri, vinciri, ferroque necari: ab illis qui manus arenæ locant, & edunt, ac bibunt, quæ per sanguinem reddant, cauetur, vt ista vel inuiti patiantur: à te, vt volens libensq;.* Et in Petronij arbitrij fragmentis: *In verba Eumolpi sacramentum iurauimus: vri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quidquid aliud Eumolpus iussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora, animosque religiosissimè addicimus.* Liuius lib. 28. *Gladiatorum spectaculum fit, non ex eo genere hominum, ex quo Lanistis com parare mos est, seruorum dilectu, ac liberorum qui venalem sanguinem habent: gratuita omnis pugnantium turba fuit.* Lactantius lib. 5. diuin. instit. cap. 9. *Et quod est sceleratius, vt sint religionis antistites, qui nec vita quidem sua parcant, sed extinguendas publicè animas vendant.* Manilius lib. 4. *Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ. Atque hostem sibi quisque parat cum bella quiescunt.* Itē Iuuenalis Satir. 7. *Quanti sua funera vendant. Quid refert, vendunt nullo cogente Nerone. Nec dubitant celsi Prætoris vēdere ludis.* Tacitus lib. 2. historiarū loquens de Vitellio, ait: *Cautique seuerè ne equites Romani ludo, aut arena pollucrentur. Priores id Principes pecunia, & sæpius vi pertulerant, ac plerumq; municipia, & coloniæ æmulabantur, corruptissimum quemq; adolescētium pretio illicere.* In actis Sancti Pionij apud Metaphrastem, & Surium die primo Februarij. Quintilianus Proconsul *Nihil*, inquit, (nimirum ad Pionium) *eximium facis, ad mortem festinās, nam & qui nomen dant, ac describuntur, exigui lucelli gratia morte contempta cum bestijs pugnant.* Horatius sermo. libro secundo Satyr. 7. *Quid refert vri virgis, ferroque necari authoratus eas.* Possunt & huc trahi Iuuenal. Satyra tertia: *Et præbere caput domina venale sub hasta.* Et Plautus in Curculione actu 4. scena 1. *In Tusco vico ibi sunt homines qui ipsi sese venditant.* Et in Mostellaria scena Iuppiter suprem⁹: *Vbi sunt isti plagi patidæ ferritribaces viri, isti qui hastis trium nummorum causa subeunt sub falas, vbi aliqui quindenis hastis corpus transfigere solent.* Quamquam hunc locū vltimum Plauti proprius ad milites referas, illum priorem ad rem obscœnam.

17 Non solum autem licitum esse, se occidere, gentes putarūt: verum esse diuinum quiddam, & excelsum, ac inuicti, infractique animi signum, in aduersis casibus mortem sibi conciscere. Nam Herculem, qui se in Oeta combussit, religiosissimè uenerarunt. Illumq; cęlum promeruisse, etiam inuitos confiteri Deos: Ouidius ait libro nono Metamorphos. Polemonem, & Leucotheam,

cotheam, qui se in mare præcipites dederunt, & retulerunt inter diuos, & templis sacrificijsque dignos iudicarunt.

18 Inde apud Thebanos maximo in honore habiti sunt, qui sibi manus inferebant. Vnde nata est parœmia: *Cur non suspendis te, vt apud Thebanos heros fias.* Vti ex Zenodoto refert Tiber. Decia. libro 9. tract. criminal. capit. 2. num. 23.

19 Nonnè admirata est antiquitas, Calani illius Indi, quam vocabant virtutem? qui Alexãdro, & vniuerso exercitu præsente, maximam cõstrui fecit pyarum, serenusque & placidus se combusit. Qui cùm incederet in rogum ardentem: O præclarum discessum inquit è vita, cũ vt Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. Alexandroque roganti, vellet nè aliquid mandare moriẽs, nihil inquit, propediem te videbo. Cuius dicti fidem euentus comprobauit, nam paucis post diebus Alexander veneno interijt. Vti referunt Valerius lib. primo cap. 8. de miraculis. Plutarchus in Alexandro. Strabo libro 15. & è nostris Alciatus libro 4. parergon. cap. 4.

20 Sed & Vticensis Cato minor, quem Principem Romanæ sapiẽtiæ Lactantius appellat, cuiusq; sanctitas in prouerbium abijt: vnde Iuuenalis: *Tertius*, inquit, *è Cœlo cecidit Cato.* Et Lucanus 1. Pharsal. Dijs suis illum æquauit, cùm ait: *Quis melius induat arma, scire nefas, magno se iudice quisque tuetur. Nam victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.* Is inquã Cato, (vti notissimum est,) Vticæ gladio proprio incubuit. Vniuersa Roma cõprobante. Nã & eius mortem Seneca laudauit, & Cæsar inuidit. Quod referũt Dion. lib. 46. Plutarchus in Catone, Valerius lib. 3. tit. de fortitudine. cap. 14. qui ait in hæc verba: *Tui quoque clarissimi excessus Cato Vticæ monumentum est, in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus gloriæ, quàm sanguinis emanauit. Siquidem constantissimè in gladium incumbẽdo, magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate.* Seneca latiùs ad Lucilium Episto. vigesimaquarta, Vbi ait: *Catonem narrabis? quid ni ego narrem vltima illa nocte Platonis librum legentem, posito ad caput gladio. (Duo hæc in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterũ vt vellet mori, alterum, vt posset.) Compositis ergo rebus, vtcumque cõponi fracta, atque vltima poterant. Id agendum existimauit, ne cui Catonem, aut occidere liceret, aut seruare contingeret. Et stricto gladio, quem vsque in illum diem ab omni cæde purum seruauerat: nihil inquit, egisti fortuna, omnibus conatibus meis obstando, non pro mea adhuc, sed pro Patriæ libertate pugnaui, nec agebam tua pertinacia, vt liber, sed vt inter liberos viuerem. Nunc quoniam deplorata sunt res generis*

sedentem in confabulationibus, & singulis dicentibus, alio mihi satis est quinque annos viuere, alio mihi tres, tertio dicente mihi quatuor respondentem Epicarmum, O optimi viri, dixisse, quid mutuo contenditis, & litigatis de paucis diebus, omnes enim qui conuenimus quodam fato, propinqui sumus morti. Itaque tempus est nobis omnibus ocyus discedendi, antequàm aliquod senectutis damnum experiamur.

30 Eodem modo celebratissima illa Arria Pœti vxor (quæ postea, vt dictum est, se cum marito peremit,) conuitiata est vxori Scriboniani, eam alloqui volēti: *Ego* inquiens *te audiam, in cuius gremio Scribonianus occisus est, & viuis.* Vti refert Plinius libr. 3. epist. 16. sic & Valerius lib. 9. cap. 13. de cupidit. vitæ. de Manio Aquillio sic ait: *Manius Aquillius cum sibi gloriosè posset extingui, Mithridati maluit turpiter seruire. Quem nã aliquis merito dixerit Pontico Supplicio, quam Romano Imperio digniorem, quoniam commisit, vt priuatè opprobrium publicus rubor, & verecundia existeret.*

31 Neq; est absimilis Ceorum cõsuetudo, quam ita retulit idem Ælianus lib. 3. cap. 38. *Consuetudo est apud Ceos, vt illi qui senectute planè confecti sunt, tanquam ad conuiuiũ se mutuo inuitent, aut ad quoddam solemne sacrificium, & coronati cicutam bibant: cum sibi ipsis conscij sint, se ad promouenda patriæ commoda inutiles amplius esse, animo iam ob ætatem delirare incipiente.*

32 Et in summa gentium ea fuit sententia, non libidine moriendi inconsulta animi leuitate esse præcurrendum ad mortem, sed expensis causis, & rationibus, si pudor, si dolor, si grauis valetudo, vel aduersus fortunæ casus exigeret: libenter finiendam uitam. Inde Euripides in Hecuba: *Vbi quis, inquit, malorum pondere atque sarcina, quam vt ferre possit, acerbiore premititur, huic sit venia, vitam calamitosam linquere.* Tullius lib. 1. de finibus ex sententia Epicuri ait: *Ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos fortè finiri, paruos multa habere interualla quietis, mediocrium vos esse dominos, vt si tolerabiles sint, feramus, sin minus æquo animo è vita, tanquam è theatro exeamus.* Plinius nepos lib. 1. epistol. 22. de Tito Aristone consilium capiente si insuperabilis esset morbus, quo distringebatur, sponte exeundi de vita: ita scribit. *Id ego arduum in primis, & præcipua laude dignum puto: nam impetu quodam, & instinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare autem & causas eius expendere, vtq; suaserit ratio, vitæ, mortisque consilium suscipere, vel ponere, ingentis est animi.*

33 Cornelius Tacitus lib. 6. Annalium: *Haud multò post Coccius Nerua continuus Principis, omnis diuini humaniq; iuris sciens integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cæpit. Quod vt Tiberio cognitum, adsidere, causas requirere, addere preces, fateri postremo graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum nullus*

nullis moriendi rationibus vitam fugeret. Auersatus sermonem Nerua, abstinentiam cibi coniunxit. Ferebant gnarum cogitationum eius, quanto propius mala Reipublicę uiseret, ira, & metu, dum integer, dum intentatus honestum finem voluisse.

34 Inde nonnunquam apud Principem reddebantur causæ voluntariæ necis, & illis expensis, si iustæ videbantur, ius se occidendi fiebat. Vnde Hadrianus Imperator veniam dedit Euphrati Philosopho, vt citra infamiam, & ignominiam cicutam biberet, tū propter senectutem, tum pro-
35 pter grauem morbum. Vti refert Dion. in Hadriano. Et Massiliæ coram sexcentis viris causæ voluntariæ mortis reddebantur. Quibus probatis, publicè asseruata cicuta exhibebatur. Vt è nostris refert Guilielmus Benedictus in c. Raynutius, §. mortuo. itaque testatore el primo, numero 48.

Hinc apud declamatores frequens argumentum, ex lege, qui voluntariæ mortis causas nō reddiderit, insepultus abijciatur. Quintilianus declam. 4. in hoc ipso argumento ita scribit: *Quod volo, fingite vnum ex populo turbaque petere ius præmiorum: non debet hoc vetari quoties habet causas, non potest, quoties non habet: scilicet enim verendum est, ne ad hoc inconsultè, ne temere leuitas humana prosiliat. Et credibile est, quod quidquid apud hominem pro vita dici potest, ipsa sibi vita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiæ quoties iā putatis noluisse me mori. Primum hoc maximum, quod pro incolumitate hominis natura commenta est, vt perire mus inuiti: & contra tot aduersos casus patientia nobis æquanimitate succurreret. Inde est, quod inter luctus, et desperationes fœda viuacitate duramus.* Neque absimile est, quod ex Platone lib. 9. de legib. & Cicerone 1. Tusculana suprà retulimus.

36 Quis ergo negabit, Romanos sensisse, quemlibet potestatem habere in corpus suum, se occidendi, aut vulnerandi? cum nihil aliud tam enixè defenderint. Vnde impedire se volentes occidere, iudicabant iniustum. Horatius in arte poetica: *Inuitū qui seruat*, ait, *idem facit occidenti*. Seneca libro 8. declamatione 4. *Nō magis*, inquit, *crudeles sunt, qui volentes viuere occidunt, quam qui volētes mori non sinunt*. Et Epist. 78. Tullij Marcelli mortem memorans, cui serui parere nolebant, inquit: *Primum detraxit illis metū, & ostendit, tunc familiam periculum adire, cum incertum esset, an mors domini voluntaria fuisset, alioquin tam mali exempli esse, prohibere dominum, quam occidere.*

Claudam disputationem istā, (ni fallor, affatim comprobatā) epigrammate Martialis, qui sui
37 occisionem Romanā vocat mortem, & se occidētem sanctam inquit peregisse vitam, libr. 1. epigram. 79.

Indi.

sedentem in confabulationibus, & singulis dicentibus, alio mihi satis est quinque annos viuere, alio mihi tres, tertio dicente mihi quatuor respondētem Epicarmum, O optimi viri, dixisse, quid mutuo contenditis, & litigatis de paucis diebus, omnes enim qui conuenimus quodam fato, propinqui sumus morti. Itaque tempus est nobis omnibus ocyus discedendi, antequàm aliquod senectutis damnum experiamur.

30 Eodem modo celebratissima illa Arria Pœti vxor (quæ postea, vt dictum est, se cum marito peremit,) conuitiata est vxori Scriboniani, eam alloqui volēti: *Ego* inquiens *te audiam, in cuius gremio Scribonianus occisus est, & viuis.* Vti refert Plinius libr. 3. epist. 16. sic & Valerius lib. 9. cap. 13. de cupidit. vitæ. de Manio Aquillio sic ait: *Manius Aquillius cum sibi glorio sè posset extingui, Mithridati maluit turpiter seruire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico Supplicio, quam Romano Imperio digniorem, quoniam commisit, vt priuatū opprobrium publicus rubor, & verecundia existeret.*

31 Neq; est absimilis Ceorum cōsuetudo, quam ità retulit idem Elianus lib. 3. cap. 38. *Consuetudo est apud Ceos, vt illi qui senectute planè confecti sunt, tanquam ad conuiuiū se mutuo inuitent, aut ad quoddam solemne sacrificium, & coronati cicutam bibant: cum sibi ipsis conscij sint, se ad promouenda patriæ commoda inutiles amplius esse, animo iam ob ætatem delirare incipiente.*

32 Et in summa gentium ea fuit sententia, non libidine moriendi inconsulta animi leuitate esse præcurrendum ad mortem, sed expensis causis, & rationibus, si pudor, si dolor, si grauis valetudo, vel aduersus fortunæ casus exigeret: libenter finiendam uitam. Inde Euripides in Hecuba: *Vbi quis*, inquit, *malorum pondere atque sarcina, quam vt ferre possit, acerbiore præmittitur, huic sit venia, vitam calamitosam linquere.* Tullius lib. 1. de finibus ex sententia Epicuri ait: *Ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos fortè finiri, paruos multa habere interualla quietis, mediocrium nos esse dominos, vt si tolerabiles sint, feramus, sin minus æquo animo è vita, tanquam è theatro exeamus.* Plinius nepos lib. 1. epistol. 22. de Tito Aristone consilium capiente si insuperabilis esset morbus, quo distringebatur, sponte exeundi de vita: ita scribit. *Id ego arduum in primis, & præcipua laude dignum puto: nam impetu quodam, & instinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare autem & causas eius expendere, vtq; suaserit ratio, vitæ, mortisq; consilium suscipere, vel ponere, ingentis est animi.*

33 Cornelius Tacitus lib. 6. Annalium: *Haud multò post Coccius Nerua continuus Principis, omnis diuini humaniq; iuris sciens integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cœpit. Quod vt Tiberio cognitum, adsidere, causas requirere, addere preces, fateri postremo graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum*

nullis

nullis moriendi rationibus vitam fugeret. Auersatus sermonem Nerua, abstinentiam cibi coniunxit. Ferebant gnarum cogitationum eius, quanto proprius mala Reipublicæ uiseret, ira, & metu, dum integer, dum intentatus honestum finem voluisse.

34 Inde nonnunquam apud Principem reddebantur causæ voluntariæ necis, & illis expensis, si iustæ videbantur, ius se occidendi fiebat. Vnde Hadrianus Imperator veniam dedit Euphrati Philosopho, vt citra infamiam, & ignominiam cicutam biberet, tũ propter senectutem, tum pro-

35 pter grauem morbum. Vti refert Dion. in Hadriano. Et Massiliæ coram sexcentis viris causæ voluntariæ mortis reddebantur. Quibus probatis, publicè asseruata cicuta exhibebatur. Vt è nostris refert Guilielmus Benedictus in c. Raynutius, §. mortuo. itaque testatore el primo, numero 48.

Hinc apud declamatores frequens argumentum, ex lege, qui voluntariæ mortis causas nõ reddiderit, insepultus abijciatur. Quintilianus declam. 4. in hoc ipso argumento ita scribit: *Quod volo, fugite unum ex populo turbaque petere ius præmiorum: non debet hoc vetari quoties habet causas, non potest, quoties non habet: scilicet enim verendum est, ne ad hoc inconsultè, ne temere leuitas humana prosiliat. Et credibile est, quod quidquid apud hominem pro vita dici potest, ipsa sibi vita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiæ quoties imputatis noluisse me mori. Primum hoc maximum, quod pro incolumitate hominis natura commenta est, vt perire mus inuiti: & contra tot aduersos casus patientiæ nobis æquanimitate succurreret. Inde est, quod inter luctus, et desperationes fœda viuacitate duramus.* Neque absimile est, quod ex Platone lib. 9. de legib. & Cicerone 1. Tusculana suprà retulimus.

36 Quis ergo negabit, Romanos sensisse, quemlibet potestatem habere in corpus suum, se occidendi, aut vulnerandi? cum nihil aliud tam enixè defenderint. Vnde impedire se volentes occidere, iudicabant iniustum. Horatius in arte poetica: *Inuitũ qui seruat*, ait, *idem facit occidenti*. Seneca libro 8. declamatione 4. *Nõ magis*, inquit, *crudeles sunt, qui volentes viuere occidunt, quam qui volẽtes mori non sinunt*. Et Epist. 78. Tullij Marcelli mortem memorans, cui serui parere nolebant, inquit: *Primum detraxit illis metũ, & ostendit, tunc familiam periculum adire, cum incertum esset, an mors domini voluntaria fuisset, alioquin tam mali exempli esse, prohibere dominum, quam occidere.*

Claudam disputationem istã, (ni fallor, affatim comprobatã) epigrammate Martialis, qui sui

37 occisionem Romanã vocat mortem, & se occidẽtem sanctam inquit peregisse vitam, libr. 1. epigram. 79.

Indi.

Indignas premeret pestis cum tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues.
Siccis ipse genis flantes hortatus amicos,
Decreuit stigios Pestus adire lacus.
Non tamen obscuro pia polluit ora veneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam Romana vitam sed morte peregit,
Demisitq; animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest huius Cæsar amic⁹ erat.

SVMMARIA ex capite sequenti.

1 *Intelligitur text. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.*
2 *Diffinitio Dominij.*
3 *Vtilis Aquiliæ actio datur libero homini vulnerato.*
4 *Vtilis actio datur, quoties viget eadē ratio, qua producit directam.*
5 *Intelligitur l. cum autem. 23 §. excipitur. ff. de ædilit. edicto.*
6 *Intelliguntur tex. in l. si quis aliquid. §. fina. ff. de pœnis. & in l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit.*
7 *Ratio specialitatis in milite, cur se vulnerans, iure ciuili puniatur.*
8 *Intelligitur tex. in l. 4. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.*
9 *Cœlibes, & orbi quibus pœnis olim affecti.*
10 *Iura liberorum.*
11 *Eunuchi olim in pretio.*
12 *Virgines Milesiæ se occidētes punitę.*
13 *Tarquinij lex in se occidentes.*
14 *Respondetur l. nec si volens. C. de lib. causa.*
15 *Respondetur legibus negantibus pignus constitui in homine libero.*
16 *Suspendiosi quando lugeantur.*
17 *Potestas alienandi non est de essentia dominij.*
18 *Referuntur plures qui docent habere quemquam potestatem in seipsum.*

CAP. IIII.

Soluuntur contraria, & referuntur, qui hanc potestatem agnouerunt.

1 NIhil autem est, quod magis potestatem hanc in corpus proprium ostēdat, quā eædem ipsæ leges, & rationes, quæ in contrarium adferuntur: præcipuè autem ipsa l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. vbi cum Vlpia. ait: *Quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur*, loquitur de dominio illo, à iure gentium in seruos bello captos introducto, quod dominiū nemo sanè in se habere potest, ex multiplici ratione relata suprà cap. 1. Non tamen inde sequitur, quod non habeat potestatem in se, & in membra sua, Hęc enim potestas non appellatur à iure dominium, sed facultas: effectu tamen idem est quod dominium. Id quod ex vtriusq; diffinitione facilè colliges. Libertas etenim definitur, naturalis facultas eius, quod cuique facere libet,

bet, nisi quid vi, aut iure prohi-
beatur. l. libertas. ff. de stat. ho-
2 min. Et dominium eisdem ferè
verbis definituri Ius plenè, & li-
berè de re disponendi, nisi quid
iure prohibeatur. Vti argumen.
tex. in l. in re mandata. C. manda
ti. definiunt Barto. in l. si quis vi.
§. differentia, num. 4. ff. de acquir.
possess. Bald. in l. fœminæ. §. fina.
C. de secund. nupt. Salyc. in l. tra-
ditionibus. num. 7. C. de pact. Et
est communis sententia, vt per
Pinell. 2. par. l. 1. C. de bon. mater.
num. 1. & consonat l. 1. titu. 28.
par. 3. & ibi notat Gregor.
3 Quòdque mens Vlpiani fuerit
hanc potestatem asserere, manife-
stissimè deprehendes, si perpen-
dis, actionem legis Aquiliæ in-
ductam fuisse aduersus eos, qui
seruos alienos vulnerassent, vel
in alienis seruis rebusuè damnũ
dedissent. l. 2. l. item Mela. §. si
in eo homine. l. ob id. l. liber ho-
mo. §. si seruus. ff. ad leg. Aquil.
princip. Instit. eod. tit. l. 2. tit. 15.
par. 7. Cùm ergo homo liber vul
neratur, verba legis deficiunt;
non enim est sui seruus, neq; sui
dominus, ideò cessat actio dire-
cta legis Aquiliæ. Sed quia liber
homo, licet non sit dominus mẽ
brorum suorum eo dominio, qđ
est à iure gentium introductum:
habet tamen eam facultatem, &
potestatem in mẽbra sua ad vsus
licitos, quæ in effectu idem vel
plus est, quam in seruos domi-
nium: Vlpian. ait illi dandam es-
se vtilem actionem legis Aqui-
liæ. Quæ etiam in effectu idẽ est
quod directa, vt dicit Vlpia. ibi,
vtilem Aquiliæ habet actionem. Et
rursus in l. si fratres 53. §. socium
vniuersa. ff. pro socio. in hæc ver-
ba: *Socium vniuersa in societatem cõ
ferre debere, Neratius ait: si omniũ
bonorum socius sit. Et ideò siue ob in-
iuriam sibi factum, vel ex lege Aqui-
lia, siue ipsius, siue filij corpori noci-
tum sit, conferre debere respondit.*
Cõstat ergo, agnouisse Vlpia.
hominẽ liberum in membra sua
habere potestatem similem do-
minio, de quo loquitur lex Aqui
lia: vt subsit materia, quæ vtilem
similem actionem producat. Ete-
nim quoties casus verbis legis
comprehenditur, datur actio di-
recta: quoties non comprehendi
4 tur, subest autem similis equitas,
illi, quæ legẽ mouit, datur actio
vtilis. l. 1. l. 2. l. 3. l. quia actionum.
11. l. quoties. 23. ff. de præscriptis
verbis. l. 2. §. deinde. ff. de origin.
iur. l. 1. ff. de seruo corrupto. l. 2.
§. item Varrus. ff. de aqua pluui.
arcen. Idq; nominatim in l. Aqui
lia dixit Pomponius, in d. l. quia
actionum. vbi ait: *Sed & eas actio
nes, quæ legibus prodita sunt, si lex iu-
sta, ac necessaria sit, supplet Prætor
in eo, quod legi deest. Quod facit in le
ge Aquilia, reddendo actiones in fa-
ctum, accommodatas legi Aquiliæ,
Idque vtilitas eius legis exigit* Hæc
tamen vtilis actio eundem effe-
ctum, eandemq; potestatem ha-
bet, quã directa. Vti scribit Pau-
lus in l. actio. 49. ff. de negotijs.
gestis. in hæc verba: *Nec refert*

dire-

directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur, quia in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc vtilitas superuacua est. Maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, eundemque habeat effectum. Supponit ergo vtilis actio causam in effectu similẽ ei, quæ producit directam.

5 Non obest prædictis, quod ait Vlpian. in l. cum autem, 23. §. excipitur & ille. ff. de ædilit. edict. malum creditum seruum, qui aliquid fecit, quo se rebus humanis extraheret. Quia non illum dicit esse malum Vlpia. hoc enim ipse non credebat, cum dixerit licere naturaliter seruo in corpus suum sæuire. l. peculium. §. si ipse. ff. de peculio. Sed malum seruum, potest autem esse bonus homo, & malus seruus, sicut bonus homo, & malus coci', siue malus citharedus, quemadmodum in Euangelio laudatur villicus iniquitatis. Ideò stãt simul seruum id posse facere si velit, iuxta non veram Romanorum opinionem, nihilominusq; si tale quid fecerit, non esse bonum seruum: qui audeat dominũ pretio sui fraudare, & qui, vt inquit Vlpia. ibidem tam efferatæ sit audaciæ, vt sibi non parcat, timeri enim potest, ne domino insidietur, qui vitam suam negligit. Itaque Vlpia. non ideò illum malum vocat, qđ attentauerit quid illicitum, sed vt subdit, tanquam nihil non in alium ausurus, qui hæc aduersus se ausus est. Imò Paulus in l. bonem. §. mortis. eod. tit. eum tantum seruum, qui mortem sibi inferre tentauit, propter nequitiã, malosq; mores, flagitiumuè aliquod admissum, malum esse voluit. Non autem eum qui dolorem corporis non sustinendo id fecerit. Quæ est eadem, quæ in liberis hominibus recepta fuit à Romanis distinctio. Vt ibi notat Accurs. verba autem Pauli, ne lõgius quæsitur' eas subijcio. *Mortis, inquit, consciscendæ causa quid facit, qui propter nequitiam, malosq; mores, flagitiũuè aliquod admissum, mortem sibi consciscere voluit. Nisi dolorem corporis non sustinendo, id fecerit.*

6 Neque etiam obsunt huic potestati, tex. in l. si quis aliquid. §. fi. ff. de pœnis. & l. omne delictũ. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. vbi miles qui sibi manus intulit, si ignauia, morte punitur, si dolore, ignominia mittitur. Imò ex eis dum specialiter loquũtur in milite, sequitur diuersum esse in pagano. Sunt autem specialia in milite: vt sentit Grammat. decis. 44. num. 4. & affirmant Menoch. de arbitr. iudic. cent. 3. casu 284. num. 24. Tiber. Decia. lib. 9. tract. crim. cap. 3. num. 4. & cap. 4. nu. 7. quod mihi probat Vlpian. in l. si quis filio. 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. Dum pręmiserat communem distinctionem, de eo qui doloris impatiẽtia, vel alia ex causa mortem sibi consciscit: & eo qui conscientia criminis; & subdit, eandẽ distin-

ctionem in testamento militis locum habere, quasi in casu magis dubitabili. *Quam distinctionem*, inquit, *in militis quoque testamento Diuus Hadrianus dedit epistola ad Pomponium Falconem. Vt siquidem ob conscientiam delicti militaris mori maluerit, irritum sit eius testamentum, quod si tadio vitæ, vel dolore, valeat*. Est ergo aliquid peculiare in milite, quod effecit, vt dubitari potuerit, an quæ in paganis admittitur distinctio, in milite esset admittenda. Quod dubiũ principis epistola indiguit. Menoch. vbi suprà eam putat esse rationem, quod milites maiorẽ animi constantiam, & intrepidationem, atque fortitudinẽ ostendere debent, quam cæteri homines. Et sequitur Decianus loco citato.

7 Ego verò aduerto, summã esse rationem, quæ militem se occidere tentantem multis pœnis plecti suadeat. Etenim parantur milites, vt inimicos occidant, & patriam tueantur. Qui autem se occidit, Rempublicam prodit, & militiam deserit, quod immane delictum est, & capitis pœna expiandum. l. 3. §. qui stationem. l. non omnes. §. desertor. ff. de re militari. & inimicis opem ferre videtur, militem subtrahendo Reipublicæ. Quid enim aliud inimici conantur, quàm milites nostros occidere? quod si ipsi se occidant, id facient, quod summũ & inimicus desiderat, & quando maximè damnificetur, facturus est. Eo autẽ tpe militẽ subtrahit, cum Respublica pluribus ciuibus indiget. Et forsan malo exẽplo suo alios etiam subtrahet. In eo ergo non puniebant Romani, quod sibi manus intulerat, sed quod militiam deserebat, & Reipublicæ videbatur insidiari.

8 Eadem fermè ratione motus est Hadrianus, dum pœnam imponit ei, qui virilia sibi execuerit, vel abrumpi sibi passus sit, in l. 4. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Qui enim se castrat, instrumenta aufert generationis, quibus Respublica ciuibus replẽt, qui illam conseruant, & tuentur: quibusq; abundare sed maxime interest. l. 1. ff. soluto matrimon. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. fin. C. de bon. libert. Vnde qui generationem impedire tentat, immane facinus, & scelus vltore gladio dignũ patrat. Fuit enim semper Legislatoribus curæ ad coniugium, & prolem gignendam præmijs inuitare ciues, &

9 repugnantes pœnis coercere. Apud Romanos Furius Camillus, & Posthumius, cùm censurã agerent, mulctam indixerũt his, qui ad senectutem cœlibes peruenissent. Vti referunt Valer. Maxim. libro secundo. capitulo quarto. Alexand. ab Alexand. libro quarto. dier. genial. capit. 8. Hinc lata lex Iulia de maritãdis ordinibus, primum à Quinto Metello Numidico censore, vt ait Alex. ab Alexan. loco citat. & Aul. Gellius lib. 1. noctium atticar.

car.cap.6.postea à D.Iulio, deindè ab Augusto, cuius meminit l. 1.§.si liberta.ff.vnde vir, & vxor. Dio in vita Augusti, & Sueton.c. 34. Lex Papia Poppæa, quæ noluit orbum maritum ex testamento vxoris solidum capere, sed tātùm decimam. Vlpian.in Institution. titulo 15. quod sustulerunt Arcad.& Honor.in l.2. C. de infirm.pœnis cœlibat. Alciat. lib.3. dispunctio. cap. 3. M. Vertranus Maurus in tract. de iure liberor. cap.5. Eadem lex Poppæa patribus ius fecit, capiendi legata caduca, in testamentis, in quibus erant scripti hæredes, quæ quoties cœlebs, vel orbus scriptus erat, ad fiscū deferebātur. Quod postmodum sustulit Iustinianus in l. vnica. C. de caduc. tollend.

10 Hinc prodita priuilegia his qui liberos sustulissent, quorum meminit Sozomen. in Tripartita libro 1. cap.8. quæ competebant primum quidem ipso iure, vt colligere licet ex l.1.ff.de vacat.muner. posteà cœperunt à Principe impetrari. l.fin. C.de his qui numer.liber.lib.11. Demùm ab Honorio, & Theodosio decretum fuit, vt sine alia impetratione cō peterent. l.1. C. de iure liberor. Singula autem priuilegia latissimè prosequitur M. Vertranus Maurus dicto tract. de iure liberorum.

11 Fuit & alia ratio, quæ mouere debuit Hadrianum, quod olim eunuchi in pretio fuerūt magnatibus, qui illis asseruandas concedebant vxores. Vti refert Alciatus in l. spadonum 128. ff. de verbor. significat. Plaza capit.24. num.4. Vnde multi, quo eiusmodi fauores nanciscerentur, se castrari patiebantur. Proinde eiusmodi delictum frequentissimum esse colliges ex Martiali libro 6. Epig.2. ex l. 1. & 2. C. de eunuchis. Et melius ex Authent. de his qui eunuchos faciunt.§.1.collat.10. Vbi Iustinian. ait, post multas constitutiones id prohibentes ab impia hac actione nō temperari, sed in immensam multitudinem hoc flagitij genus excurrere optima.l.13.tit.8. par.7. cuius verba non grauabor adscribere. *Antiguamente los gentiles castrauan los moços, por que los guardasen sus mugeres, e sus casas. E porque valian mucho à vendida estos à tales, los mercadores comprauan los sieruos, e castrauan los, e trayan los à vender: bien asi como las otras mercadurias. E los emperadores, e los otros sabios tuuieron esto por mal, e por cosa sin raçon, del home ser lisiado por tal raçon como esta, è defendieron que non lo ficiesen. E maguer fue defendido, con todo eso vsauan lo algunos à facer*. Et reliqua q̄ sequunt. Expende illa verba: *E los emperadores, e los otros sabios tuuieron esto por mal, e por cosa sin raçon del home ser lisiado por tal raçō como esta*. Ex qua colliges, gentiles non ideò prohibuisse, quia crederent id vnicuique in se ipsum non licere, sed ne tot homines debilitarentur. Oportuit

tuit enim pro Reipublicæ vtilitate euirationibus tam frequentibus nouis pœnis obuiam ire iuxta l. aut facta. §. euenit. ff. de pœnis.

12 Sic etiam tametsi, (vt ostendimus) gentiles in se occidentes nullam pœnam statuebant: nonnunquam tamen, si plures in id genus in fortunij incidissent, medicinæ loco, quo ab eiusmodi insania homines auocarētur: statutum est se occidētibus aliquot imponi pœnas. Cuiusmodi est, quod scribunt Plutarchus de claris mulier. Aul. Gellius lib. 5. noctium atticar. cap. 10. Milesiorū virgines, fermè quot tunc in ea ciuitate erant, repente sine vlla euidenti causa, voluntatem cœpisse obeundæ mortis: ac propterea multas suspendio vitā finijsse. Quod cum indies cresceret, neque vlla ratione à tam improbo flagitio reuocari possent: statuerunt Milesij, vt sic mortuæ nudæ eodem laqueo per vniuersos ciuitatis vicos circumferrentur. Quo facto, tanto pudore virgines superstites percussę sunt, vt deinceps nulla voluntariā mortem obierit.

13 Simile est, quod retulit Plin. lib. 36. natural. histor. c. 15. Tarquinium Priscum immensam cuiusdam operis molē populi manibus voluisse construere, cuius magnitudine perterriti multi sibi mortem consciscebāt. Quamobrem iussit Tarquinius à se ipsis occisorum cadauera in crucē tolli; & populo spectanda, feris volucribusq; lacerāda relinqui. Quo supplicij genere ab spontanea morte populum reuocauit.

14 Non etiam obstat, quod simplici pacto quis nequeat sibi libertatem adimere. l. nec si volens. l. liberos. C. de liber. caus. sed oporteat quasdam adhibere solemnitates. Hoc enim non efficit, quin libera sit vnicuiq; in se potestas, quemadmodum libera est omnibus testandi facultas. l. 1. C. de sacros. Eccl. At qui plures solemnitates in testamētorū factione institutæ sunt, quibus non obseruatis testamētum non tenebit. Non tamen efficiūt minus liberam testandi facultatem. Confirmatur ex eo, quod, vt capite superiori retulimus, ad mortem liberè se vendebant Romani.

15 Quod prętereà dicebatur cap. 1. aduersus hanc potestatem pignus in homine libero constitui non posse, procedit in homine libero inuito, cum constet, in volēte constitui posse, l. si vsumfructū 23. §. 1. ff. de liber. causa. diximus cap. pręceden. & latiùs infrà lib. 2. cap. 14.

16 Quodque subiungebamus suspendiosos lugeri nō solere, idē Vlpia. in ead. l. liberorum. 11. §. non solent. ff. de his qui not. infam. explicat id tantum procedere in his, qui mala cōscientia ob aliud aliquod flagitium admissum, pudorem, & supplicium anteuertebant: nō in his qui tę-

dio

dio vitæ mortem vltroneam adsciscebant, vt patet ex illis verbis: *non tædio vitæ, sed mala conscientia.*

Quod denique diximus iure diuino, & canonico districtè ꝓhibitum esse se occidere. Fateor ità esse de iure canonico, & diuino: cum iure Romano, vti superiori capitulo ostensum est, licitum cuiquam esset in se sæuire. Verum, & iure canonico, & diuino hęc sola exceptio cũ suis apendiitijs inuenitur, huius potestatis quam in se ipsum quisquam habet.

Non obstat quod dictum est, neminem esse dominũ vitæ suæ; quia intelligitur quantũ ad actũ transeundi de hac vita ad aliam. vt declarat S.Thom.22. q.64.art. 5. ad 3. In cæteris autem potest homo dici vitæ suæ dominus. Neque fundamenta illius sentẽtiæ quantum ad hanc limitatam potestatem in contrariũ vrgent. Quia illud primum quod Deus sit dominus vitæ, nõ tollit quod homo etiam esse possit, quia omnium rerum mundi Deus est dominus, & tamen multa sunt in dominio hominum. Illud etiam secundum quod quis sit dominus illorum, quæ potest acquirere, non vrget: multa enim non possumus acquirere, & ex Dei largitione illorũ domini sumus. Certè vngues, capillos, pulchritudinem, & alia eiusmodi, imò & minimam herbam, seu radiculam sine Dei operatione adquirere non possumus, illorum tamen nos esse dominos, omnium sententia est. Illud denique tertium non esse nos dominos illarum rerum, quas non possumus alienare, solũ procedit respectu

17 actus alienationis. Nam in cæteris nõ ideò minùs quis dominus est, quod alienare non possit. l. non ideò minus. ff. de re iud. l. ex asse. ff. ad Trebell. Et sine facultate alienandi perfectum dominium stare potest. Bald. nu. 10. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Molina. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 19. num. 11. & 12. Nam dominium est facultas de re disponẽdi ad vsum lege aliqua nõ prohibitum, vt ex diffinitione relata cap. præced. liquet. Et ad rem nostram perpendit Gregor. de Valentia Tomo 3. disput. 5. q. 10. punc. 1. q. 3. ad fi. eodemque modo potestas ista in se ipsum, quam asserimus, est facultas de se disponendi ad vsum lege non prohibitum.

Plures denique rationes, quas in c. 1. numerauimus, eo tendũt, vt ostendant, neminem in se habere id genus dominij, quod ius gentium, quoad seruos bello captos introduxit. Non tamen negant hanc potestatem, quam asserimus, habere quemcunque in corpus suum, quam leges naturalem vocant facultatem, & Aristophanes ius corporis.

Sententiam hanc nostrã apertè tenet S. Thomas in 22. quæst.

18 64. art. 5. ad 3. dum scribit in hęc ver-

verba: *Ad tertium dicendum, quod homo constituitur dominus sui ipsius per liberum arbitrium: & ideò licitè potest homo de se ipso disponere, quantum ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur: sed transitus de hac vita ad aliam vitam fęliciorem non subiacet libero arbitrio hominis, sed potestati diuinæ.* Hactenus Sanctus Thomas. Ex quibus verbis Soto de iustitia, & iure. lib. 4. q. 2. art. 3. conclus. 4. & iterum quæst. 6. art. 3. ad mediũ. apertè ait colligi, q̃a nihil aliud excipit, quam trãsitus de hac vita ad aliam, in omnibus alijs esse hominem sui ipsius dominum. Idem vult lib. 5. quæst. 1. artic. 5. ad 3. Petrus Aragon. in 22. q. 26. art. 4. sub quæst. 3. ad 2. & q. 62. in tract. de dominio. colum. 38. versic. diximus suprà. distinguit dicens, bona corporis esse in dupli ci differentia, quædam esse quæ suaptè natura ordinantur ad vitæ conseruationem, à quibus vita humana depẽdet, vt salus, incolumitas membrorum, & horũ inquit hominem non esse dominum. Alia autem esse, quæ ex natura sua non ordinantur ad vitæ conseruationem, neq; ab ipsis vita dependet, vt pulchritudo, & similia: & subdit hæc uerba: *Et quidem de istis bonis corporalibus, à quibus vita non dependet, certum est, quod est propriè homo illorum dominus, cum possit illa dispensare, sicut dispensat de pecunijs, & de alijs bonis temporalibus. Similiter etiam est certum, quod habet homo dominium proprij corporis, quantum ad aliquos ipsius vsus.* Et paulò inferius ait, qui impedit hominem ab ambulando, ei facere iniuriã, quia aufert ab eo vsus membrorum, quorum plenè, atque perfectè est dominus. Idem Aragõ. in 22. quęst. 64. artic. 5. ad 3. ait, quod licet homo non sit vitę suę dominus, tamen aliquid dominij, & iuris habet in vita sua. Gregor. de Valentia Tom. 3. disp. 5. quæst. 10. punc. 1. quæst. 3. ad finem, fatetur hominem esse suarum actionum dominum: quia eas in suum commodum spirituale, vel temporale arbitrio suo libero exercere potest. Michael Salon, in 22. quæst. 71. in tract. de dominio. quęst. 3. art. 3. statuit primam conclusionem in hæc uerba: *Homo dominus est tàm vsus suorum membrorum, & potentiarum, quàm eorum bonorum, quæ pertinent ad ornamentum sui corporis, vt agilitatis, pulchritudinis, &c.* Et rursus ibi concl. 4. in solut. ad 4. ait, q̃d licet homo non habeat dominiũ vitæ, & membrorum, habet tamen dominium vsus, & operarum, quas illis membris potest exercere. Idem ait Bañes 22. q. 62. art. 5. dub. 5. Aragon. 22. q. 32. artic. 7. circa tertiam conclusionem Diui Thomæ. Eandem potestatem in se ipsum asserit idem Diuus Thomas 22. quæst. 65. art. 1. in corpore.

Ex Iurisperitis Ioãnes de Imola nu. 10. ad fin. in ca. 2. de pignoribus ità ait: *Nam etiam nemo*

est dominus sui ipsius, vel membrorũ suorum, intellige, vt possit quis dici habere ipsum dominium, prout habet in alijs rebus. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. aliàs autem bene videtur esse dominus membrorum suorum, quoad potestatem vtendi illis. Hactenus Imola. Idem vult Aldobrandinus in §.serui autem.num.5.& 6. Instit.de iure personarũ. tametsi non se satis expediat. Ripa in l. obligatione generali, num.24.ff. de pignorib⁹ ait, quod licet nemo sit dominus membrorũ suorum, quoad amputationem, vel debilitationem,tamen secus est, quantum ad macerationem, ex doctrina Bart.in l.1.§.vsq; adeò. ff.de iniurijs.de qua nos agimus infrà hoc lib.1.capit.11. Et ante hos Ioã.de Platea in l.nemo carcerem.num.32.C.de exactor.tribut. lib.10. ait, quod quis nõ est dominus membrorum suorũ extinctiuè, sed potest se subijcere vindictæ de se sumendæ arbitrio iudicis. Idem sensit Nauarr. in Manuali cap. 15. nu.11. dum referens illud vulgare, nemo est dominus membrorum suorum, subdit, *saltem quantum ad hoc.* scilicet quoad sui occisionem, de qua loquebatur, ac proinde sensit in alijs esse dominum. Idem Nauarr.cap.17. numer.87. dicit, quod licet homo non sit dominus suæ vitæ, saltem eius est custos cum potestate ponendi eam pro Deo,pro Republica,pro suis bonis, etiam pro quolibet actu virtutis.Couarru. in regula peccatum. 2.par.§.2. num.1.in quæstione illa, an meretrix licitè recipiat turpitudinis suæ pretium scribit hæc verba: *Deinde quamuis fornicatio praua sit,& iure diuino vetita, ipsa tamen meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est,neque ipsa venditio actus venerei illicita censetur.* Idem aiunt Caietan.& Soto citati infr. lib.2.cap. 15.nu.8. Sic etiam Soto in 4.dist. 18.quæst.2. articu.4. colum.13.in alia simili quęstione,virginis spõtè stupratæ contra Caietan. ait, quod puella est domina sui corporis, etiam ad scindenda claustra pudoris. Sequuntur Gutierrez in Canonicis quæst. cap. 37. nu.21. Salcedo ad Practicam Bernardi Diaz. ca.83.lit. C.Michael Salon 22.quæst.62.articu.2. controu.5. conclus.1. Petrus Nauar. lib.2.de restitu. cap.3. num.436. qui dicit, quod puella est domina suæ virginitatis. Et cũ his sentit Decian. lib.8. tractat.crimin. cap.7.num.21.

Itaq; siue concludamus hominem esse sui ipsius dominũ,quantum ad ea,quæ pertinent ad hãc vitam, non autem quoad transitum de hac vita ad aliã,prout loquitur S.Thomas.Siue concludamus hominem habere dominiũ vsus sui corporis, & actionum suarum,non autem vitæ,& membrorum,prout loquuntur recentiores Theologi.

Siue concludamus vnumquẽque in seipsum habere dominiũ, & potestatem, ac facultatem de

se

se arbitrio suo disponendi, pręterquàm quo ad ea quæ speciali ter sunt per legem diuinam, canonicam, vel ciuilem prohibita: omnino in idem recidit.

Effectus huius disputationis erit ne passim, & indistinctè valeat argumentum, nemo est dominus membrorum suorum, ergo non potest hoc facere, vel illud, sed tātū in prohibitis, prout est se occidere, aut membrū abscindere. Quinimò valeat in contrarium, in se ipsum quis potestatem habet, ergo hoc, vel illud, quod nulla lege reperitur, prohibitum facere potest. Sed iam ad specialiora descendamus.

SVMMARIA
ex capite sequenti.

1 *Iure diuino prohibitum est, se ipsum occidere.*
2 *Hæresis fuit Donatistarum asserere se occidentes martyres fieri.*
3 *Pręcepto 5. Decalogi prohibetur propricidium.*
4 *Se occidens incidit in crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, quia vsurpat iurisdictionem Dei.*
5 *Vita data est nobis ad gloriam Dei, ideò illam abijcere non possumus.*
6 *Nusquam permissum reperitur se occidere.*
7 *Sanctorum exempla condemnant propricidium.*
8 *Vt seruus se occidens offendit dominū, ità homines Deum.*
9 *Se occidens est efractor carceris.*
10 *Et instar serui fugitiui.*
11 *Et desertor militiæ.*
12 *Et iniuriam facit Deo, quia donum illius perdit.*
13 *Et deposito suo abutitur.*
14 *Et fraudat Deum seruitio suo.*

CAPVT V.

Nefas esse se ipsum occidere, aut vulnerare aduersus gentes.

1 ENimuerò quātum in hac re, de qua agimus, aberrauerint gentes, dum putarunt esse licitum se occidere, sacri scriptores docēt. Qui constitutissimum esse tradunt, legibus diuinis prohiberi, se ipsum occidere, hæreticosque esse censendos, qui contra tenuerint. Idque egregiè probāt Chrysost. in epist. Pauli ad Galatas. & iterum super Ioan. homil. 84. Hieronymus in epist. ad Paulam super obitu Blesillę. Beatus Petrus apud Clementem lib. 7. recognitio. Cypria. lib. de duplici martyrio. August. de Ciuit. Dei. lib. 1. cap. 17. cum sequentibus. Alex. Hallen. 3. par. quæst. 34. memb. 2. S. Thomas in 2. 2. quæst. 64. artic. 5. Et ibidem omnes Recētiores, & è nostris Tiraquell. de nobilita. cap. 31. num. 559. cum seq. Roland. cons. 20. lib. 3. Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 4. & lib. 6. cap. 27. Iacob. Menoch. de arbit. iudic. cas. 284. Tiber. Decia. lib. 9. tract. crimi. cap. 1. cum seq. Et ex Hispa-

nis Couarr.lib.1. Variar.resolut. cap. 2. Minchaca controuersiarũ Illustr.cap.11. Anto. Gomez.lib. 3.Vari. cap.3. an.3. Petrus Plaza in Epit.delictorum.ca.23.Iacob. Simancas in tract. de Catholicis instit.tit.18.nume.1. & 22.Petr.à Nauarra Toletanus in tracta. de restitut.lib.2.cap.3. à num.18.

2 Fuit sanè olim ista Donatistarum hæresis, qui se ipsos interimebant, putantes ità martyres Dei fieri:contra quos sæpè D.Augustinus in Ioannem tractat. 11. contra Gaudentium lib.1. ca.28. & sequen. de vnitate Ecclesiæ. cap.10.& 19.de hæresibus.hęres. 69. Et appellabantur isti Circũcelliones, siue Circuitores,quia, vt ait Filastrius de hæresibus. ca pit.86.circuibant terras,& quos inueniebãt in vijs,cogebãt eos, vt interficerentur ab illis. Theodoretus de hæreticis fabul. lib. 4. text. in cap. quidam autem.§. Circumcelliones.24.q.3.

Catholicæ veritatis sunt efficacissima fundamenta.

Nam in 5. præcepto Decalogi Exodi cap.22. & Matth. capit.5. iubemur non occidere.Quo præcepto dubio procul Deus præcepit, ne hominem occidamus, ad cætera enim animalia non pertinet, sed qui se ipsum occidit,hominem occidit, igitur directè in

3 præceptum committit. Hac collectione vtitur Sanct.August.lib. 1.de Ciuitate Dei.cap.20. in fin. & sequuntur S.Thomas dicto artic.5. Simancas dicto tit.18. nume.25. Nauarr.dicto cap.3.num. 28. Tiber. Decia. dicto cap.1.nume.8. Plaza,& cæteri locis suprà citatis, verba Augustini sunt: *Quod dictum est,Ne occides, non alterum,ergo nec te: neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit.* Refertur in capit. si non licet.§. item. 23. quæst.5.

Quodque hoc præcepto contineatur prohibitio se occidendi,aliter colligit August. d. cap. 20.à simili in hunc modum.Octauo pręcepto traditur,nè quis falsum testimonium aduersus proximum suum dicat, ea qualitate addita, *aduersus proximum tuum*. Nihilominus in illud præceptũ peccat,qui aduersus se falsum testimonium dicit, quasi id quoq; videatur prohibitum. Multò igitur magis in hoc præcepto 5. in quo non additur proximum tuũ, sed absolutè dicitur, non occides. continetur expressa prohibitio se occidendi. Eò magis qđ grauius delictum est, se ipsum, quam alium occidere, cum maior debeat esse in se ipsum charitas.Sanctus Thom.22.quæs.26. artic.4.

4 Rursus homo dominus vitæ suæ non est,sed solus Deus:vt dictum est suprà cap. 1. & habetur Deuteron.cap.32.Sapientię cap. 16.& 1.Reg. capit.2. Igitur non potest homo de vita sua dispone re, quinimò grauissimè peccat, quia vsurpat, quod est soli' Dei. Vt colligunt Rolan.dicto consil. 20.num.21.Simancas dict.tit.18.

num.

num.19.& cæteri. Vnde pulchrè Heliodorus Emissenus in historia Aethiopica se occidentē inquit incurrere in crimē lęsæ Maiestatis Diuinæ. Etenim qui iurisdictionem Principis vsurpat, crimen committit læsæ Maiestatis.l.3.§.fi.ad leg. Iul. Maiest.

Nec est absimilis collectio Min chacæ controuersiarum Illustr.c.
5 11.num.6.qui cæteras,inquit,res hominibus ad vsum eorum esse concessas, vitam autem ad Dei gloriam, & honorem, ideò eam proijcere non potest, qui alias potest.

Vlterius, vt colligūt Augusti. lib.1.de Ciuitate Dei cap.20. & Simancas d. tit.18. num.24. non
6 frustrà in Sanctis libris nusquam nobis diuinitus pręceptum, permissumvè reperitur, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius carendi, cauendivè mali causa,nobismet ipsis necem inferamus:nisi quia nō licet. Etenim si id licitum esset,alicubi consuluisset suis saluator.Vti ait idem Augusti.eod.lib.1.de Ciuit.Dei. cap.23.cuius verba præstat retulisse, inquit enim: *Non fecerunt Patriarcha,non Propheta,non Apostoli, quia & ipse Dominus Christus quando eos, si persecutionem paterētur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem: potuit admonere, vt sibi manus inferrent, ne in manus persequentium peruenirent. Porrò, si hoc ille non iussit, aut monuit,vt hoc modo sui ex hac vita migrarent, quibus migrātibus mansiones æternas se pręparaturum esse promisit: qualibet exempla opponant gentes, qua ignorant* Deum, *manifestum est, hoc non licere colentibus vnum verum Deum.*

Argumentatur etiam D.Augustin.cap.24. eod.lib.ab exemplo Sanctorum,quorum nullus volūtariè mortem obijt: quo fit, vt
7 credendum indubitatè sit, omninò non licere. Id etiam optimè Egesippus lib.3.de excidio Hierosolymitano.cap.17.in hæc verba: *Nunquid ante festinauit exire Abraham? nunquid ante ascendit Abarim Moyses, quam diceretur ei, Ascende in montem Abarim: sed dictum est, ascende, & ascendit, & mortuus est; quasi bonus seruulus, expectauit Domini praceptum. Ipse Iob, qui dixit, Pereat dies illa, in qua natus sum: tamen in vulneribus, & doloribus positus, vita huius vincula non disrumpebat:sed vt liberaretur, rogabat, dicens: Vt quid datum est in amaritudine lumen, vita autem in doloribus anima? Laudabat itaque mortem, cum diceret,mors verò requies: tamen non pracipiebat, sed postulabat, vt scriptum est. Concutior omnibus membris: &, quia sum impius, quare non sum mortuus? cur de ventre matris non in sepulchrum decidit aut, Nunquid breue tempus vita mea? dimitte me requiescere paululum. Alius quoque Sanctus dicit, educ de custodia animam meam. Petit euadere,petit ex hoc corpore, quasi de quodam liberari carcere. Nullus tamen Sanctorum necem sibi ipsi vsurpat,*

nullus præripit: si lucrum est mori, furtum est vsurpare ante expectatũ, si bonum est viuere, sacrilegium est repudiare antequam reposcatur. Hactenus Egesippus.

Deindè, vti colligunt S. Thomas d. art. 5. Siman. vbi supra nu. 27. Tiraquel. d. cap. 31. num. 561.
8 Igne. in d. §. si sibi. nu. 6. Decia. d. lib. 9. cap. 1. num. 9. homines esse seruos Dei, atque possessionẽ illius in propatulo est. Quemadmodum ergo malus est seruus, & dominum suum offendit, qui se occidit. Vt Vlpia. ait in l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edicto. dominusq; iustè irascitur tali seruo. Ità in Deum grauissimè peccat, ad iustissimamq; prouocat iram, qui sibi ipsi vitam abrũpit. Ità censet Plato in Phędone, in hæc verba: *Veruntamen id quidẽ mihi à Cebes rectè apparet dictum, Deos quidem curam habere nostri: nos verò homines vnam quandam ex possessionibus esse Deorum. An non ita tibi videtur. Mihi quidem inquit Cebes. Nonnè igitur inquit & tu, si quod ex mancipijs tuis se ipsum perimeret, cum tu nullo modo id permisisses, irasceveris vtique illi, & si potestatem haberes, pœna quadam afficeres. Omninò inquit. Forte igitur hac ratione haud præter rationem est, non decere se ipsum interficere.* Neque est absimilis ratio Egesippi d. libro 3. de excidio Hierosol. cap. 17. inquiens: *Si quis imposita manibus suis præcepto heriliс vincula, sine arbitrio Domini sui detrahat, nonnè is graui pulsasse iniuria dominum suum condemnabitur? Dei possessio sumus, Deo seruitium debemus, quasi serui expectemus imperia, quasi vincti reseruemus vincula, quasi fideles bonum depositum custodiamus.*

9 Quemadmodum etiam carcerem effringens grauissimo crimine innectitur. l. 1. ff. de effractoribus. Ita & qui carcerẽ hunc corporis quo Deus animã inclusit, & vsque ad statutum, & diffinitũ tempus esse vult, effringit: nõ dubium est graue delictũ patrare. Vti argumentatur Tiber. Decia. d. lib. 9. c. 1. nu. 13. & Tiraq. d. ca. 31. nu. 561. Corpus enim carcerẽ esse animæ ait Cicero in somno Scipionis, & sepulchrum animæ vocat Plato in Cratylo: plura Tiraq. de nobilitate cap. 31. num. 506. & seq.

10 Neque abludit alia ratiocinatio Iosephi dicentis, ita irasci Deum vitam fugientibus, quemadmodũ irascitur Dominus seruis fugitiuis. Quod ille lib. 3. de bello Iudaico. cap. 14. in hæc verba scribit: *Et seruos quidem fugientes vlcisci, iustum creditur, quamuis nequam dominos fugerint: ipsi verò Deum fugientes, & optimum Deum, impiè facere non videbimur?*

11 Eodem tendit & alia, militem qui militiam deserit, grauissimũ delictum patrare. l. non omnes. §. desertor. ff. de re militar. ac eodem etiam modo vitæ desertorẽ crimine inuolui capitali. Vti colligunt Plaza d. cap. 23. nu. 2. col. 5. Simanc. d. tit. 18. num. 28. Hippolyt. Riminald. in repet. c. quæ in

in Ecclesiar. de constit. num. 242. ait etiam Egesippus d. libro 3. de excid. Hierosol. cap. 17. *Miles tesseram expectat, seruus imperium, si quis horum sine praecepto exierit, alter desertor, alter fugitiuus est. Qui hominem fugit, pœna est obnoxius quãuis improbum fugerit dominum: nos optimum dominum fugientes, possumus non astringi impietatis flagitio?* Cicero in lib. de senectute Catonem maiorem inter alia, & hæc loquentem retulit: *Ita fit, vt illud breue vitæ reliquum, nec auide appetendum senibus, nec sine causa deserendum sit. Vetatq; Pythagoras iniussu Imperatoris, id est Dei, de præsidio, & statione vitæ decedere.*

12 Est autem vita donum Dei. Quemadmodum ergo, qui hominum dona reijcit, iniuriam donanti facit: ita & qui vitam donum Dei proijcit, grauiter in Deum delinquit. Vt colligunt Roland. d. cons. 20. num. 20. Menoch. d. cas. 284. nu. 13. Mincha. d. cap. 11. num. 3. Tiraq. d. ca. 31. nu. 563. inde Cicero in somn. Scipion. inquit, *Quare & tibi Publi, et pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum assignatum à Deo, defugisse videamini.* Pulchrè Egesip. d. lib. 3. de excid. Hierosol. c. 17. *Non recusemus* (inquit) *vitæ istius munus; quòd dedit nobis, non refugiamus donum cæleste. Si hominis data reijcias, contumeliosus es: quanto magis debemus, quod à Deo nostro accepimus. Ab ipso itaque accepimus, quod sumus, ipsius quoque debet esse, vt quãdiu velit, simus. Vtrumque enim ingrati est, & citiùs discedere, quam velit: & diutius velle viuere, quam voluerit ipse, qui vitam donauit.* Ad eundem modum Iosephus lib. 3. de bello Iudaico, cap. 14. inquit. *Deum verò indigne ferre, non arbitramini, cũ donum eius homo despiciat? ab illo enim accepimus, vt essemus? Rursumq; vt esse desinamus, illi reddendum est.*

13 Præterea summam esse perfidiam depositum non diligenter custodire, & eo pro voluntate, & arbitrio domini vti: apud omnes est vbique receptum. Dominus autem animas in corporibus nostris, vt quandiu ipse velit, custodiamus, deposuit: iniquissimè igitur facit, qui antequam reposcatur, non reddit quidem, sed perdit depositum. Vnde Ioseph. d. cap. 14. ait: *Si quis depositum hominis surripuerit, aut malè tractauerit, pessimus statim, ac perfidiosus habetur: si Dei depositum ex proprio corpore quis eiecerit, eum se latuisse, quẽ læserit, extimabitur?* Egesippus etiã d. lib. 3. cap. 17. ita ait: *Quid autem attexam violati depositi religionem? Deus omnipotens thesaurũ nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fictili, & consignatum, commisit nobis custodiendum, quoad ipsi placeat reposcere: nonnè in vtroque crimen est? vel reijcere depositum non reposcenti qui dederit: vel reposcenti negare? Si hominis depositũ violare, pœna infamia est, quantò magis vio-*

 lare

lare depositum Dei. Et reliqua.

14 Debemus quidem Deo in hac vita seruitium, & honorem: & ipse dominus vnicuique terminum vitæ, & certũ tempus præfixit, per cuius curricula ab eo sibi vult exhiberi seruitium. Iuxta illud Iob cap. 14. *Numerus mensiũ apud te est.* Qui ergo antea sibi vitam abrumpit, debito seruiendi tempore dominum fraudat; & cui omnia, cui quod est, debet, minus tẽpore soluit. Vt perpendit Decia. d. lib. 9. c. 1. num. 49.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Se occidentes non sunt haeretici, sed vix credi potest fidem habere.*
2 *Appellantur communiter desperati.*
3 *Peccant contra charitatem.*
4 *Se plus quisque diligere debet, quam proximum.*
5 *Stultum est, ob fugiendas miserias huius saeculi se occidere.*
6 *Et est contra iustitiam.*
7 *Respectu Dei.*
8 *Respectu proximi.*
9 *Respectu sui ipsius.*
10 *Respectu Reipublicae.*
11 *Violatio iustitiae legalis non obligat ad restitutionem.*
12 *Ius quod habet Respublica in ciues, non est in commercio, neque aestimabile.*
13 *Occidere se ipsum mollities est.*
14 *Et intemperantia.*
15 *Amor carnis suae peccatum.*

CAP. VI.

Contra omnes septem virtutes peccare se occidentes.

1 PRedictis omnib' addam, eum qui sibi vitam abrumpit, in vniuersas septẽ virtutes peccare.

Et contra fidem quidem, licet nõ videatur omninò formaliter peccare, vix tamẽ persuaderi potest, eum qui sibi necem cõciscit, credere quæ de inferni pœnis, q̃ manent eos, qui se occidunt: eadem sacra fides docet. Nã si ob cætera peccata, vbi spes esse potest resipiscendi, & mœrendi pœnitentia veniã; Iacobus Apostolus inquit, fidem esse mortuam sine operibus, in sua Epistola Canonica. capit. 2. in fine. Quid dicendum est in eo, qui tale committit facinus, post quod nullum salubris pœnitentiæ sibi locum relinquit? vt ait August. in cap. si non licet 25. q. 5. Cæterum licet Occam lib. 7. dialog. cap. 1. censuerit, se occidentes hæreticos esse: non videtur tutum, & ita reprobatur à Plaza de delictis. cap. 23. num. 16.

2 Peccare etiam contra spem se occidentes, vulgo notum est: siquidem communi vocabulo vocantur desperati. Eos enim desperatio trahit ad laqueum, vt ait tex. in c. sceleratior. de pœnit. dist. 3. Et hoc sensisse Virgilium in

in Ecloga, Orpheus in Syluis, in in illis carminibus:
Oīa uel mediū fiāt mare, viuite syluę, Praeceps aerij specula de mōtis in vn Deferar. (das Author est Decianus d. lib. 9. c. 1. num. 14. Et quid sperat, qui iniuſ ſus è carcere corporis fugit? qui comparet, & vadimonium non accepit? nonnè dicetur ei, quis es tu, qui prater praeceptū venisti? quem ego naturalibus vinculis non relaxaui: tollite eum, & mittite in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentiū.

3 Peccat autem ſe occidens directo contra charitatem; vt aiūt S. Auguſtin. lib. 1. de Ciuit. Dei. c. 20. S. Th. 22. q. 64. art. 5. in corpore, & ibi omnes illius gloſſematarij. Rol. à Val. conſ. 20. num. 24. lib. 3. Tiber. Dec. d. libro 9. tract. crim. c. 1. nu. 17. Siman. in Catholic. inſtit. tit. 18. nu. 25. Minchaca controu. Illuſtr. c. 11. nu. 3. Plaza d. cap. 23. nu. 2. col. 4. Ign. in l. 1. §. ſi ſibi. nu. 6. ff. ad Syllan. & alij paſ

4 ſim. Et meritò quidē, quia proximū iubet Dominus, Luc. 10. diligi ſicut nos ipſos: oſtendens maiorē eſſe debere in nos ipſos dilectionē. S. Th. 22. q. 26. art. 4. Prima enim, & ordinata charitas debet à ſe ipſo incipere. l. praeſes. C. de ſeruit. & aqua. cap. qui vult. de poen. diſt. 3. vnde Cicero in oratione in Vatin. ait: *Nemo eſt tàm demens, tamque parum de ſe cogitans, qui alienā vitam magis quā ſuam diligat.* Et Gloſ. in c. ſi Romanorum. 19. diſt. abſurdū eſſe ait, alijs benefacere, & non ſibi: & in cap. niſi ſpecialis, de authoritate, & vſu pallij dicit eſſe inſanū. Ideò Bald. in prooemio Rex pacificus. num. 53. egregiè inquit: *Quilibet ſibi ipſi eſt initium charitatis, & amoris primum vinculum, & immoderata ſpiritus retinendi dulcedo.* Igitur qui occidens aliū, grauiter contra charitatē peccaret: ſe ipſum occidens, cui maiorem debet charitatem, grauiùs multò peccat.

5 Peccat etiam contra prudentiam, quia ſtultè ad praecauendū minùs malum, eligit maius; vti notant S. Thomas d. q. 64. art. 5. ad 3. & in eadem 22. queſt. 59. artic. 3. ad 2. & Decian. d. capit. 1. num. 10. etenim mors extremum eſt malorum omniū; & vt ait Ariſtot. 3. Ethic. c. 6. omnium terribilium maximè terribile. Velle autem mortem maius malum, & inſuper mortem, quam ſequitur etiam mors aeterna, ob fugiendum aerumnas huius ſaeculi, ſumma imprudentia eſt. Eſt etiam imprudentia, ea ſibi infligere, pro quibus pellendis ſi alius infligere vellet, nihil non eſſet agēdum: vt ait Egeſippus dicto libro tertio. capit. 17. his verbis: *Denique qui vitam protexerit, patronus eſt, qui mortem appetere tentauerit, inſidiator eſt. Quod ergo in alijs execramur, ſi nos appetamur: ipſi nobis volumus inferre. Quod ab alijs pro poena exigimus, hoc ipſi nobis irrogamus pro gratia. Et gubernatorem ſi commiſſam ſibi nauem in ſaxa illidat,*

illudat, persequimur: nos commissum nobis nostri corporis gubernaculum ferro extinguimus: & voluntario naufragio addicimus.

6 Peccare autem se occidentem aduersus iustitiam, receptissimū est. Vti tenent S. Thomas in 2.2. quæst.59.art.3.ad 2. & quæst.64. articulo 5.in corpore, & ad primum, & omnes ibi. Soto libro 5. de iustitia & iure. quæst.1. art.4. & lib.4.quæst.2.art.3. conclus.1. Couar.lib.1.var.c.2. nu.8. Ign.in l.1. §.si sibi. num. 6. ff. ad Syllan. Tiraq.de nobilit.cap.31.nu.562. Roland.cons.20.num.22.lib.3.Simanc.d.tit.18.nu.27.Petrus Plaza in Epit.delictorum.c.23.nu.2. & 23.Tiber.Decia.d.cap.1.num. 18.& 21. Quam sententiam probant authoritate Aristotel.lib.5. Ethic.cap.11.qui voluit, se occidentem sibi quidem iniuriam nō facere, quia nemo volenti iniuriam facit, cæterum iniuriam facere Reipublicæ, quia ei subtrahit hominem & ciuem, sui partem: eiq; damnum infligit, quia interest sua ciuibus abundare. l. 1. ff. solu. matrimo.l.2. C. de indict.viduit.tollen.l.fina.C.de bonis libert.

Verùm Petrus à Nauarra Toleta in tract. de restitut.lib. 2. c. 3. num. 25.cum seq.ait, si consideretur iustitia in speciali, huiusmodi se occidentem non peccare contra iustitiam: imò nu.38.non peccare contra iustitiam, ait, ēt si esset Rex, vel Dux Reipublicæ admodum necessarius. Mouetur que duobus fundamentis: referam enim summatim quantū potero.

Primò hic non potest agi de distributiua iustitia: neque enim diuidūtur honores, vel bona cōmunia. De commutatiua autem, proximo non fit iniuria, Deo nō fit, quia Dei ad homines non est commutatiua iustitia: Reipublicæ, neutiquam, quia non est domina ciuium: ergo non fit contra iustitiam in particulari. Quod si dicatur, ciuitatem habere ius in ciuem, ideò iniustè damnificari, instat, quid si non esset Reipublicæ necessarius? Quid enim interest ad Reipublicæ vtilitatē vnū, vel duos, vel plures occidi?

Secundò, quia sequerētur plura inuenientia. Primum quod occidens alium peccaret contra iustitiam commutatiuam, & teneretur Reipublicæ restituere vitam, etiam ante sententiā in conscientia. Secundum quod si Respublica consentiret, non peccaret contra iustitiam se occidens, quod est absurdum. Tertiū quod si quis membrū sibi abscinderet, teneretur restituere damnū Reipublicæ, sicut si alium abscinderet. Quartum quia sequeretur, quod etiam peccaret contra iustitiam, qui negatiuè se occideret, puta non comedendo, vel nō se defendendo.

Verùm ego non possum municipis mei sententiæ acquiescere. Quinimò per contrarium, etiam vltra communem resolutionem, ar-

arbitror, posse defendi: contra iustitiam peccare se occidentẽ, respectu Dei, respectu proximi, respectu sui ipsius, & respectu Reipublicæ.

7 Et quòd respectu Dei peccet contra iustitiam, S. Thomas docet d. art. 4. & d. artic. 5. occidit enim seruũ Dei. Neq; video, cur & qui debitum Deo intercepit, etsi Deo nihil decedat, etsi specialiter contra pietatem, & religionem peccet: non dicatur etiã contra iustitiam peccare. Vnde Apostolus 1. ad Corinth. cap. 3. *Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.* Licet enim inter Deũ & homines non sit propriè iustitia commutatiua, est aliquid altius ista virtute: vt declarant Bañes, Aragon. & alij in dicto art. 5.

8 Respectu etiam proximi peccat contra iustitiam, quia interest nostra hominem conseruari, cùm inter nos oẽs natura quandam constituerit cognationem. l. vt vim. ff. de iust. & iure. Et quatenus proximus pars est Reipublicæ, qui in Rempublicam peccat, & in eum peccat. Etenim ꝓ defensione Reipublicæ, oportet plures incolumes esse ciues, qui ab hostibus illam defendãt, ex cuius incolumitate, & particularium salus & libertas pẽdet. Quemadmodum ergo si maior pars Reipublicæ se occideret, sui perstitibus iniuriã faceret: quia eos expositos relinqueret libidini hostiũ, ità, & quota pars pertinet ad vnumquemque: qui quatenus in se est, idem committit.

9 Respectu autem sui ipsius, tametsi propriè non sit iniustitia, vt docet S. Thomas d. q. 64. art. 5. & quæst. 69. art. 3. Tamen non est dubium, quatenus recedit ab æqualitate, largo quodam modo sibi esse maximè iniurium, qui vltro se in orcũ conijcit. Et vt ait S. Thomas 2. 2. quęst. 59. art. 3. per accidens, & materialiter dicitur iniustitiam facere, qui volens patitur iniustum. Et vt ait ibidem Aragon. inest homini appetitus naturalis se conseruandi multo excellentior, quam amicitia, importans vnionem ad alterũ. Vnde qui se occidit, violat vnitatẽ, & recedit à se ipso: quod peccatum grauius est, quam violare amicitiam. Et clariùs declarat Decian. lib. 9. tract. crim. capit. 3. num. 4 ad fin. dicens, quod violentia, & iniustitia possunt capi actiuè, & passiuè. Ideò qui se vulnerat, licet passiuè non videatur facere contra iustitiam, quia consentit, tamen actiuè violentiã facit. Et sibi quemquam posse iniuriam facere, ait Bellam. num. 3. in cap. si non licet. 23. quæst. 5. quia omne quod non est ius, iniuria est. l. 1. ff. de iniurijs. Posset etiam ponderari, quod iniuria fit corpori, quod remanet inanime, vt fecit Nauarra d. cap. 3. num. 100.

10 At respectu Reipublicæ, tùm quia ei ciuem subtrahit, partem defensionis, partem corporis: tùm quia legibus suis non obtẽ-

perat,

perat, quæ iubent, ne homo occidatur, se occidens omninò contra iustitiam peccat: qui se occidendo, hominem quod Respublica vetat, occidit. Vtrumque etenim considerauit Aristot. d. libr. 5. Ethicorum. cap. 11. dum ait: *Qui se occidit, sibi iniuriam non facit, quia spōte iniuriam patitur nemo, sed facit contra legem, quæ prohibet quemquam interfici, ideò & ciuitati iniuriam facit*. Et si interest Reipublicæ ne sua re quis malè vtatur. §. sed & maior. Institu. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Multò magis interest, ne malè vtatur vita sua, & se ipso: cuius vtilitati cętera omnia parantur.

Ex quibus cessat primũ illud Nauarrę argumentum, & constat vnum, vel duos, vel tres occidi, respectiuè interesse Reipublicæ in quota parte eius, quod interesset, maiorem partem vel omnes ciues occidi. Alioquin facilè ascendendo sequeretur, nihil sua îteresse si omnes occũberēt.

Cessant etiam inconueniẽtia. Et primum, quod teneretur restituere vitã Reipublicæ, negatur. Neq; enim ideò peccat in Rempublicam, quod dicatur Respublica, habere dominium vitę subditorum: non enim habet, vt dictum est supra cap. 1. Sed quia aufert, quod suæ curæ, atque custodiæ commissum est. Ità respōdēt Soto de iustitia, & iur. lib. 4. q. 2. art. 3. concl. 2. Plaza de delictis. cap. 23. nu. 23. Aragon. super 22. q. 64. artic. 5. ad 2. qui inquit, non tenetur vitam restituere Reipublicæ, sed resarciri illi iniuriã factam. Aliter respondet idẽ Aragon. in 22. q. 59. art. 3. concl. 2. ad
11 fin. quod qui se occidit, vel brachium sibi amputat, peccat in iustitiam legalem: violatio autem iustitiæ legalis, non obligat ad restitutionem. Quod dixerat ipse Aragon. in 22. q. 58. artic. 5. Aliter ipse respondeo, quod ius, qđ habet Respublica in ciues, nõ est in commercio, neq; æstimabile, ideò non est agendum de restitu
12 tione. Bal. nu. 6. in auth. sed omninò. C. ne vxor pro marito. Iacob. à Canib. in tracta. de repræsal. 1. par. num. 26. an hoc senserit Bañes 22. in d. q. 64. art. 5. dub. 2. concl. 2. ad fin. dum huic difficultati respondet, quod ideò nõ tenetur ad restitutionem, quia est irreparabilis vita hominis, vt redeat ad custodiam Reipublicæ. Idē tradit Michael Salon ad 22. Diui Thomæ sub quæst. 61. in tracta. de domin. q. 3. art. 2. in fin. verbis. Secundum, quod si Respublica consentiret, non peccaret cōtra iustitiam se occidens: concedi potest respectu Reipublicę cōsentientis, sicut etiam respectu cuiuslibet particularis consentiẽtis, nihilominus autem respectu Dei peccaret contra iustitiam, & alijs respectibus iam dictis cōtra charitatem, & alias virtutes. Tertiũ, quod si quis aliquod mẽbrum sibi abscinderet, teneretur restituere Reipublicæ damnum, sicut si abscinderet alium: cōcedimus,

dimus, quod teneretur restituere Reipublicæ idem, quod restitueret Reipublicæ, si aliũ abscinderet: non tamen tenetur restituere Reipublicæ, quod restitueret tertio abscisso: quia non tantum est ius Reipublicæ quãtum tertij, non tamen inde sequitur non peccare contra iustitiam. Vltimum, quod peccaret contra iustitiam qui se negatiuè occideret, quemadmodum & qui se iugularet: omninò verũ credimus, quid enim interest, fame, an ferro pereat? Et vt ait D. Hieronymus, quid interest paruo, an magno tempore se interimat? aut quæ est inter vmbras illo, vel illo modo pereuntium differentia? aut quæ maior est Reipublicæ alterutro modo iactura?

13 Peccare contra fortitudinem qui se occidit, quia mollicies est fugere pœnalia: tenent S. Thom. d.22.q.64.artic.5.ad 5. & ibi omnes, August. de Ciuit. Dei, lib.1. cap.22. relatus in c. si non licet. §.vlt.23.q.5. Ludouic. Molina de instit. & iure. tract.1. disp.11. in fine. Roland. d.conf.20. num.16. lib.3. Tiber. Decian. d.lib.9.ca.1. nu.37. Tiraquell. d.cap.31. num. 562. Plaza d.capit.23. propè initium. Couarr. lib.1. variar. resol. cap.2. nu. 8. mouenturq; authoritate Aristotelis qui ita censet lib.3. Ethicor. cap.7. cuius verba subijcio. *Mortem autem sibi consciscere*, inquit, *obfugiendam paupertatem, aut mœrorem, aut molestum aliquid non fortis est hominis, sed potius timidi. Est enim mollitudinis laboriosa fugere, atque non quia res est honesta, appetit mortem, sed quia malum fugit.* Sic etiam ait Euripides in Hercule furente: *Consideraui autem quamquam in malis positus, ne ignauia cuiusdã arguar relinquens lucem, calamitatibus enim quisquis non resistit, nec viri telum possit sustinere*. Et Martialis pulchrè libro 11. Epigram. 57.

Reb. ĩ angustis facilè est cõtẽnere uitã,
Fortiter ille facit, qui miser esse põt.

Quintus Curtius lib. quinto. ita ait: *Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam, fortium virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sape tadio laboris ad vilitatem suam compelluntur ignaui, & virtus nihil in expertũ omittit, itaq; vltimum omnium mors est, ad quam non pigrè ire satis est.* Iosephus lib.3. de bello Iudaico cap.14. E*t viri fortis*, inquit, *est semet occidere? Imò verò ignauissimi quantum opinor, nam & gubernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuens ante vim turbinis nauẽ sponte submergit*. Et eundem locum tractans Egesippus lib.3. de excidio Hierosol. cap.17. inquit: *Imbecillitatis suffugium est, non virtutis trophæum, captare lucrum suppliciorum, in hoc igitur inhæremus, quod neque insignia habeat fortitudinis, nec profectum vtilitatis.* Sed cur non referam elegantiora verba Augustini libro 1. de Ciuit. Dei, cap.22. vbi ait: *Quamquam si rationem diligentius consulas, neque ipsa quidem animi magnitudo rectè nomina-*

minatur, vbi quisque non valendo tolerare, vel quaque aspera, vel aliena peccata, se ipse interimit. Magis enim mens infirma deprehẽditur, quæ ferre non potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultam vulgi opinionem: maiorq; animus merito dicendus est, qui vitam ærumnosam magis ferre potest, quam fugere: & humanum iudicium, maximè vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur: præ conscientiæ luce, ac puritate contemnere.

14 Aduersus (etiam) temperantiam peccare propricidam, author est S. Thomas in 22. q. 59. artic. 3. ad 2. & licet Aragon. ibidẽ dubitet S. Thomæ conclusio verissima est, quatenus se occidens fugit delectationes, quibus vtendum est in quantum necessariæ sunt saluti humanæ, quod qui fugit, incurrit vitium insensibilitatis, quod opponitur temperantiæ. Aristot. 2. Ethic. cap. 7. & lib. 3. cap. 11. S. Thomas 22. q. 142. artic. 1. Nam ideò tanta in viuendo delectatio à Deo posita est, vt homines in vita retineat. Atque vt ait Diuus Chrysostomus homil. fin. diuina effectũ est prouidentia, vt nemo sine dolore dissolueretur, quo minus pronior esset quisque in suum interitum.

Sequitur ex dictis, quod illi, qui se ipsos interimunt, ex amore carnis suæ hoc faciunt: quam volunt à præsentibus angustijs liberare: vt notat S. Thomas in 22. q. 125. art. 1. in corp. is autẽ amor est peccatum, vt habetur 2. ad Timoth. cap. 3. *In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes se ipsos.* S. Thomas in 22. q. 25. art. 4. ad 3.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Propricidium est contra naturam.*
2 *Omnibus animantibus inest appetitus se conseruandi.*
3 *Se occidere est genus mortis informe, luctuosissimum, miserrimum, fœdum.*
4 *An valeat argumentum, est contra inclinationem naturalem, ergo malum.*

CAP. VII.

Contra naturam esse propricidium, aduersus Vlpianum.

ADdã vlterius, adeò deceptos fuisse Romanos, adeò Vlpiani sententiam in d. l. peculiũ. §. si ipse. ff. de peculio esse falsam, quod sine controuersia verum sit, se ipsum occidere esse contra ipsam naturã, ac ideò na-
1 turaliter illicitum. Quod docẽt S. Thomas 22. q. 64. art. 5. in corpore. & ibi omnes, & Aragon inquit ad vltimum argumentũ, qđ lumine naturali potuit cognosci esse illicitum se ipsum interficere. Idem tradunt Bellam. num. 3. in cap. si non licet. 23. q. 5. Ign. in l. 1.

l. 1. §. si sibi. num. 6. ff. ad Trebell. Roland. consf. 20. nu. 25. libro 3. Simancas in Cathol. instit. tit. 18. num. 28. Petrus Plaza in Epit. de licto. cap. 23. nu. 2. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 1. num. 3. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 4.

Quorũ ea ratio est, quod omnibus animantibus natura ipsa
2 appetitum viuẽdi indidit, & sui ipsius conseruandi, quamobrem resistit omnibus in contrarium tendentibus. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. sed cùm arietes. ff. si quadrupes pauper. fecisſ. dic. Inde Cicero lib. 5. de finib. inquit, quod omnis natura est conseruatrix sui. Iosephus d. lib. 3. de bello Iudaico, c. 14. scribit: *Quin etiam propria manu perire, à communi omnium animalium natura discrepat. Eoq; modo in creatorem nostrum Deum summum scelus admittitur. Nullum est animal, quod ex industria, vel per se moriatur, siquidem natura lex validissima, vt velint viuere in omnibus sita est. Idcirco, & qui nobis adimendum id putãt, hostes ducimus, & quos nostros insidiatores putamus, pœna persequimur.* Et Egesippus de excidio Hierosoly. lib. 3. ca. 17. ad eundem modum ait: *Quid enim tam contra legem naturæ? quid etiam tam contra naturam omnium animantium? quibuslibet, feris, licet, atque agrestibus insitum est se amare. Natura enim lex valida est velle viuere, nec sibi mortem asciscere, denique ferro in se armari omnia genera animantium, nec si velint, possunt: informem laqueum homines inuenerunt, feræ nesciunt. Sed morsus ferarũ arma sunt, dentes eorum gladij, quando tamen quisquam audiuit, quod sibi aliqua fera proprio morsu brachium ademerit, aduersus alios faucium suarum armis utuntur, aduersum se osculis. Nobisque quid tam dulce quam vita? quid tam inimicum quam mors?* Hactenus Egesippus.

3 Cui dum vocat propricidium informem mortem, conuenit S. Leo Papa sermone 3. de passione Domini, relatus in capit. sceleratior. de pœnitentia. distinct. tertia. qui eodẽ genere loquẽdi, *Sceleratior,* inquit, *omnibus ò Iuda, & infœlicior extitisti, quem non pœnitentia reuocauit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationẽ criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lathi suspendium distulisses.* Idem ait Virgilius lib. 12.

Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Quasi non sit formale moriendi genus, quod propria voluntate adsciscitur, luctuosissimum vocat Plinius nepos ad Galestriũ Tyronem libro primo. Epist. 12. *Decessit,* inquit, *Corellius Rufus, & quidem sponte, quod dolorem meũ exulcerat: est enim luctuosissimum genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur.* Miserrimum appellauit Lucianus in Tiranicida retulitq; Roland. consil. 20. nu. 17. libro 3. Fœdum appellat Liuius

lib.

lib.42. ait enim: *Eo anno sacerdotes publici mortui, L. Aemilius Pappus decemuir sacrorum. & Q. Fulvius Flaccus Pontifex, qui priore anno fuerat censor. Hic fœda morte periit, ex duobus filijs eius, qui tunc in Illirico militabant, nuntiatum, alterū decessisse, alterum graui, & periculoso morbo ægrum esse, obruit animum simul luctus, metusque: mane ingressi cubiculum serui laqueo dependentem inuenere.*

Cum igitur, vt repetā, lex nobis innata sit naturæ, vt viuere & desideremus, & modis omnibus procuremus, insidiantesque compescamus, patet in hanc legem naturæ peccare se occidentem, ac proinde peccatum committere contra naturam.

4 Aduersus hanc rationem argumentatur Soto lib.5. de iustit. & iur. quæst.1.art.5. dicēs, quod non sequitur, hoc est contra inclinationem naturalem, ergo est malum, quia non omnis inclinatio naturalis bona est: ideò contra eam facere aliquando est bonum. Natura enim officio generationis delectationē immiscuit, vt esset appetibile: ideoq; inclinatio naturalis in illud propendit, ei tamē resistere bonum est, scribiturq; Genes. cap.8. *Sensus, & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua.* Paulus ad Roman. cap.7. *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati.*

Huic obiectioni respōdet ibidem Soto, duas esse hominis inclinationes: alteram ratione generis, quæ proinde materialis est: alteram ratione speciei, quę formalis, id autē simpliciter est naturale rei, quod formaliter, & secundum speciem congruit: qđ enim congruit materialiter, est naturale secundum quid: ideò secundum rationem simpliciter homini naturalem aduersus sensualem inclinationem facere, ad perfectionem hominis pertinet. Inclinatio autem ad viuendum, secundum rationem est, quia rationalis naturæ est, per rationis opera fœlicitatem consequi: quę opera nisi à viuente exerceri nō possunt. Ideò qđ fit contra hanc viuendi inclinationem, peccatū est: quia contra inclinationē rationalem. Idem videntur sensisse Victoria in Relectione de homicidio. nu.6. & idem Soto lib. 1. de natura, & gratia. cap.3.

Verùm hæc doctrina displicet Petro de Aragon. in 22.q.64. artic.5. ad fi. quia concludit aliquā inclinationem naturalē esse malam: quod ille negat. Mihi autē, ad rem de qua agimus, ideò displicet, quia vult, inclinationem ad conseruationem vitæ homini competere ratione speciei, quatenus homo est: quia veriùs videtur, competere ei ratione generis, quatenus est animal. Siquidem vniuersis animantibus eiusmodi appetitus viuendi, & se conseruandi innatus est. Neque est

est vermiculus, qui nociua non fugiat, & in lædentem morsu nō armetur. Quod rectè perpendit Pet. de Nauarra Toletan. in tract. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 25.

Aliter ergo respondet Petr. ab Aragon vbi proximè, latè multis probando, omnem inclinationem naturalem etiam appetitus sensitiui esse bonam, & ad bonum tendere, & rationi non aduersari. Ex quo fit, vt sit absolutè verum dicere, est contra naturalem inclinationem: ergo est malum. Ipsa etiā inclinatio ad concubitum in se bona est, quod si vtaris illa præter rationem, & Dei præceptum, vsus præposterus efficiet peccatum, & non ipsa inclinatio, quæ formaliter tendit in bonum delectabile, quatenus tale bonum est: quod non contrariatur bono morali, non autem quatenus est contra rationem. Cuius rei bonum argumentum sumitur ex tex. in l. si seruus seruū. §. si fornacarius. ff. ad leg. Aquil. Vbi somnus, licet naturalis sit, tempore non debito adhibitus, culpę adnumeratur. Quem ad hanc rem ponderauit gl. fin. in cap. quia sanctitas. 40. dist. Authoritates autem sacræ Scripturæ suprà adductas, declarat Aragon, accipiendas esse de inclinatione sensitiua, quatenus materialiter fertur in id, quod interdum est contra bonum rationis. Idem in effectu alijs verbis respondet Gregor. de Valentia To mo 3. disput. 5. q. 8. punc. 2.

Quod autem sit bonum argumentum: hoc est contra naturalem inclinationem, ergo per consequens est peccatum; Patet ex S. Thoma hoc argumento vtente in 22. q. 64. artic. 5. in corpore. & quæst. 126. artic. 1. in corpore. & alibi sæpè.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Regula est generalis, neminem vllo casu posse se ipsum occidere.*
2 *Quod habet intrinsecam malitiam, nulla circunstantia fit bonum.*
3 *Quibus casibus Gentiles, & Iudæorū aliqui permittebant, se ipsum occidere.*
4 *Ad euadendas miserias huius vitæ nō est licitum se occidere.*
5 *Iudicium de Achitophel.*
6 *Iudicium de Lucretia.*
7 *Non licet se occidere, ne perueniat in manus hostium.*
8 *Et est stultissimum.*
9 *De Catone iudicium.*
10 *De Saule iudicium.*
11 *De Razia iudicium.*
12 *Intelligitur locus ex lib. Machabæorum.*
13 *Ad præcauendum peccatū propriū, non licet se occidere.*
14 *In pœnitentiam commissi peccati, nō licet se occidere.*
15 *Petiliani hæresis.*
16 *Non esse imitandum factum Abbatis Pachon, & Abbatis Pardi.*
17 *Desiderio vitæ æternæ, non est lici-*

D tum

tum propricidium.

18 *De Cleombroto iudicium.*

19 *De vanitate* Empedoclis, *& iniquitate* Baeti, Drusi. *& Sosis.*

20 *In fidei testimonium se occidere licitum non est.*

21 *Ob scandalum vitandum, non licet se in foueam pracipitare.*

22 *De duobus Christianis iuuenibus, qui manus suas combusserunt.*

23 *De Sancto Monacho Ascete.*

24 *De Sanctis tercentis martyribus, massa candida vocatis.*

25 *De facto Germanici cuiusdam Christiani.*

26 *De Sanctis aliquot exemplis non imitandis.*

27 *Qui spiritu Dei aguntur, sub lege non sunt.*

28 *De Samsone quid dicendum.*

29 *Temere irritare hostes fidei, ad sibi martyrium inferendum, non licet.*

30 *Haresis Gnosticorum.*

31 *Haresis Montanistarum.*

32 *De Sanctis, qui se obtulerunt martyrio, quid dicendum.*

33 *De Institutis Fratrum Camaldulensium, ordinum Sanctissima Trinitatis, & nostra* Dominę *mercedis, Societatis Iesu, & de missionibus collegiorum Anglorum.*

34 *Pro nullo actu uirtutis, licet se abscindere.*

35 *De Sancto Marco.*

36 *De Amonio socio S. Athanasii.*

CAP. VIII.

Nullam esse circumstantiam, prater diuinam iussionem, qua propricidium posuit fieri licitum.

EST igitur generalis regula constituēda, NEMInem vllo in casu posse sibi mortem conciscere, ne-
1 que vllam esse circumstantiam, quæ possit propriam necem efficere licitam. Quam constituit Diuus August. li. 1. de Ciuit. Dei, c. 20. ubi ait, quod nullibi in sacris litteris præceptum, permissumuè reperiri potest, vt vel ipsius adipiscendę immortalitatis, vel vllius carendi, cauendiuè mali causa, nobis necem inferamus. Et in cap. 26. post multas rationes concludit. *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non pollucbat alienum: neminem propter sua peccata praterita, propter qua magis hac uita opus est, vt possint pænitendo sanari: neminem velut desiderio vita melioris, qua post mortem speratur, quia reos sua mortis melior post mortem vita non suscipit.* Et tandem capit. 27. cum prius multis verbis probasset, si aliqua esset iusta causa, aliquo tempore se occidendi, illam maximè esse debere, cum quis lauacro san-

ctæ

ctæ regenerationis ablutus, ne peccatis inuolueretur, timeret: subdit hæc verba: *Hoc quia nefas est dicere, nefas est profectò se occidere. Nam si hoc sponte faciendi vlla causa iusta esse posset, proculdubio iustior quàm illa non esset, quia verò neque ista est, ergo nulla est*. Nulla est, inquit, per vniuersalem negatiuam, quæ omninò abnegat, iuxta notata in regula prima, de regul.iur. lib. 6. Et verba Augustini referuntur in cap. si non licet. 23.q.5. tex. est similis in cap. non est nostrum. eadem causa, & qō. & ita est receptissima omniũ sententià in 22.quæst.64.art.5. Soto lib.5. de iustit.& iur. quæst. 1. art. 5. Simancas in Cathol. instit.tit. 18.num.29. optimè Couarru.lib. 1.vari.resolut.cap.2.nu.8.in fine.

2 Est autem ratio, quod id quod habet intrinsecam malitiam, & secũdum se est malum, nullo modo potest esse bonum, text. cum ibi notat in cap.& si Christus, de iureiuran. S.Thomas in 22.quæst. 110.artic.3.in corpore.

Verum Petrus à Nauarra in tracta. de restitut.lib.2.cap.3.nu. 22.videtur arguere, quod occisio sui ipsius non habeat intrinsecam malitiam, sicut mendaciũ, & odium Dei: siquidem Dei authoritate fieri potest. Et nu. 34. soluit dicens, sui interemptionẽ non esse intrinsecè malam, vt est mendacium, & odium Dei, quia Dei authoritate fieri potest, sed citra Dei dispensationem esse intrinsecè malam. Sicut occidere alium, non est intrinsecè malum ex obiecto, supposita tamen circumstantia, quod fiat citra publicam authoritatem, vel dispensationem, est intrinsecè malum.

Ipse autem puto, simpliciter dici debere, sui interemptionẽ esse intrinsecè malam: quandoquidem nulla circunstantia potest honestari. Neque ad rem facit, quod per Dei dispensationẽ possit fieri bona, quia dispensatio non est in cõsideratione, vtpotè remedium extraordinariũ. l.4.ff.de fideicomm. libertat. l.fi. §.fin.ff.de conditio.indeb.neque enim aliquod definit esse simpliciter tale, quia possit diuina uoluntate desinere esse tale.

Verum quia antiquorum aliquot quibus vera lux non illuxerat, non rectè intelligentes, putarunt aliquas esse causas, ob quas licitũ esset se occidere, de singulis differere duximus operę pretium.

3 Et quidem vniuersæ causæ, quas gentiles iudicarunt iustas, vt quis sibi manus inferret, ad illam vnam reducuntur, vt miseriæ huius vitæ fugerẽtur, permittebãt enim se occidere, ob doloris impatientiam, amoris furorem, tædium vitæ, pudorem æris alieni, morbi rigorem, ingentem inopiã, uel quid simile. l. in fraudem, 45. §. eius bona. ff. de iure fisci. l. 3. §. si quis autem tædio.ff. de bonis eor. qui ante sent. mortem sibi consciu. l.1. C.eodem titu. l.2. C. qui testamen. facere poss. l.si quis filio.

6. §. eius qui deportatur. ff. de iniust. rupt. cum similibus. Ad id etiam reducitur, quod ob vitandam seruitutem, ne quis in manus hostium deueniret, pulchrum putarunt, sponte exire de vita. Iuxta illud Ciceronis relatum supra capit. tertio. *Seruitus postremum malorũ omnium, nõ solũ bello, sed morte etiam repellendũ.*

5 Iudæorum aliqui duobus in casibus putarunt, licitum esse se ipsum occidere. Primò, ne quis acerbitate tormentorum ad infidelitatem trahatur. Secundò, ne in contemptum Dei vita sua ludibrio habeatur. Vti dicunt Nicol. de Lyra. Dionys. Carthus. & alij super cap. 14. libr. 1. Machabæorum.

Vtrumque falsum est. Et ad euadendas miserias huius vitæ non licere se ipsum interficere, ait Augustin. dicto lib. 1. cap. 26.

4 *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas.* Tex. in capit. si non licet. 23. quæst. 5. S. Thom. & omnes in 22. quæst. 64. articu. 5. Soto de iustitia & iure lib. 5. quæst. 1. art. 5. ad 3. qui adiungit rationem, quod mors est extremum malorum omnium. Aristotel. 3. Ethicorum capit. 6. qui ergo mortem eligit ob fugiendas ærumnas huius sæculi, eligit maius malum ad euitandum minus. Quæ ratio adducitur in proposito à S. Thoma d. artic. 5. ad 3. & in eadem 22. q. 59. artic. 3. ad 2. Decian. tracta. crimi. lib. 9. cap. 1. num. 10. Significant hoc Homer. lib. 2. Odiss. & Virgil. libr. 6. Aeneid. dum illos qui se occiderunt, in inferno aiunt desiderare miserias vitæ perpeti. Et in hoc peccauit Achitophel, de quo scribitur 2. Regũ cap. 17. quod non patiendo mœrorem, quẽ concepit ex eo quod Absalon noluit consilium suum sequi, suspendio interijt.

6 Quapropter apud omnes in locis ordinarijs constat, improbè fecisse Lucretiam, quæ postquam à Sex. Tarquinio violata fuerat, cultrum in corde defixit, prolapsaque in vulnus moribunda cecidit. Vt refert Liuius lib. primo, in fine, & alij: contra quã multa August. lib. 1. de Ciui. Dei, cap. 19. inter quæ & illud: *Illa sic prædicata Lucretia, innocentem, castam, vim perpessam Lucretiam interemit.* Et post modicum: *Si adulte ra, cur laudata? si pudica, cur occisa?* Ac denique: *Quod ergo se ipsam, quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit: non est pudicitiæ charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis à liena in se commissæ, etiam si non secum, & Romana mulier, laudis auida, nimium verita est, ne putaretur quod violenter est passa, cum viueret: libenter passa, si viueret.*

7 Non etiam licitum est se occidere, vt quis à potestate, & manibus hostium se subtrahat. Etiam si id faceret, ne in contemptum

Dei

Dei vita sua ludibrio habeatur. August.d.lib.1.de Ciuit. Dei.ca. 23.vbi ait: *At enim multi se interemerunt, ne in manus hostium peruenirent. Non modo quærimus vtrum sit factum, sed vtrum fuerit faciendum. Sanè quippè ratio etiam exẽplis ante ponenda est, cui quidem & exempla concordant, sed illa quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ, non Prophetæ, nõ Apostoli: quia & ipse Dominus Christus quãdo eos, si persecutionem paterentur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere, vt sibi manus inferrent, ne in persequentium manus peruenirent. Porrò si hoc ille non iussit, aut monuit, vt hoc modo sui ex hac vita migrarent, quibus migrantibus mansiones æternas se præparaturum esse promisit: qualibet exempla opponant gentes, quæ ignorant Deum, manifestum est, hoc non licere, colentibus vnum verum Deum.* Et idem Augustinus eodem lib. capit.22. infirmam esse mentem ob eã causam se occidentium pronuntiat, quæ ferre non potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultam vulgi opinionem. Liran. Hugo Cardinal. Carthus. super libro primo. Machabæor. cap.14. S.Thom. in 22. quæst.64. artic.5. ad 3. & ibi Aragon ad 7. & omnes. Soto d.lib.5. de iustit. & iur. quæst.1.artic.5.ad fin.&alij in locis topicis.

8 Stultos autem esse, qui ideò se occidunt, ne ab hostibus occidantur, omninò negari non potest. Id autem festiuè dixit Martialis lib.2.Epigram.80. dicens:

Hostem cum fugeret, se Fanius ipse peremit,
Dic rogo non furor est, ne moriare mori?

Vocat Martialis furorem, & Seneca dementiam Epist.24. dum ait: *His adijcias & illud eiusdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam esse, imò dementiam, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem.* Et epist.70. *Aliquando tamen etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit pœnæ suæ manum, stultitia est timore mortis mori. Venit qui occidat, expecta, quid occupas? quare suscipis alienæ crudelitatis procurationem? vtrum inuides carnifici tuo, an parcis. Socrates potuit abstinentia finire vitam, & inedia potius, quam veneno mori: triginta tamen dies in carcere, & in expectatione mortis exegit. Non hoc animo tanquam omnia fieri possent, tanquam multas spes tam longum tempus reciperet, sed vt praberet se legibus, vt fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultiùs, quam mortem contemnere, venenum timere?* Et Iosephus de bello Iudaico lib.3.cap. 14.ad hanc rem in hæc verba scribit: *Præterea quis nos metus prohibet ad Romanos ascendere, nempe mortis: ergo quæ ab hostibus dubiè suspecta formidini est, eam certam ipsi nobis irrogabimus?* Loquitur enim socijs, suadentibus vt se occiderent, cum in puteo essent, & à Romanis obsiderentur,

In eodem etiam argumento Egesippus lib. 3. de excid. Hieros. c. 17. ait: *Sed obijcitis mihi mortem maturam, cum in potestatem hostium fuero deductus, quid ergo lucrifaciã, si quod ab hoste metuo, hoc ipse mihi inferam: cum possit accidere, vt quod suadetis mihi facere, non faciat inimicus. Huiusmodi istud est, ac si videns gubernator tempestatem futuram, tẽpestatis gratia declinanda, nauem fluctibus immergat.* ...

Etenim si inimicus occisurus est, nonnè præstat, innocentẽ ab eo trucidari, quam proprio scelere suæ mortis reum fieri. Quod idem Egesippus eodem loco inquit: *Malo illorum latrocinio perire, quam meo. Latrocinium meum est, si mihi ipse intulero manum, si hostes beneficium.* Darius etiam apud Quintum Curtium lib. 5. rebus suis iam desperatis, amicis ait: *Ite, consulite vobis, ad vltimum Regi vestro, vt decebat, fide exhibita. Ego hic legem fati mei expecto. Forsitan mireris, quod vitam non finiam: alieno scelere, quam meo, mori malo.*

Neque obstant exempla eorum, qui nefarias sibi manus intulerunt, ne in hostium potestatem peruenirent. Quibus omnibus vno verbo respondetur, illos impiè, iniquè, formidolosè, molliter, & imprudenter egisse.

9 Et quidem de Catone, quam improbè fecerit, optimè Diuus August. d. lib. 1. de Ciuit. Dei. ca. 23. in hæc verba. *Sed tamen, etiam præter Lucretiam, de qua suprà satis quod videbatur, diximus, non facilè reperiunt, de cuius authoritate præscribant, nisi illum Catonem, qui se Vticæ occidit. Nõ quia solus id fecit, sed quia vir doctus, & probus habebatur. Vt merito putaretur, rectè etiam fieri potuisse, vel posse, quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quod amici eius, etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillioris, quam fortioris animi facinus esse censuerunt: quo demonstraretur, nõ honestas turpia præcauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. Hoc & ipse Cato in suo charissimo filio iudicauit. Nam si turpè erat sub victoria Cæsaris viuere, cur author huius turpitudinis pater filio fuit, quem de Cæsaris benignitate omnia sperare præcepit. Cur non & illũ secum coegit ad mortem. Nam si eũ filium, qui cõtra Imperium in hostem pugnauerat, etiam victorem laudabiliter Torquatus occidit, cur victus victo filio pepercit Cato, qui non pepercit sibi? An turpius erat contra Imperium esse victorem, quam contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpè esse iudicauit, sub victore Cæsare viuere: alioquin ab hac turpitudine, paterno ferro filium liberaret. Quid est ergo? nisi quod filium quantum amauit, cui parci à Cæsare & sperauit, & voluit: tantum gloriæ ipsius Cæsaris, ne ab illo etiam sibi parceretur, vt ipse Cæsar dixisse fertur, inuidit: aut vt aliquid nos mitiùs dicamus, erubuit.* Hactenus Diuus August. Ex cuius sentẽtia idem eodem modo dãnandum est in cæteris infidelibus,

bus, qui se occiderunt.

10 Verùm quid dicendum est de Saule qui se occidit, ne in manus Philistæorum perueniret? de cuius morte scribitur 1. Reg. capit. vlt. & 1. Paralip. cap. 10. *Et dixit Saul ad armigerum suum: euagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant incircuncisi isti, & illudãt mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus. Arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiã ipse in gladium suum, & mortuus est.* Et quidem Nicolaus de Lira in eodem loco sentire videtur, Saulem habuisse à Deo reuelationem se occidendi, ne Philistæi illuderent populo Israelitico: sequutus aliquot Hebræorũ opinionem. Et videtur sequi additio ad Franc. Marc. decis. 879. num. 1. par. 1.

Sed contrarium communiter tenetur per S. Doctorem, & omnes in 22. quæst. 64. artic. 5. Soto dicto lib. 5. quæst. 1. artic. 5. ad fi. Plaza capit. 23. num. 2. & alij. Et idem sentit Egesippus lib. 3. de excidio Hierosol. capit. 17. Pro quibus efficax ratio est, qđ scribitur 1. Paralipom. c. 17. & 2. Reg. cap. 7. vbi loquens Dominus de Salomone, inquit: *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea.*

11 Difficilior iudicatu videtur mors Raziæ se interficientis, quæ ita narratur 1. Machab. cap. 14. vt aliqualiter quibusdam videatur laudatus. Verba text. hæc sunt: *Razias autem quidam de senioribus, ab Hierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens, qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpusq; & animam tradere contentus pro perseuerantia. Volens autem Nicanor manifestare odium, quod habebat in Iudæos, misit milites quingentos, vt eũ comprehenderent. Putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudæis maximam illaturum, turbis autem irruere in domum eius, & ianuam disrumpere, atque ignem admouere cupientibus: cum iam comprehenderetur, gladio se petijt: eligens nobiliter mori, potius quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniurijs agi. Sed cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra hostia irrumperent, recurrens audacter ad murũ, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas, quibus velociter locum dantibus casui eius, venit per mediam ceruicem. Et cum adhuc spiraret, accensus animo surrexit, & cum sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit, & stans supra quamdam petram præruptam, & iàm exanguis effectus, complexus intestina sua vtrisque manibus, proiecit super turbas, inuocans dominatorem*

rem vitæ, ac spiritus, vt hæc illi iterum redderet, ac ita vita defunctus est.

Circa quæ verba duo considerãda sunt. Primo de facto Raziæ, vtrum scilicet peccauerit, an non. Secundo qualiter intelligantur verba prædicta, quæ factum se interimentis videntur approbare.

Circa primum Nicolaus de Lira, & Hugo Cardin. in d. cap. 14. libro 1. Machabæor. putant habuisse Raziam secretam Dei inspirationem, secretam reuelationem, & instinctum. Idem videtur sentire Decianus libro 9. tract. crimin. cap. 1. nu. 31. Bañes in 22. quæst. 64. art. 5. propè finẽ primi dubij.

Dionysius autem Carthusianus ibidem, ita inquit esse dicendum, si volumus defendere Raziam. Sed non satis probat, factum ab eo secreto Dei consilio. Ait enim, Raziam sequutum fuisse opinionem Hebræorum, qui dicunt, in duobus casibus licitũ esse se occidere, ne quis acerbitate tormentorum ad infidelitatem trahatur, & ne in contemptum Dei vita sua ludibrio habeatur: sed contrarium verũ esse communiter censetur: & ita concludit peccasse Raziam. Idẽ vult Abulens. ibidem S. Thomas 22. quæst. 64. articulo quinto. ad vlti. & ibi Aragon. ad 7. & Soto dicto libro 5. quæst. 1. artic. 5. in fin. & alij.

12 Circa secundum Soto, & Aragon, Michael Salon, & reliqui Thomistę Abulensis in capit. 5. Matthæi cap. 112. aiunt illa verba: *Quod maluit nobiliter mori, quã subditus fieri peccatoribus*: dicta fuisse secundum eius existimationem, & non secundum rei veritatem, sed plenius Diuus Augustin. Epist. 61. ad Dulcidium rem hanc ita declarat: *In Machabæorũ libris quamuis Razias fuerit laudatus, factum tamen eius narratum est, non laudatum, & iudicandum potius, quam imitandum ante oculos constitutum. Non iudicio, quòd nos, vt homines habere possemus, sed iudicio doctrinæ sobriæ, quæ in ipsis quoque libris veteribus clara est. Longe quippè fuit iste Razias à verbis illis, vbi legitur, Omne quòd tibi fuerit applicitum, accipe, & in dolore sustiue, & in humilitate patientiam habe. Non enim fuit ipse vir eligendæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiens: scriptum est, quod voluerit nobiliter mori, sed non sapienter. Deus enim dicit, innocentem, & iustum ne occidas.* Et iterũ idẽ D. Augustin. lib. 2. contra secundã Epist. Gaudentij. cap. 23. ita ait: *Razias quoniam fugere non valuit, minus fortasse sui sanguinis reus est, quod sibi intulit mortem, quam comprehenso inimicus fuerat illaturus. Laudatus est Razias, vt amicus ciuitatis, vt valdè benè audiens, idest bona fama, quia pater Iudæorum appellatus est, & quod continentiam tenuerit in Iudaismo, istam verò eius mortem mirabiliorem quam prudentiorem narrauit, quemadmodum facta est, non tanquã sa-*

facienda esset laudauit. Hactenus Augustin. Cuius authoritatibus laudatis, cōcludit Sixtus Senen. lib.4.Bibliothecæ sanctæ,in confut. hæresis 12. in responſ. ad 6. mentiri hæreticos, qui dicunt factum Raziæ approbari,& ad imitandum proponi.

Neque ratio illa quę mouebat Hebræos, ne scilicet vita sua in contemptum Dei ludibrio haberetur, quicquam habet pōderis, cum è contrà sit Deo maximè acceptabile sacrificiū, pro fide sua seruanda mortē oppetere,plusq; in gloriam Dei ex effusione sanguinis martyrum, quā ex victoria inimicorum resultet. Quod si Deus velit eiusmodi inimicorum peccatum,& suorū ludibriū impedire, facillimum erit ei, solo nutu illos ad nihilum, ex quo eos creauit,reducere: neq; opus habet flagitio se interimentis.

13 Non est etiam licitū, ad præcauendum peccatum propriū se ipsum occidere, quia non sunt facienda mala,vt inde eueniāt bona.c.immolor.c.forti. cum c.seq. 14.q.5.cap.is autem. c.nequis.c: faciat.22.q.2. Neque peccatū im manissimo scelere vitatur,sed augetur. Atque dementissimum est peccare,ne pecces:peccare autē certè, de præsenti, ne posteà de futuro pecces,quòd incertū est: atque peccare peccatum, post quod, nullus salubris pœnitentiæ locus relinquitur, ne postea pecces peccatū, quod potest pęnitentia aboleri.Adde sperandū esse de Diuino auxilio,qui bonæ mentis homines à quibusuis tentationibus liberabit. Qui verò desperat se liberandum, eo ipso immane flagitium committit. Id quod pluribus egregiè probat Diuus Augustin. lib.1. de Ciuit. Dei.c.25.26.& 27.vbi post multa quæ ostendunt hoc casu non esse licitum, concludit ergo nullo in casu licere. Bellam.nu.4. in c. non est nostrum.23.q.5.Et ita est sententia Sancti Thomæ, Soti, & omnium Scribentium in locis suprà citatis.omnes in cap.ex parte. de sepulturis Carrer. tit. de homicidio.q.8.num.3.

14 Non licet etiam se occidere ob pœnitentiā commissi peccati. Iudas enim, pœnitentia ductus laqueo se suspendit, Matth.c.27. & sceleratissimum hominem occidit, tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus, finiuit hanc vitam. Quia licet propter scelus, alio tamen suo scelere mortuus est. ca. si non licet. 23.q 5.Neq; enim eum pœnitentia reuocauit ad Deum, sed desperatio traxit ad laqueū. c. sceleratior.de consecrat.dist. 3. Vnde qui se in memoriam commissi criminis occidit, non solū nefas non emendat,sed etiam proprij homicidij scelus addit.c.nihil Iudæ.de consecr. dist.3. c.inter hæc hircum. c.in salicibus. c. Iudas. eod.tit.August. de Ciuit. Dei.lib.1.capit.17. & 26. Ineptè etenim se propter peccata occidit,qui ea delere cupit,cū magis hac

hac vita opus sit, vt possint pęnitendo sanari: & post mortem nullus salubris pœnitentiæ locus re
15 linquatur. Quocirca apparet, quantum insanierit Petilianus, qui se occidere pro peccato cõmisso asserebat licere: & ideò ab Ecclesia de hæresi damnatus est. Castro de hæresibus verbo martyrium. hæresi 2. Soto de iustit. & iur. lib. 5. q. 1. art. 5. ad 3. Arag. 22. q. 64. artic. 3. Tibet. Decia. lib. 9. tracta. crimin. cap. 2. nume. 30. Licet enim aliquis dign' sit morte, tamen nõ est iudex sui ipsius, ideò se ipsum punire non potest. Plaza in Epito. delict. cap. 23. nu. 2. col. 6. vers. cæterum.

16. Quocirca probari non potest factum Abbatis Pachon, de quo Palladius in Lausiaca historia sectio. 26. & Abbatis Pardi, de quo Sophronius, seu veriùs Ioannes Moschus cognomento euiratus in Prato spirituali. cap. 101. qui in pœnitentiam commissi, vt putabant, peccati, leones irritarũt ad se occidendos, & diuina virtute seruati sunt.

17 Neque etiam desiderio vitæ æternæ licet se occidere. Soto dicto art. 5. ad 3. Igneus in l. 1. §. si sibi. nu. 7. ff. ad Sylla. Paulus enim cupiebat dissolui, & esse cũ Christo, & quærebat quis illum liberaret de corpore mortis huius, non tamẽ quidquam quo dissolueretur faciebat. Fuit enim hæresis Circumcellionum, qui se occidebant, & ita putabãt martyres fieri. Quam damnant S. August. de hæresibus. hæres. 69. & episto. 50. ad Bonifacium. tex. in c. quidam sunt. §. Circũcelliones. 23. q. 3. Tiber. Decia. libr. 9. tract. crimin. cap. 2. nume. 29. ac supra dictum est cap. 5.

18 Cõstat hinc nimis errasse Cleombrotum, qui lecto Platonis Phędone se in mare præcipitem dedit, desiderio immortalitatis animæ. Quem tamen idem Plato eodem loco contrarium monebat. Vt notat D. August. lib. 1. de Ciuitate Dei. cap. 22. Lactant. lib. 3. c. 18. Neq; quod eo loci Plato ait, quod videatur in mortem incitare, intelligendũ est de morte naturali, sed de ea morte, quæ cum anima adhuc in corpore sit, corporeas illecebras ipsa philosophia docente interimit, & cupiditatũ dulces insidias, reliquasq; omnes exuit passiones. Christiani mortificationem vocamus. Ita Platonem interpretantur Macrobius lib. 1. & 2. in somnum Scipionis. Guglielmus Benedictus in c. Raynutius. verbo mortuo, itaque testatore. el 1. num. 44. Quod sensisse videtur Callimachus, cũ de Cleombroto Ambraciota loquens scribit:

Vita vale, muro præceps delapsus ab alto,
Dixisti moriens Ambraciota puer.
Nullum in morte malum credens, sed scripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

19 Hinc multò magis apparet, quam vanè, & ineptè Empedocles,

cles, vt Deus haberet, se in Æthnam coniecerit. Quem deridet Vlpia. in l. si quis filio, 6. §. irritũ. ff. de iniust. rupt. vt notat Tiraq. de nobilitate. cap. 31. nume. 497. Apparet etiam quam iniquè nõnulli, vt odium, inuidiam, & periculum alijs, quos oderunt, afferrent, se ipsos vulnerarunt. Cuiusmodi fuere Bœetus, qui vt Areopagitarum odium cõcitaret aduersus Mantitheum, per Euthydicum medicum sibi caput vulnerauit. Vt ait Demosth. in orat. 2. aduersus Bœetum. Et Drusus Tribunus plebis, qui caprinum sanguinem bibit, cum pallore, & inuidia veneni sibi dati, insimulare vellet Q. Cepionem inimicum suum. Vt refert Plinius lib. 28. natural. histor. cap. 9. Et Sosis Syracusanus, qui quo Dionẽ impediret, tyrannidem Dionysij depellentem, nouacula sibi aliquod vulnera inflixit, & ita in publicũ sanguinolentus prodijt. Cui⁹ deinde impostura detecta, capitis pœnas dedit. Refert Plutarchus in Dione.

20 Quinimò neque in fidei testimonium, & martyrij ratione licet se occidere, sed libenter ab alijs illatam mortem pati. Hieronym. super Ionæ cap. 4. relatus in cap. non est nostrum. 23. q. 5. August. contra litteras Petiliani lib. 2. cap. 49. inquit: *Non veneramur nomine martyrum eos, qui sibi collum ligauerunt.* Cap. tu dixisti. eadem causa, & quæst. c. vide quantum. 1. q. 1. Couarru. lib. 1. vari. cap. 2. nu. 9. versi. 2. infertur. Neq; enim ita Deus Optimus Maximus Iesus Christus religionem, fidemq; Christianam instituit, vt necessarium sit quemquam in se ipsum crudelem occisionem committere. Nauarr. lib. 2. de restit. c. 3. nu. 107. Arag. 22. q. 64. art. 5. in solu. ad 3. Petr. Plaza in Epito. delict. cap. 23. num. 5.

21 Sic etiam Caietanus in 22. q. 124. art. 1. ad 2. aduersus quemdam ait, non licere Christiano se in foueam præcipitare: in casu, quo constitutus à Tyranno corã idolo, sic vt habeat ante se foueam ita altam, vt casus sit mortalis, & habeat à Tyranno statutum impositum, quod si stat videatur adorare idolum, nec posset declinare ab stando ante idolum, nisi præcipitando se in foueam: etiam si ex suo stare, cum protestatione quod non intendebat adorare idolum, scandalizarentur astantes. Quia, inquit Caietanus, hoc esset tentare Deum, & mortalissimum peccatum: neq; ipse daret occasionem scandali circumstantibus, sed ipsi acciperent ex se scandalum. Et quidem nõ ex eo, quod Tyrannus dicat, si hoc facis, videris adorare idolum, ideò alia mente faciens adorat. Quid enim si dicat, si Missã audis, si pauperibus subuenis, si patrem honoras, si orationẽ Dominicam recitas, ab istis ne abstinendum erit? & quis tam ignorans, vt inde scandalum capiat, quod non abstineas?

Sed

22 Sed quid de duobus illis praeclaris iuuenibus Christianis dicendum sit, non habeo, quos Eusebius lib. 8. Ecclesiasticae historiae cap. 12. refert, Antiochię in maxima Ecclesię persecutione, cùm ad idolorum templũ essent delati, vt illis libarent, prunis ardentibus brachia admouisse, protestatos tunc demum se idolis sacrificare velle significaturos, cũ eos inde remouerent: ac Diuina perseuerantia perstiterũt, donec carne resoluta nudis ossibus sacrificium martyrij sui foelici fortitudine inchoantes, paratos se & animatos ad mortem ostenderunt. Sed hos Christi testes diuina desuper reuelatione monitos, piè credendum est. Iuxtà ea, quae paulò inferiùs dicemus.

23 Idem erit iudicium de sancto illo monacho Ascete, quem scribit Nicephorus Calixtus lib. 7. c. 11. cùm manibus & pedibus ligatus, nudus in molli lecto, & floribus sępto impositus, libidinosae, & pulchrę meretriculę manibus, ac impudicis amplexibus in libidinem incitaretur, ac motum carnis naturalem sẽtiret, cum aliud non haberet, quo meretricem pelleret, dentibus linguam secuisse, & in os illius inspuisse: quo dolore ab illicitis naturalẽ etiam sensum remouit. Quo facto turbas gentium admiratione repleuit, & meretricem Christo lucrifecit. Credendum enim pariter est, secreta Diuina reuelatione cum illo dispẽsatum, vt id posset facere. Ità expressè ait Diuus Hieronymus in vita Sancti Pauli primi Eremitae, in principio, cuius verba non grauabor adscribere: ait enim. *Alium iuuenili aetate florentem in amoenissimos hortulos praecepit abduci, ibiq; inter lilia cãdentia, & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus perstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum, recedentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, coepit delicatis stringere colla complexibus, & quod dictu quoque scelus est, manibus attrectare virilia, vt corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superiaceret, Quid ageret miles Christi, & quo se verteret, nesciebat: quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem coelitus inspiratus, praecisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.* Fit de hoc Sancto mentio in martyrologio Romano. 28. Iulij. Non posset autem excusari in casu simili Anaxarcus, qui cũ torqueretur à Tyranno, vt coniuratos ostenderet, praerosam dentibus linguam vnamq; spem indicij in Tyranni os expuit. Plin. lib. 7. natur. hist. cap. 23.

24 Eodem modo accipiẽdum est Sanctorum trecentorum martyrum factum, de quibus die 24. Augusti Martyrologium Romanum habet in haec verba. *Varȝ*

tha-

thagine Sanctorum tercentorum martyrum, tempore Valeriani, & Gallieni, qui inter alia supplicia, cũ Præses fornacem calceariam accẽdi iussisset, & in præsentia eius prunas cum thure exhiberi, atque illis dixisset: eligite de duobus vnum, aut thura super his carbonibus offerte Ioui, aut in calcem demergimini: fide armati, Christum Dei filium confitentes, ictu rapidissimo se iniecerunt in ignem, & inter vapores calcis in puluerem sunt redacti. Ex quo candidatus ille beatorum exercitus massa candida meruit appellari. Eos autem diuina reuelatione motos credẽdum est.

25 Et ita etiam iudicandum est, quod narrat Eusebius lib. quarto. capit. 14. in hæc verba: *Inter quos Germanicum quendam, qui diuina gratia roboratus, imbecillitatem animi naturaliter insitam, quæ efficit, vt corporis mortem vehementer extimescamus, erexit, recreauitque: propter eximiam, & singularem eius constantiã facilè primas laudes tulisse memorant. Nam cum proconsul illi persuadere conaretur, proponeret ætatem, & magnopere flagitaret, vt cum adolescens esset, & in ipso flore constitutus, sui ipsius misericordiam caperet: eum illa minimè curasse, sed abiecta cunctatione feram parato animo attraxisse ad se, & propè eam in corporis sui laniatum impulisse, quo celerius ab hac iniusta, & impia vita liberaretur. Verum, quamquam vniuersa multitudo tum diuini, & cœlestis huius martyris fortitudinem, & constantiam, propter egregiam, & generosam mortem, magnopere admirabatur: tum vniuersam vniuersi generis Christianorum virtutem vehementer suspiciebat.*

26 Neque aliud dicendum est, de quibusdam Sanctorum exemplis non imitandis, sed admiratione maxima persequẽdis. De S. Thoma, qui prunis sparsis desuper cubabit, vt libidinosam puellam auerteret. De Sancto Bernardo, qui lacum frigidissimum, & penè glacie concretum ingressus est, quo motum, & titillationem carnis fugeret. De S. Francisco, qui nudũ inter sentes, & vepres corpus reuoluens, tentationem repulit. Id quod etiam fecisse Nursium discipulum Sancti Benedicti Angelus Sangrinus, Abbas Casin. scribit in Speculo exemplari, hisq; cecinit carminibus:

Tunc puer exutum in vepres coniecit acutas
Corpus, & inuoluit dira inter senta cruentum.
Sic stimulos stimulis, & amore extinxit amorem.
Vnde adeò oppressit luxus fomenta petulci,
Vt quod amara libido parat uelut acre venenum,
Phantasma effugiat, ne aliquod meditetur inane.

27 Etenim qui spiritu Dei aguntur, sub lege non sunt. Apostolus 1. ad Corinth. capit. 3. & 1. ad Timoth. c. 1. ad Hebræos cap. 8. ad Roman. capit. secundo. cap. duæ sunt. §. lex vero priuata. quæstione secunda. capit. licet. de regularibus. Quod ergo diuinus princeps

ceps sine exemplo alicui præcepit, ad exemplum trahendum nõ est. l. 1. ff. de constit. princ. & miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. cap. vlt. §. vlt. in fi. 4. q. 3. cap. petisti. 7. quæst. 1.

28 Sic Samson qui se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, Iudic. c. 16. excusandus est, quia Spiritus sanctus latenter hoc iussit, qui per illum miracula faciebat. Vt ait Diuus August. d. lib. 1. de Ciuit. Dei, cap. 21. c. si non licet. 23. q 3. & oẽs vbique. Idq; negari minimè potest, cum Apostolus inter Sanctos, qui operati sunt iustitiam, Samsonẽ referat. ad Hebræos cap. 11. Et ipse facinus illud præclarissimum agressurus orationem præmiserit, quia petijt à Deo id sibi cõcedi: quod cum fieri non potuerit sine speciali, & miraculoso Dei auxilio, cui dubium esse poterit, id Deũ inspirasse, cui faciendo miraculosè robur dedit. Ita etiam excusat eum S. Thom. 22. q. 64. artic. 5. ad 4. & ibi Aragon latè. Soto de iustit. & iur. lib. 2. q. 3. art. 8. & lib. 5. q. 1. artic. 4. ad fin. & lib. 2. q. 3. artic. 8. Plaza de delictis. cap. 23. num. 2.

29 Imò amplius qui se martyrio temerè offert, ipsosq; infideles temerè irritat, occasionem illis suggerens ad eum occidendum, sine aliqua causa, quæ vi præcepti, aut consilij ad id ipsum dirigat, mortaliter peccat. S. Tho. & omnes 22. q. 124. artic. 1. ad 3. vbi ait, quod nõ debet homo occasionẽ dare alteri iniustè agendi, sed si alius iniustè egerit, ipse moderatè tolerare debet. Nauar. in Manual. c. 11. nu. 40. & ca. 15. num. 12. Nauarra d. c. 3. num. 109. In hanc rem Clemens Alex. libro quarto. Stromatum sic ait: *Cum Dominus dixerit, quando vos persequuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam: non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem, nec vt mortem extimescentes, iubet nos eam fuga declinare. Vult autem nos nulli esse authores, neque alicuius mali causa adiutores, nec nobis ipsis, neque ei qui persequitur, neque ei qui interimit. Denunciat enim quodam modo, vt caueant, qui autem non obedit, est audax, & temerarius, & inconsultè se in manifesta pericula conijciens. Sin autem qui hominem Dei interimit, in Deum peccat, is quoque eius cædis reus tenetur, qui se offert iudicio, is autem fuerit, qui non vitat persequutionem, se capiendũ præbens per audaciam, is est, qui quantum in se est, adiuuat improbitatem eius qui persequitur, quod si etiã ipse causam præbens feram planè irritet, similiter etiam si præbeat aliquam pugnæ causam, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum, is occasionem peperit persecutionis.* In eandem sententiam Athanasius in Apologia prima ad Constantium ait: *Neque rursus formidine mortis me in fugam dedi, ne quis me timiditatis accuset, sed vt Saluatoris præcepto obtemperarem, cuius mandatum est, vt contra persequutores fuga, contra indagatores latebris*

tebris vtamur, ne si nos in apertum periculum offeramus, acrius prouocemus persequentium furorem. Siquidem in aquilibrio est, & se ipsum occidere, & se inimicis ad occidendum propinare. Qui autem fugit, vt Dominus pracepit, is temporum articulos nouit, & verè suis persequutoribus cauet, ne vsque ad sanguinem fundendum euecti, rei fiant eius pracepti, quod homicidium vetat. Origenes in Ioannem cap. 31. his verbis: *Hęc, & his similia ab eo scripta fuisse censeo, volente vem nos aduertere, ne iracundius, ac inconsideratius insiliamus in certamen mortis, pro veritate testimonium prabituri. Etenim honestum est quidem, si inciderit certamen pro confitendo Iesu, confessionem non differre, neque tardare mortem pro veritate oppetere. At non minus, quam hoc honestum est, tali tantaque tentationi occasionē non dare, sed omni modo vitare eam, non solum quia tanta rei exitus incertus sit nobis, verum etiam ne nos occasio simus, vt magis peccatores, magisque impij euadant illi, qui nondum sanguinem nostrum quidem effudisse rei facti sunt, si qua in nobis sunt facientes, declinauerimus eos, qui insidias nobis ad mortem vsque moliuntur, sed puniendi alioquin maiori grauiorique pœna nostri causa, si nostri amantes rebus illorum posthabitis exposuerimus nos interficiendos nulla nos necessitate vrgente. Nam si etiam qui alicui occasio peccati factus fuerit, is pœnas dabit ob id, quod sui causa peccauerit aliquis, quomodo non etiam pœnas daturus est, qui cum declinandi facultatem habeat, ne proditor ille Christiani nominis sit, & insidiator cultus Diuini erga Iesum, non declinauerit, imò potiùs concitauerit?*

30 Fuerũt quidem circa hoc duæ hæreticorũ contrariæ sectæ, quia Gnostici aiebant, nullo modo subeundum martyrium, sed liberè in persecutione negãdũ Christum. Tradit Ireneus lib. 1. c. 23. Idem senserunt Valentiani Tertullianus in Scorpiaco ca. 1. 2. & 3. E contra Cataphrigæ, Marcio-

31 nitæ, & Montanistæ, adeò expetendum martyrium aiebant, vt nullo modo liceret in persequutionibus fugere. A quibus deceptus Tertullianus hęresim hãc propugnat lib. de fuga, & de corona militum. Sed Catholica veritas in medio constituta docet, nullo modo Christum negandũ: & cum res ferat martyrium, impigrè subeundum, nihilominus tamen in persequutionibus fugiendum, & hostes Ecclesiæ temerè non irritandos. S. Gregor. Nazianzenus in orat. habita in funere Cæsarij fratris sui sic ait: *Malis igitur temporibus cedit, in eoq; legi nostra obtemperat, qua pracipit, vt oblata quidem occasione veritatis causa periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus. Caterum quandiu licet, pericula ipsa ne excitemus, siue id ea ratione prascribat, quod animabus nostris metuat, siue quod eorum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vita creatur.*

32 De sanctis autem Martyribus, qui

qui se martyrio obtulerunt, dicẽdum est, quod spontè procedebant, quando eis expedire videbatur ad actus fidei exteriores, puta prædicationem, vel confessionẽ, vel ad actus fraternæ charitatis, non offerendo occasionẽ iniquis eos occidendi, licet ipsi illam acciperent, sed confitendo fidem, & alia faciendo, quæ eo tempore gloriæ Dei, & fidei exaltationi videbantur cõducibilia. Caietan. d. quæst. 124. art. 1. ad 3. & S. Thomas in eadem q. artic. 3. ad 1. Aragon in 22. q. 64. artic. 5. ad 3. Et ita accipiendũ est, quod ait Martyrologium Romanũ die 5. Decembris. *Item Sancti Athanasij martyris, qui ardore martyrij se persecutoribus obtulit*. Et die 20. Octobris. *In Ambianensi prouincia natalis beati Maximi Leuitæ, & martyris, qui patiendi desiderio inquirentibus se persequutoribus palàm ostendit.*

33 De institutis etiam fratrũ Camaldulensium, & Societatis Iesu, ordinum Sanctissimæ Trinitatis, & nostræ Dominæ mercedis, & aliorum, qui vouent certis casibus se martyrio offerre, & ad infideles proficisci: & de missionibus sacrorum collegiorum Remensis, Romani, & Vallisoletani Anglorum, quid dignum illorum maiestati dicam, cũ tàm excellens, & gratum seruitium ab illis Deo exhibeatur? Quandoquidem non temerè, sed consultissimè, & obedientissimè, pro gloria Dei, in casibus necessarijs, & debitis circunstantijs interuenientibus, vitam periculo exponunt: cuius periculi vtinam ipse aliquando fieri particeps dignus inueniar. De hac re multa Seraficus Pater Bonauentura in Apologia pauperum. respons. 2. part. 1. & 2.

34 Eodem modo pro nullo alio actu virtutis, licet in se violẽtas manus inferre. Ideò quod refert Diuus Hieronym. in Prologo super Marcum. Quod idem beatus Marcus amputauit sibi pollicem ex humilitate, ne fieret Episcopus, credendum esse fecisse ex instinctu Spiritus sancti, sine quo nulli licet sibi manus inijcere, ait S. Thomas in 22. q. 185. art. 2. ad 3. Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 2. artic. 2. ad 3. Cæterum probabilior est sententia eorũ, qui censent illam historiam, neq; à Hieronymo pro vera recitari, neq; pro vera esse habendam. Nã Spiritus sanctus qui in Episcopum Alexandrinum Diuum Marcum elegerat, non ei inspiraret pollicis præcisionẽ, ne fieret Episcopus.

De eximio etiam illo Amonio socio Sancti Athanasij, quòd ne à Theophilo Episcopo Alexandrino crearetur Episcopus, auriculam sibi præcidit: scribit Palladius in Lausiaca historia. sect. 11. Nicolaus de Lira in Prologo Euangelij Diui Marci. De quo Socrates lib. 4. cap. 18. egregium hoc habet elogium. *Alius quidem monachus erat vir planè admirabilis, qui Amonius vocabatur, iste adeò*

parum

parum curiosus fuit, vt cum Roma vnà cum Athanasio fortè versaretur, nihil ex magnificis vrbis operibus, præter templum Petro, & Paulo dicatum, videre omninò desideraret. Sed circa factum illud suam aurem incidendi, neque imitādus, neque probandus est.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *De beata Apollonia, & num. 8.*
2 *De beata Pelagia, & num. 8.*
3 *De beata Sophronia, & quibusdam aliis.*
4 *Non licet ob tuendam castitatem se occidere.*
5 *Castitas vi eripi non potest.*
6 *Intelligitur tex. in ca. non est nostram, 23. quæst. 5.*
7 *Iura decreti non maiorem habent authoritatem, quàm in suis originalibus, etiam post emendationem Gregor. XIII.*
8 *Ignorantia non potest excusare se occidentes. Et de Virginibus, qui se occiderunt.*
9 *Qui dum violentiam fugit, casu perijt, non peccat.*
10 *Licet ob tuendam castitatem præcipitare se de ponte cum spe enatandi, licet postea enatare non possit.*
11 *Membrum abscindere ob tuendam castitatem, non licet.*
12 *Qui sibi membrum abscindit, dicitur homicida.*
13 *Est inimicus Deo.*
14 *Dei conditioni.*
15 *Dei creationi.*
16 *Et naturæ, & fœminis.*
17 *Se abscindentes olim fuere probrosi.*
De Genutio, & de quodam iuuene Christiano.
18 *Animo, non ferro quærenda est castitas.*
19 *Locus Matth. cap. 19. & locus Esa. cap. 56.*
20 *De Origene iudicium, & de Leontio, & duobus monachis Aegyptijs.*
21 *Secta Eunuchorum.*
22 *Non esse imitandum factum Abbatis Pachon.*
23 *Locus Matth. cap. 5. & 18. & Mar. cap. 9.*

CAP. X.

Ob tuendam castitatem non licere se occidere, nec membrum abscindere.

PLanè neque ob tuendam castitatem licere se occidere, vel abscindere, ex præcedentibus consequens fit. Sed quia apud quosdam in hoc videtur fuisse error, qui putarunt licere virginibus se ipsas occidere, ne libidine hostium compressæ, thesaurum castitatis amitterent. Et alij crediderunt ad tuendam castitatem membri mutilatione carnis illecebras præueniri posse, & se absciderūt, ne peccato consentirent, & nonnulla prauè intellecta tyrones possent remorari: pleniùs aliquantulum agendum erit.

1 Et inprimis in ea videtur fuisse opinione Diuus Hieronymus super cap. 1. Ionæ Prophetæ. Relatus in cap. non est nostrum 11. 23. quæst. 5. vbi ait in hæc verba: *Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo, vbi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere.* Sentit ergo vbi castitas periclitatur, licere se occidere. Sanctus etiam Ambrosius lib. 3. de Virginibus. in eandem videtur aliquantulum inclinare sententiam. Sed & S. Ioan. Chrysost. in orat. de beata Pelagia, quę se præcipitauit, vt statim dicam, post plures illius laudes, subdit. *Hanc igitur pro viribus & nos imitemur.*

Et quod amplius mireris, beata Apollonia virgo Alexandrina in rogum ipsa se coniecit. Vt est apud Euseb. lib. 6. cap. 44. Niceph. Calixt. lib. 5. cap. 30. eam tamen inter martyres multis præconijs celebratã retulit Ecclesia. Vt habetur in Martyrologio Romano sub die 9. Febr. his verbis: *Alexandriæ natalis Sanctæ Apolloniæ virginis, cui persequutores tempore Decij dentes omnes excusserunt, deinde constructo, ac succenso rogo cũ comminarentur viuam se eam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum intra semetipsam deliberans, repentè se de manibus impiorum proripuit, & in ignem, quem parauerant maiori Sancti Spiritus flamma intus accensa, spontè prosiluit, ità vt perterrerentur etiam ipsi crudelitatis authores, quod promptior inuenta esset ad mortem fœmina, quàm persecutor ad pœnam.*

2 Similiter gloriosam Pelagiam Antiochenam constat se occidisse siuè vt D. Ambros. ait, cum matre, & sorore in amnem se mersęrit: siuè vt D. Chrisosto. se præcipitauerit, laudant eam, vterque ille epistol. lib. 2. epist. 7. ad Simplicianũ, & lib. de virginib. iste in duabus orationibus de eius laudibus specialiter factis, in quarum posteriori inquit, de ministris, à quibus ducebatur, loquens: *Quæ cum ab ipsis petijsset, vt tandiu liceret abesse, quoad ornatum sponsæ conuenientem, sibi induceret, eundi potestatem milites ei concesserunt, quippe qui ea re non solum illi virgini gratum facturi essent, sed futurum etiam cogitabant, vt à iudice ipso magis laudarentur, si puellam veste ornatam duxissent. Illa autem consilij sui compos facta statim se veste induit, quæ verè decora est. Cùm enim animi fortitudine, & resurrectionis spe multa se induisset, atque corroborasset, ad ipsius tecti fastigiũ cucurrit, & illinc se ipsam pręcipitem dedit. Itaque palestræ genus illud exegit, quod vt magnum quippiam aliquando diabolus Domino ipsi proponere ausus fuerat, cum dixit, Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Et paulò pòst subdit. *O puellam genere quidem, & sexu fœminam, animo autem ipso marem. O virginem duobus nominibus extollendam, quod in virginum grege, & martyrum choro numerata*

merata sis. O puellam ita continentem, vt ne aspectu quidem ipso fruendi facultatem intemperanti iudici tribueris. Et eã pariter veneratur Ecclesia inter martyres die 9. Iun. vt habetur in Martyrol. Romano eo die. Fuitque celebris huius Sanctæ memoria Antiochiæ, & Constantinopolis, vbi egregiam habuit Basilicam, quam posteà impius Constantinus Copronymus demolitus est. Vt est apud Cedrenum in Compendio.

3 Sophronia item se occidit, ne vim à Maxentio Cæsare pateretur: vt perhibet Eusebius in Ecclesiastica historia. libro 8. cap. 12. & 17. Refert etiã Athanasius in Apologia, quod nonnullæ virgines Alexandrinæ, dum grassarentur in eas Arriani, sese in puteos præcipites egerũt. Idem de quibusdam alijs virginibus scribunt, relati per Couarruuiam lib. 1. varia. resolut. c. 2. nu. 9. ad finem.

Præterea Christus Dominus Matthæi cap. 19. ita ait: *Sunt, eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum.* Ex quibus verbis ratus licitum esse, sibi virilia amputare ob conseruandam castitatem, seque ita diuinum adimplere præceptum, Origenes se execuit. Vti referunt Eusebius libro 6. Ecclesiast. histor. cap. 6. Nicephorus lib. 5. ca. 8. glo. 1. in cap. si quis absciderit. 55. distinctione.

Pariter Saluator monuit, membra quæ nobis scandalo sunt, amputare Matthæi cap. 5. & cap. 18. & Marci cap. 9. *Si autem*, inquit diuina veritas, *manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te, bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.* Refertur in cap. illud sanè. 24. quæstio. 3. & in cap. vxor. 28. quæst. 1. quod posset patrocinari Origeni virila, quibus irritabatur in carnale vitium, sibi, vt diximus amputanti.

4 Cæterum vera, & concors omnium sententia est, non licere se occidere, etiam ob castitatem conseruandam. Idque insinuat manifestissimè textus in cap. ex parte. de sepulturis, vbi de quadam virgine, quæ fugiens illam comprimere volentem, in amnem cecidit: ait text. *Quocirca mandamus, quatenus cum illa non spontè præcipitauerit se de ponte, sed sicut superiùs est expressum, casu ceciderit, corpus eius tradi facias ecclesiastica sepulturæ.* Text. optimus in cap. si non licet. 24. quæst. 5. desumptus ex Diuo Augustino lib. primo de Ciuitate Dei. cap. decimo octauo. vbi ait; *Cur autem homo, qui nihil mali fecit, sibi male faciat, & se ipsum interficiendo, homi-*

nem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, & in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum. Prosequiturque pluribus verbis, probans mẽtem pudicam, etiam alieno scelere corruptum corpus, tanquam intactum conseruare pudicum. Castitas enim vi eripi non potest, cum sit virtus animæ, quæ violentiam non sentit. Ideò virgo prostitui potest, adulterari non potest inuita, neque illã polluit aliena libido, tametsi ea oppressa in suo corpore exerceatur libido, non sua. Vnde elegãter Lucia fertur, dixisse ad Paschasium: *Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*. Textus in Summa. & in c. tolerabilius. cap. ita ne. cap. proposita. & per totum. 32. quæst. 5. Quid ergo metuit, quæ ne polluatur se occidit, cum pollui nequeat, cuius mens pudica est. c. re vera. ca. de pudicitia. cum seq. 32. q. 5. Notant Glos. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Abbas nume. 2. Anan. num. 3. Anchar. nume. 3. in d. cap. ex parte, de sepultur. Glo. Archid. Bellam. & omnes in ca. non est nostrum. 23. q. 5. S. Thom. in 22. quæst. 64. artic. 5. ad 3. Couarru. lib. 1. variarum resolut. ca. 2. nu. 9. ad fin. vers. tertio ex hoc. Petrus Plaza in Epitome delictorum. cap. 23. nu. 5. vers. idem etiã constat. Gregor. Lopez gl. 1. in l. 2. tit. 27. par. 7. & iterum glos. 15. ad finem in l. 3. tit. 16. par. 2. Tametsi contrarium in hoc vltimo loco voluisse Gregorium, existimauerit Ioan. Gratianus reg. 55. nu. 6. Sed si rectè intuearis, idem affirmat, neque Gregorio doctissimo talis nota inurẽda est, quod contrarium senserit.

6 Quocirca difficilis est interpretatio Hieronymi in c. non est nostrum. 23. q. 5. Et quidẽ Sixtus Senen. lib. 5. Biblioth. sanctæ. annot. 253. fatetur non rectè sensisse Hieronymum. Couarruu. & Plaza idem insinuant, vbi suprà.

Cæterum Glo. Ioan. de Turrecremata in eod. cap. non est nostrum. Petr. Nauarr. in lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 32. Gregor. Lopez, d. glo. 15. in l. 3. tit. 16. par. 2. Syluester verbo homicidium, 1. nu. 4. ad fi. aiunt verbum illud *absque* in eo text. stare inclusiuè, vt sit sensus neque in hoc casu, in quo magis videtur, licet se occidere. Iuxta illud, *Gena tuæ pulchræ absque eo, quod intrinsecus latet:* quod etiam dicitur esse pulchrum, & illud c. Hebron. 13. q. 2. Hebron est ciuitas quatuor virorũ, quia ĩ ea sepulti sunt tres Patriarchę, Abraham, Isaac, & Iacob, præter Adam, vbi, vt impleatur numerus quaternarius, illa dictio *præter* includit etiam Adam. Verum iste intellectus non quadrat Hieronymo, vt notat Couarru. vbi suprà. Neque similia adducta per istos, quicquam vrgent, quia in eis præcedit oratio affirmatiua, quo casu particulæ *absq;* & *præter* includunt, & pariter affirmant. At in nostra contextura

præ-

præcedit oratio negatiua, quo casu particula, *absque*, excludit, & nõ pariter negat, sed affirmat. l. omni innouatione. C. de sacros. Eccl. cap. clericis. §. nos igitur. de immunitat. Ecclesiar. lib. 6. Ioan. etiam de Turrecremata in eod. loco ait, posse intelligi Hieronymũ præsupposita diuina reuelatione, quo casu licebit se occidere ob castitatem conseruandam, sed præsupposita diuina reuelatione non magis in hoc, quàm in alio licebit. Vt patet in Samsone.

Quare probabilior est sensus Ioannis, & Laurentij ibidem, quem sequuntur Bellamera, & Archidiaconus, vt verbum *absque* stet exclusiuè, non quidem, vt excipiat, & sit sensus, eo in casu licere se occidere, sed vt is text. de eo casu non loquatur, quia aliàs esset satis dictum. Etenim cum ea quibusdam videretur, si qua esse posset, honesta causa se occidẽdi, sæpius, & frequenter Sancti Patres admonebant propter castitatem conseruandam non licere se occidere. addit eo casu Hieronymus, nullo casu licere, absque eo vbi castitas periclitatur, idest etiã extra eum casum, de quo, vt de frequentiori dubitatione frequentius dictum est, quod si aliquis contendat in aliorum sensum incidere, contentiosum funem nõ traham.

Sin autem adhuc alicui videatur, hũc sensum illius tex. verbis non ad modum conuenire, ad illud confugiendum est, quod iura decreti non maiorem habent authoritatem, quàm in suis originalibus. Vt notant Io. And. Butr. Abbas, Felyn. num. 43. Decius num. 15. & cæteri in cap. 2. de rescript. Vnde beato Hieronymo, si sensit licere se occidere ob conseruandam castitatem, in hac parte deferendum non est, cum contra receptam Sãctorum Patrum sententiam loquatur, & proculdubio ea propositio verà non sit.

7 Cæterum postquam Gregor. XIII. Pontifex Maximus Decretum emendari curauit, & velut ex sua authoritate edidit: res habet plusculũ dubitationis, quia videtur liber Decreti approbatus authoritate Pontificia. Nihilominus, sub correctione Ecclesiæ, credimus librum decreti nullam nouam sortitum esse authoritatem. Quia Gregorius solum curauit emendari falsas allegationes, & expungi menda, ac ad fidem originaliũ reduci. Non tamen authoritatem Pontificiã libro tribuit, sed quam habebat, reliquit. Itaque authoritas Hieronymi ibidem relata, etiam nunc nihil amplius erit, quam Hieronymi. Nam si authoritatem Põtificiam libro tribuisset, emendasset quæ contra iuris regulas ibi traduntur à Gratiano, in quibus à Glossis, & Doctoribus reprehẽditur. Quę congessit Felyn. in d. cap. 2. num. 42.

nem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, & in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum. Prosequiturque pluribus verbis, probans mētem pudicam, etiam alieno scelere corruptum corpus, tanquam intactum conseruare pudicum. Castitas enim vi eripi non potest, cum sit virtus animæ, quæ violentiam non sentit. Ideò virgo prostitui potest, adulterari non potest inuita, neque illā polluit aliena libido, tametsi ea oppressa in suo corpore exerceatur libido, non sua. Vnde elegāter Lucia fertur, dixisse ad Paschasium: *Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*. Textus in Summa. & in c. tolerabilius. cap. ita ne. cap. proposita. & per totum. 32. quæst. 5. Quid ergo metuit, quæ ne polluatur se occidit, cum pollui nequeat, cuius mens pudica est. c. re vera. ca. de pudicitia. cum seq. 32. q. 5. Notant Glos. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Abbas nume. 2. Anan. num. 3. Anchar. nume. 3. in d. cap. ex parte, de sepultur. Glo. Archid. Bellam. & omnes in ca. non est nostrum. 23. q. 5. S. Thom. in 22. quæst. 64. artic. 5. ad 3. Couarru. lib. 1. variarum resolut. ca. 2. nu. 9. ad fin. vers. tertio ex hoc. Petrus Plaza in Epitome delictorum. cap. 23. nu. 5. vers. idem etiā constat. Gregor. Lopez gl. 1. in l. 2. tit. 27. par. 7. & iterum glos. 15. ad finem in l. 3. tit. 16. par. 2. Tametsi contrarium in hoc vltimo loco voluisse Gregorium, existimauerit Ioan. Gratianus reg. 55. nu. 6. Sed si rectè intuearis, idem affirmat, neque Gregorio doctissimo talis nota inurēda est, quod contrarium senserit.

6 Quocirca difficilis est interpretatio Hieronymi in c. non est nostrum. 23. q. 5. Et quidē Sixtus Senen. lib. 5. Biblioth. sanctæ. annot. 253. fatetur non rectè sensisse Hieronymum. Couarru. & Plaza idem insinuant, vbi suprà.

Cæterum Glo. Ioan. de Turrecremata in eod. cap. non est nostrum. Petr. Nauarr. in lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 32. Gregor. Lopez, d. glo. 15. in l. 3. tit. 16. par. 2. Syluester verbo homicidium, 1. nu. 4. ad fi. aiunt verbum illud *absque* in eo text. stare inclusiuè, vt sit sensus neque in hoc casu, in quo magis videtur, licet se occidere. Iuxta illud, *Gena tuæ pulchra absque eo, quod intrinsecus latet*: quod etiam dicitur esse pulchrum, & illud c. Hebron. 13. q. 2. Hebron est ciuitas quatuor virorū, quia ī ea sepulti sunt tres Patriarchę, Abraham, Isaac, & Iacob, præter Adam, vbi, vt impleatur numerus quaternarius, illa dictio *præter* includit etiam Adam. Verum iste intellectus non quadrat Hieronymo, vt notat Couarru. vbi suprà. Neque similia adducta per istos, quicquam vrgent, quia in eis præcedit oratio affirmatiua, quo casu particulæ *absq;* & *præter* includunt, & pariter affirmant. At in nostra contextura

præ-

præcedit oratio negatiua, quo casu particula, *absque*, excludit, & nõ pariter negat, sed affirmat. l. omni innouatione. C. de sacros. Eccl. cap. clericis. §. nos igitur. de immunitat. Ecclesiar. lib. 6. Ioan. etiam de Turrecremata in eod. loco ait, posse intelligi Hieronymũ præsupposita diuina reuelatione, quo casu licebit se occidere ob castitatem conseruandam, sed præsupposita diuina reuelatione non magis in hoc, quàm in alio licebit. Vt patet in Samsone.

Quare probabilior est sensus Ioannis, & Laurentij ibidem, quem sequuntur Bellamera, & Archidiaconus, vt verbum *absque* stet exclusiuè, non quidem, vt excipiat, & sit sensus, eo in casu licere se occidere, sed vt is text. de eo casu non loquatur, quia aliàs esset satis dictum. Etenim cum ea quibusdam videretur, si qua esse posset, honesta causa se occidẽdi, sæpius, & frequenter Sancti Patres admonebant propter castitatem conseruandam non licere se occidere. addit eo casu Hieronymus, nullo casu licere, absque eo vbi castitas periclitatur, idest etiã extra eum casum, de quo, vt de frequentiori dubitatione frequentius dictum est, quod si aliquis contendat in aliorum sensum incidere, contentiosum funem nõ traham.

Sin autem adhuc alicui videatur, hũc sensum illius tex. verbis non ad modum conuenire, ad illud confugiendum est, quod iura decreti non maiorem habent authoritatem, quàm in suis originalibus. Vt notant Io. And. Butr. Abbas, Felyn. num. 43. Decius num. 15. & cæteri in cap. 2. de rescript. Vnde beato Hieronymo, si sensit licere se occidere ob conseruandam castitatem, in hac parte deferendum non est, cum contra receptam Sãctorum Patrum sententiam loquatur, & proculdubio ea propositio vera non sit.

7 Cæterum postquam Gregor. XIII. Pontifex Maximus Decretum emendari curauit, & velut ex sua authoritate edidit: res habet plusculũ dubitationis, quia videtur liber Decreti approbatus authoritate Pontificia. Nihilominus, sub correctione Ecclesiæ, credimus librum decreti nullam nouam sortitum esse authoritatem. Quia Gregorius solum curauit emendari falsas allegationes, & expungi menda, ac ad fidem originaliũ reduci. Non tamen authoritatem Pontificiã libro tribuit, sed quam habebat, reliquit. Itaque authoritas Hieronymi ibidem relata, etiam nunc nihil amplius erit, quam Hieronymi. Nam si authoritatem Põtificiam libro tribuisset, emendasset quæ contra iuris regulas ibi traduntur à Gratiano, in quibus à Glossis, & Doctoribus reprehẽditur. Quę congessit Felyn. in d. cap. 2. num. 42.

de rescript. emēdasset etiam decisionem. text. in d. cap. non est nostrum, & in capit. cum homo. eadem causa, & quæstione.

Ad id autem quod adductum est ex Apollonia, Pelagia, & alijs virginibus. Respondet Soto lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 5. quod cum essent fœminæ, & acuminis iuris insciæ, per inuincibilem ignorantiam sunt excusandæ. Sequuntur Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 30. Michael Salon in 22. quæst. 64. artic. 5. in solut. ad 4. vbi ait, quod ita communiter tenent Thomistæ.

8 Sed contrarium, imò non posse hoc inuincibiliter ignorari, neque talē ignorantiam excusare, tenent Caietan. in 22. q. 124. artic. 1. Victoria in relectio. de homicid. nu. 37. quia ignorantia iuris naturalis contra præcepta priora præceptis decalogi nullū excusat. regula ignorantia. de reg. iur. lib. 6. Cōstat autem quod non occidere se ipsum, est prius præceptum, quàm, non occides, quod est præceptum decalogi, sicut amor sui prior, & naturalior, quàm amor alterius.

Ideò tenendum est, quod respōdet D. August. lib. 1. de Ciuit. Dei. ca. 26. credendum esse illas secreta Dei reuelatione iussas. Sequuntur S. Thomas in 22. qō. 64. art. 5. ad 3. & omnes ibi. & q. 124. art. 5. ad 2. Sed præstat Augustini verba retulisse, ait enim: *De his nil temerè audeo iudicare. Vtrùm enim Ecclesia aliquibus fide dignis testificationibus, vt earum memoriam sic honoret, diuina persuaserit authoritas, nescio; & fieri potest, vt ita sit. Quid enim si hoc fecerunt, non humanitus decepta, sed diuinitus iussa, nec errantes, sed obedientes: sicut de Samsone, aliud nobis fas non est credere? Cùm autem Deus iubet, seque iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideò sine scelere facit, quisquis Deo immolare filium decreuerit, quia hoc Abraham laudabiliter fecit.* Et reliqua. Neque alia fuit mens Diui Chrysostomi, vt patet in prima oratione de laudibus Sanctæ Pelagiæ, vbi ait: *Sed vt discas, non sine diuina prouidentia id factum fuisse.* Et reliqua. Vbi pergit ostendere diuinum instinctum, & secretā inspirationem. Iam enim superiori capitulo ostendimus, qui spiritu Dei aguntur, non esse sub lege. Ideò quoties aliquid simile ab eo factum legimus, cuius opus laudat Ecclesia, satis constat cum eo diuina fuisse reuelatione dispensatum. Ita iudicandum est de Sanctimoniali illa, de qua habetur in Prato spirituali. cap. 60. quod vt libidinosum arceret adolescentem, oculos sibi eruit, quos ille dicebat deperire. Neque aliud dicendum est de custode illo quadraginta martyrum Cappadociæ, qui spontè lacum glacie cōcretum ingressus, martyrium cōsumauit, nisi quod Deus iussit, qui Angelos de cœlo portantes coronas, ostendit.

Eo-

Eodem modo accipiendum est illud Sancti illius pueri Homeritæ quinquennis factum, in quo infantilis ætas instinctum arguit diuinum: habetur in Martyrologio Romano die 24. Octobris, in hæc verba: *Apud Homeritas in ciuitate Nagran passio Sanctorum Areta, & sociorum tercentorũ, & quadraginta, tempore Iustini Imperatoris, sub Dunaan Iudæo Tyranno. Post quos Christiana mulier incendio tradita est, cuius filius annorum quinque, cum balbutiendo Christum confiteretur, nec blanditijs, nec minis retineri posset, in ignem, vbi mater ardebat, se præcipitem dedit.*

9 Videntur prædicta limitanda, vt non sit suæ mortis rea, virgo quæ dum violentiam fugit, casu perijt. Vt est text. elegans in d. cap. ex parte. el 2. de sepulturis. & ibi notant Butrius num. 2. & 6. Anania num. 1. Anchar. num. 1.

10 Videtur etiam, & singularius limitanda, in ea, quæ euidenti periculo mortis se obijcit, cũ probabili spe euadendi. Glos. singularis in eod. cap. ex parte. glos. 1. quæ censuit fœminam, quæ dum à comprimere volente, ob tuendam castitatem fugit, ac præcipitat se de ponte in amnem cũ spe enatandi, licet nequeat enatare, & moriatur, non peccare. Sequũtur ibid. Hostien. num. 4. Anton. de Butr. num. 6. Ioan. And. nu. 5. Anchar. num. 2. Couarr. lib. 2. variarum resolut. c. 2. nu. 10. ad fin.

11 Pariter etiam non licet membrum abscindere ob tuendam castitatem. Vt plenè deducit Couar. in Clemen. si furiosus. parte 1. in initio. num. 6. Et sunt iura in cap. hi qui se. cap qui partem. c. si quis à medicis. c. si quis pro ęgritudine. 55. dist. ca. illiteratos. 36. distinct. c. maritum. 33. dist. c. ex parte 3. cap. significauit 4. de corpore vitiatis. l. 4. §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. 25. titul. 6. par. 1. & in Canonibus 21. & 26. Apostolorum, quæ inseruit Gratianus d. dist. 55. in hæc verba: *Si quis absciderit semetipsum, idest si quis amputauerit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui homicida est, & Dei conditioni inimicus. Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omninò damnetur, quia sui homicida est.* In aliquibus autem aliter legitur apud Canones Apostolorũ, & dum dicitur in eo tex. *Dei conditioni*, dicitur ibi, *Dei creationi.*

12 Vocatur autem se abscindens homicida, quia vt inquit Chrysostomus homil. 63. super Matth. *Qui se abscindit, quæ homicidarum sunt, præsumit.* Et August. in cap. homicidium. de pœnit. distinctione prima. *Aperuit*, inquit, *Dominus omnem iniquum motum ad nocendum in homicidij genere deputari.* Et eleganter inquit Bal. in l. reos. num. 4. C. de accusation. qui perdit membrum, perdit vitam membri. Sentit S. Thom. 22. quæst. 65. artic. 1. argu. 2. Mainerius in l. inuito. num. 14. de reg. iuris. Hinc est, quod mors, & membri abscisio æquiparantur. text. in Auth. de collatoribus. §. vlt.

vlt.ad fin.collect.9. Et ita quoad peccatum mortale, irregularitatem, & diſpenſationem parificantur homicidium, & mutilatio membri.Gloſ.in Clem.vnica. de homicid.Syluester verbo homicidium.3.quæſt.3.verſic.ſecũdum. Quod maximè obtinet in virilium abſciſione,in qua è multis vix pauci euadũt incolumes. Nam è nonaginta ægrè tres ſeruatos fuiſſe, author eſt Iuſtinianus in Authent.de his qui eunuchos faciunt. in principio collectione 10.

33 Vocatur etiam Deo inimicus: quia vt declarat Abulenſ. ſuper Matth.cap.19. q.39. Deo iniuriã irrogat,deturpãdo plaſma eius. Relucet enim aliquo modo in corpore noſtro diuina bonitas, & bonitas dicit rationẽ integritatis: ideò nos auferendo aliquam partem earum, quas Deus condidit, bonitati diuinæ, quæ in nobis relucet, iniuriam facimus.

34 Dei autem conditioni dicitur inimicus: ideſt Dei conſuetudini, quia vti notat idem Abulenſ. ſuper Matth.cap.5.quæſt.32.Stultè mouetur, puniens innocentẽ, qui nihil deliquit, cõtra morem diuinum. Ezechiel.cap.18.cap.ſi habes.24.quæſt.3.

35 Apud Canones autem Apoſtolorum legitur, *Dei creationi inimicus*: quia videtur Deum de ſuperfluitate redarguere,quaſi pl⁹ in eo creauerit, quam fuerit neceſſe.cap.ab exordio. 35. diſt.

16 Eundem ſe abſcindentem vocat inimicum naturæ. Bald. in l. reos.nu.5. in fi. C.de accuſation. Gregor.Lopez gl.2.in l.13. tit.8. par.7. irrogat enim iniuriam naturæ, auferendo organa ſuæ operationis. Vt ſcribit Abulen. d.q. 39.& S.Thom.22.q.65. art.1. ait, quod ſecundum naturam à Deo inſtitutum eſt, quod corpus hominis ſit integrum membris: contra naturam autem eſt, quod ſit membris diminutum.

Fœminis autem eſſe inimicũ. Petrus Plaza in Epito. delicto.c. 24.num.2.confirmat hiſtoria quadam ex Lampridio Diacono libro 4. Theobaldus Vmbrorum Dux aduerſus Græcos bellũ gerens,captiuos omnes amputatis virilibus dimittebat: donec quædam mulier ante eum gemebunda hominum Deumq; fidem implorans: Quid, inquit Theobalde, fœminæ egimus,vt nobis bellum indicas, haud quaquam nos Amazones ſumus, ſed Mineruæ deditæ armorum vſum nullũ tenemus. Quid ergo virorum noſtrorum teſtes amputas, noſque noſtris voluptatib. priuas, ſunt illis oculi, ſunt nares, ſunt manus, quid ad ea, quæ noſtro vſui natura conceſſit, belli iura producis. Quo ſermone delectatus Theobaldus, ei pœnæ modum impoſuit.

17 Fuere autem ſe abſcindentes apud veteres probroſi, & nota cenſoria inuri ſoliti. Sueton. in Claudio. capit. 16. Plaza d.cap. 24.

24. numero primo. Soto de iust. & iure. libro 5. quæstione 2. articulo 1. Inde Mamercus Emilius consul Genutium quendam, qui vt esset Gallus matris magnæ, amputauerat sibi virilia, è tribunali eiecit, & bonorum possessionem ex testamento, quam petebat, illi denegauit, quia facto suo neque in virorum, neque in mulierum numerum haberi deberet. Refert Valer. Max. lib.7. cap. 7. & pulchrè Herodius lib. 3. Decretorum.tit.8.cap.1. vel vt aliter denuò inscripsit lib.5.rerũ ab omni antiquit. iudicat.titulo 10.c.1. Hinc apparet bono quidẽ zelo, sed non secundum scientiã motum fuisse Christianum illum iuuenem, qui, vt refert Beatus Iustinus Martyr in Apologia 2. pro Christianis, vt Ethnicis persuaderet, falsum esse, quod vulgo ferebatur, de promiscua venere in cœtu, & mysterijs Christianorum: per libellum oblatũ Fœlici Alexandriæ Præsidi postulauit, vt ei permitteretur medico se excidendum præbere: quia dicebant medici, hoc sine decreto Præsidis non licere: & Fœlicẽ merito assentiri noluisse.

18 Neq; excusari possunt, hi Deo, Dei conditioni, Dei creationi, naturæ, & fœminis inimici, quærendæ castitatis prætextu. Nescit enim carnali vitio resistere qui se abscindit. c. hi qui se. 55. dist. Nam animo, non ferro quærenda est castitas: cum solus eunuchus Deo placeat, qui voluntarius est. c. qui sitit. 33. qõ. 5. nec possunt quidem eo modo castitatem consequi, possunt enim se impotentes facere ad venerea exercendum, sed non ad illa volendum. Atqui castitas sola voluntate amittitur, sicut sola voluntate conseruatur. cap. de pudicitia. cap. nec solum. 32. quæstione quinta. imò manet exectis perniciosior libido. Ideò dicitur Ecclesiastici cap.22. *Concupiscentia spadonis deuirgauit iuuenculam*. Neque ea tam facilè sedatur, cum illi perficere nequeant actum venereum, quem inchoare possunt. Vnde eleganter Chrysostom. homil. 63. super Matth. *Abscindere*, inquit, *membra demoniaca tentationis est, neque concupiscentia mansuetior ita fit, sed molestior. Aliunde enim habet fontes sperma, quod in nobis est, & præcipuè à proposito incontinenti, & mente negligenti, & si ipsa sobria fuerit, naturalium motuum nullum est nocumentum, neque ita abscisio membri comprimit tẽtationes, & tranquillitatem facit, vt cogitationis frænum.*

19 Neque aduersatur quod Seruator noster ait Matthęi cap. 19. *Et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter Regnum Cælorum*: quia non loquitur de reali membrorum exectione, sed de voluntaria continentia, nõ de corporali castratione, quæ damnabilis est, sed de spirituali: de illis inquam eunuchis, qui compressis motibus carnis affectum praui operis abscindunt. Secundum

com-

cõmunem interpretationem Interlinearis, Strabi, Lirani, Bedæ, Hilarij, Hieronymi, Thomæ, Simonis de Cassia, Hugonis Card. & Abulens. ibidem qõ. 40. Chrysost. homil. 63. Basilius lib. vnic. de virginit. August. lib. eiusdem argumenti. c. 23. & seq. Epiphan. hæres. 58. Valesiorum. S. Fulgent. lib. de fide ad Petrum. cap. 3. tex. in cap. qui sitit. 33. quæst. 5.

Et similis videtur locus Esaiæ cap. 56. vbi tex. ait: *Non dicat eunuchus, ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus, eunuchis qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & seruauerint fœdus meũ, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus: nomen æternum dabo eis, quod non peribit.* Quem tex. de voluntariè continentibus ibidẽ intelligunt Hierony. & Cyrill. Augustin. lib. de sancta virginit. ca. 24. Ambros. in exhortatione ad virgin. Gregor. 3. par. pastoralis. cap. 29.

20 Neque ad rem pertinet, quod Origenes se execuerit: id enim ipse malè fecit, & peccati mortalis labem contraxit. Vti apud omnes constat. Ideò grauiter Demetrius Alexandrinus Episcopus impium illud facinus criminatus est. Vti refert Euseb. lib. 6. cap. 18. Neque licet rationem habere eius hominis, quem anathematizauit. Quinta Oecumenica synodus Constantinopolitana: vt referunt Niceph. lib. 17. cap. 27. Euagrius lib. 4. capit. 38. Liberatus in Breuiario de hæresi Nestoriana. cap. 23. & habetur in cap. sanè profertur. §. si ad tempora. 24. q. 2. & apud Ioannẽ Diaconum in vita Sancti Gregorij. lib. 2. cap. 45. refertur reuelatio, in qua visus fuit Origenes in gehenna, cum Arrio, & Nestorio. Alia similis reuelatio habetur in Prato spirituali. c. 26.

Leontius etiam Laodicensis Presbyter merito fuit sacerdotali dignitate exauthoratus, eò quòd, vt suspitionem euitaret, consuetudinis impudicæ cũ Eustolia fœmina pulcherrima, & ab eius conuersatione non abstineret, se execuit. Referunt Athanasius Epist. ad Solitar. Socrates lib. 2. cap. 26.

Eodem modo duo illi monachi, qui in Aegypto se absciderunt, à Theophilo Alexandrino fuerunt communione priuati, & ab omnibus orthodoxis Episcopis eiecti: donec ab Epiphanio admoniti pœnituerunt. Vt habetur in Vitis Sanctorum Patrũ. dist. 2. cap. 172.

21 Planè hinc natam fuisse hæreticorum sectam dictam Eunuchorum, qui omnes suos adigebant, vt se castrarent. Refert S. Epiph. hæresi 58.

22 Pariter constat nõ esse imitandum factum Abbatis Pachon, de quo Palladius in Lausiaca histor. dist. 26. in hæc verba, ex persona ipsius Abbatis loquentis: *Cum paucis diebus se continuisset dæmon, me est adortus vehementiùs quam antea,*

rea, vt parùm abfuerit, quin blafphemarem. Transformatus enim cum effet in puellam Aethiopiffam, quam in mea iuuentute videram, æftate fpicas legentem, ea mihi vifa eft, meis infidere genibus, meque vfque adeò commouit, vt putarem me cum ea coiuiffe, furore ergo percitus impegi ei colaphum, eaque fic euanuit. Hoc autem mihi crede dicenti, biennio non poteram ferre manus meæ fœtorem. Cùm ergo hac de caufa pufilli, & abiecti animi euafiffem, & de me omnem fpẽ abieciffem, egreffus fum pererrans vaftam folitudinem, & inueni paruam afpidem, quam cum accepiffem, eam admoui meis genitalibus, vt vel fic morfu morerer, & cum eius caput virilibus applicaffem, vt quæ mihi fuiffent caufa tentationis, ne fic quidem morfus fum gratia prouidentia.

23 Quod autem Dominus Saluator nofter præcipit, membra abfcindere nos fcandalizãtia, Matthæ. ca. 5. & c. 18. & Marci cap. 9. non eft intelligendum de membris corporalibus. Multi enim funt cœci, & claudi, qui peccant, ficut & fani: fed de his, quos amamus, de amicis, & neceffarijs, quos velut membra nobis coniuncta ducimus. Non de membris corporalibus, quia non per membri abfcifionem peccatum tollitur, fed per affectus exclufionem: fed de his, quorum opera in temporalibus nobis admodum neceffaria eft, debemus enim illos à noftra focietate expellere; fi nobis periculo funt in fpiritualibus, hos enim intelligit Saluator fub nomine manus, & oculi. Nã quos fummè diligimus, oculos appellamus. Martialis, *Cum me tua lumina dicis.* Zachariæ ca. 2. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quod refertur in c. accufatio 2. q. 7. Et quorum opera alicubi vtiliter vtimur, noftras manus, noftrofq; pedes folemus appellare, Iob cap. 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Hoc eft, (vt declarat Liranus) confiliarius ignorãtium, & adiutor impotentium. Ita illas authoritates interpretantur Interlinearis, Strabus, Liran. Beda, Hilarius, Hieron. Thomas, Simon de Caffia, Hugo, Cromat. Abulenf. in eifdem locis, ac ibidem cæteri, Chryfoftomus homil. 17. & 19. fuper Matthæum. Auguftin. de honeft. mulier. c. 4. Gregorius lib. 6. moral. c. 23. & libro 1. paftoralis. capit. 2. Ruper. libro 1. de glorificatione. Simon Cafi. lib. 10. cap. 19. Bernard. fermone 2. de Sancto Michaele. & text. in cap. illud fanè 24. q. 3. & in cap. vxor legitima 28. quæft. 1.

SVMMARIA
Ex Capite fequenti.

1 *Apud Aethiopes nemo occiditur à miniftris, fed lictor fignum mortis ad reum mittit, qui mortem fibi confcifcit.*
2 *Nemo condemnari poteft, vt mortẽ fibi ipfe inferat.*
3 *Intelligitur l. fi diutino. §. 1. ff. de pœn.*
4 *Romanorum vulgare fupplicium de faxo*

saxo præcipitare.
5 *Condemnatus, vt se occidat, non debet acquiescere.*
6 *Ad epotandum venenum nemo debet condemnari.*
7 *Electio mortis reo dari non potest.*
8 *Condemnatus, ad epotandum venenũ, acquiescendo peccat.*
9 *Et an liceat ei os aperire.*
10 *Condemnatus ad sanguinis emissionẽ, an possit venam aperire.*
11 *Ascendere scalas, & iugulum præbere, quatenus reis liceat.*
12 *Historia Charonda Tiriorum Principis.*
13 *Statuens non videtur velle se ipsum ligare.*
14 *Iudex delinquens non potest se ipsum morti addicere.*
15 *Bannitus se occidens, non excusatur prætextu statuti, permittentis occidere bannitos.*
16 *Massarius si tenetur denunciare maleficia commissa in villa, non tenetur denunciare cõmissa à se ipso.*
17 *Statutum quod bannitus possit impunè offendi, comprehendit etiam alium bannitum.*
18 *Non autem comprehendit filium.*

CAPVT X.

Neque iudicis, neque legis authoritate licere, se ipsum occidere.

HVius loci prima quęstio est, an liceat sentẽtia iudicis, aut lege lata nocentem damnare, vt se ipsum idemmet occidat,
1 vel iuguletur. Quod frequentissimum fuit apud veteres, & apud Aethiopes nemo occiditur à ministris, sed lictor ad reum mortis signum mittit, quo accepto ille statim mortem sibi consciscit. Vt è nostris refert Decianus lib. 9.
2 tract. criminali. cap. 2. num. 24. Et in hoc communis conclusio est, quod nemo potest condemnari, vt sibi mortẽ inferat. Ita S. Thomas in 2. 2. quæst. 69. art. 4. ad secundum. & ibi Caietan. Aragon, Bañes, Greg. de Valẽtia, Michael Salon, & omnes, Soto de iustit. & iur. li. 5. q. 6. art. vlt. ad fi. Menoch. de arbitr. iud. cas. 284. nu. 32. & seq. Neque in hac generalitate refragatur Victoria, vti arbitratus est Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. capit. 3. num. 27. Horum fundamentum est, quod reus nõ tenetur aliquid agere, sed pati: neque potest lex, aut iudex compellere ad agendum, quod diui-
3 na lege prohibitũ est. Addo tex. in l. si diutino 25. §. fin. ff. de pœn. ibi. *Non potest quis sic damnari, vt de saxo præcipitetur.* Quæ verba videntur intelligẽda, si se ipsum ipsemet præcipitet. Alioqui namq; frequens fuit apud Romanos pęna, de saxo Tarpeio reos deijce-
4 re, eamq; pœnam lex duodecim tabularum in testes falsos imponebat: vt ait Gellius lib. 20. noct. attic. cap. 1. ad fi. quod nulla posteriori lege reperitur mutatũ. Et fuisse apud Romanos vulgare supplicium, ait Dionys. Halicarnase. lib. 8. quod mansisse ad posteriora Imperatorum tempora videmus. Tacit. lib. 2. Annal. *quorum*

rum è numero L. Pituanius saxo deiectus est. Lucretius, *Scelerisque puella carcere, & horribili de saxo iacta deorsum.*

5 Secunda quæstio est, an si quis de facto ita condemnaretur, posset acquiescere: & prædicti omnes aiunt, non posse, quia eiusmodi sententia esset ipso iure nulla. Et ideò cessat, quod maximè pro affirmatiua parte dici posset, cum tanquam Reipublicę ministrum se interimere, cum talis minister constitui non possit, neque, si constituatur, sit valida cōstitutio; itaque non minus peccaret mortaliter.

6 Tertia quęstio est, an liceat condemnare aliquem ad epotandum venenum, & ita se ipsum veneno occidere. Et in hoc Victoria in relect. de homicidio. num. 30. Aragon in 22. quæst. 62. art. 2. & quæst. 64. art. 5. argu. 4. & q. 69. art. 4. tenent licere. Et idem videtur tenere Gregor. de Valentia Tomo 3. disput. 5. quæst. 8. punct. 2. dum agit de occisione sui ipsius. propè finem obiectionis.

Sed contrariū, imo non posse iudicem ita condemnare, verius & receptius est: tenent Caieta. in 22. q. 69. artic. 4. q. 7. & ibi Bañes conclus. 6. Michael Salon cōtrou. 4. in princ. qui dicit istam esse modo communem sententiam. Soto d. lib. 5. quæst. 6. artic. fin. & licet. Petrus Nauarra d. c. 3. num. 27. noluerit definire nu. 81. & seq. huic sententiæ accedit. Quæ sanè vniuerso Christianorū consensu videtur approbata, cum eiusmodi pœna nusquā imponatur. Imò vt ait Caieta. apud veteres magis concedendo optionē mortis, quam iudicando, venenum reis propinabatur.

7 Ex quo consequens fit, hodie cessare, cum constitutum sit, reis electionem mortis concedi nō posse. l. aut damnum 8. §. proinde. ff. de pœnis. Bald. in l. 1. C. de his qui ad libert. procl. non poss. Roman. Singul. 133. Decius num. 97. Cepolla 60. in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. Anton. de Burgos. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 186. de constitution. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 87.

8 Quarta quæstio est, an si de facto quis condemnaretur ad epotandum venenum, posset id exequi sine peccato. Et posse aiunt Victoria, Aragon, & Gregorius de Valentia, vbi suprà eo argumento, quod bibere de se non sit actio lęthalis, tametsi bibere venenum mortale sit, sicut nec progredi in locum de se est actio læthalis, quamuis progredi in locum neci destinatum lęthale sit. Ergo sicut nocens post iudicis condemnationem tenetur, & potest hoc secundum efficere, ita & primum. Et sicut licitum est ascēdere scalas, aptare iugulum, & percutienti colla submittere, ac vt Prisci dicebant, recipere ferrum: ita etiam licebit venenum bibere, quia non magis cooperatur vnus morti suæ, quàm alius.

Et si

Et si quis inferat, ergo potest aliquis damnari, vt se ipsum ingulet, negat Aragon consequentiã. Tum quia, iugulatio ex se est læthalis, neque potest aliqua ratione non esse. Tum quia reus non tenetur eas actiones exercere, quæ commodius à ministris, quã ab eo exerceri possunt. Ita neque nodum collo aptare, neque gladium in iugulum mittere. Tenetur tamen è contrario, eas actiones exercere, quæ commodius ab ipso, quàm à ministris fieri possunt, qualis est epotatio veneni.

Contrarium & melius tenuerunt Caietanus, Bañes, Salon, & Nauarra in locis citatis, quia cũ resolutum sit, neminem ad epotationem veneni posse condemnari, sequitur quod etsi de facto condemnaretur, non posset nulli sententiæ in perniciem, & mortem suam acquiescere; Neque vlla differentię efficax ratio assignari potest, inter se iugulantem, & venenum bibentem. Nam quod ait Aragon, exemplo prodeuntis ad locum supplicij, ascẽdentis scalas, & iugulum præbentis, nihil vrget: cum ex his actionibus non sequatur mors, licet sint præparatoriæ ad alium actũ, ex quo sequenda est mors. Et in his verum est, quod reus condemnatus potest, imò tenetur eas exercere neque videtur se ipsum occidere, sed pati ab alio mortem. Ex potatione autem veneni immediatè, & effectu naturali sequitur ipsa mors, & ita bibens venenum re vera se ipsum occidit. Neque in hoc dici potest pati, sed agere, quod nullo modo licet, neq; ad id aliquis condemnari potest.

9 Quinta est quæstio, an tali cõdemnato liceat os aperire, & negare videtur Salõ, vbi supra. Sed forsan contrarium esset dicendum, nam & forcipibus compelleretur: vnde commodius ipse, ad vitandũ illum cruciatum, aperire os poterit. Et in hoc casu videntur procedere exempla, & rationes Aragonij.

10 E contra non videtur tutum, quod ait Soto d. lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 5. artic. vlt. ad fin. condemnatum ad sanguinis emissionem, per venam, quam lictor aperire nesciret, posse id exequi, si sit artis peritus, ne ex carnificis imperitia maius damnum patiatur. Non inquam videtur tutum, si eam sanguinis emissionem intelligit de vniuerso sanguine, & ita de morte, quia est agere id, quod effectu naturali, & necessario occidit: quod nemo faceret neque ad id condemnari, vt dictum est, temetsi commodius ipse faciat.

11 Constat autem licere, quod diximus suprà, scalas ascendere, extendere collum, præbere iugulum, prout licuit martyribus. cap. non est nostrum. 23. quæst. 5. etiam iniustè damnatis, cum & martyres iniustè fuerunt cruciati. Plaza de delictis. cap. 23. num. 7. Soto

7.Sotò de instit.& iur. lib.5. q.6. art.vlt.ad fin.Couarr.lib.1.var.resolut.ca.2.num. 10. vers. quinto. Vnde piè & constanter fecisse Sãctum Eusebium Samosatensem episcopum,sine dubio est.A quo cum Constantius Imperator Arriana hæresi infectus, decretum posceret de ordinatione Meletij in Ecclesia Antiochena, quia disturbare electionem cupiebat,eo quod Meletius cum sacrosancta Nicena synodo catholicè sentiret:S. Eusebius negauit dare posse,nisi omnes, qui illud suæ fidei commiserant, in vnum conuenirent. Constantius iubet denuò, reddi decretum,minitans se mãdasse nuntio, vt nisi redderet illud,dexteram eius amputaret.*Simulatque verò*, ait Theodoretus lib.2.cap.23.*diuinus ille vir,resignatis literis intellexit suppliciũ, quod ei Imperator minatus fuerat,non dexteram solum, sed leuam etiam extendit, iubetq; vtramq; abscindere: nam decretum inquit, non reddam,quod Arrianæ improbitatis tam clarum indiciũ dat.* Non tamen liceret reo, se de scala deijcere, sed expectare debet,deijci à carnifice. Imò neque licet ob vanum aliquem finẽ scalas ascendere, veluti vt fortis animosus,aut contemnens mortem habeatur.Quia etiam si martyr hoc faceret, desineret esse martyr,illiq; operi,non tã præmium,quam pœna deberetur, & perfidiæ magis tormenta essent, quam corona victoriæ. cap. vide quantum.1.quæst.1.Tradit etiam Michael Salon in 22. q. 69. art.4. controu.4.in princip.

12 Sextæ quæstionis loco perpendam factum Charõdæ Tiriorum Prĩcipis,qui cum legem tulisset, ne quis cum telo in concionem prodiret, aliàs capite damnaretur, ac interiecto aliquo tempore,ex longinquo rure,gladio accinctus domum repetens,subito in dicta concione, sicut erat in eam processisset:ab eo qui proximè constiterat, solutæ à se legis suæ monitus, idem inquit illam fanciam,ac protinus ferro,quod habebat districtum, incubuit. Vti è nostris referunt Tiraquell. in tract.nobilit.cap.20. num.74. Decian.lib.9.tract.crimin.cap.2. nu.20.Hunc enim impiè egisse, & grauè peccatum peccasse, neque authoritate illius legis defendi posse,multis rationibus dicendum est.Tum quia ea lege ipse,si princeps erat, minimè ligabatur l.princeps. ff. de legibus. l.si Prætor.ff.de tutor. & curato.

13 dat.ab his, neque vllus statuens videt velle se ipsum ligare.Bald. in l.si cõsul. ff.de adoptionibus. Alex.in l. 1.num.3. ff. quod quisque iuris. Surdus consil.322.num. 15. Tum quia vt maximè ligaretur,casus inopinatus, necessitas subito indicendę concionis,mẽs non ex proposito,sed casu arma portantis,eum excusabant.

14 Tum quia, & si minimè excusaretur, & eiusmodi violatæ legis reus esset, debuit expectare condemnationem,executionẽq; ab

ab alio fieri, non seipsum occidere. Ita & iudex, qui delictum facit morte dignum, non potest se ipsum morti addicere, sed expectare debet, quod ab alio cõdemnetur. S. Thom. & omnes in 22.q.64. art.5. ad 2. Soto de iustit.& iur. lib.5.q.1. artic.5.ad 2. Petrus Nauarra lib.2. de restit. cap.3. num.24. & 94.

15 Septima quæstio est, an stante statuto, quod bannitus possit impunè occidi, possit se ipsum occidere, & excusetur à pœna, quia se ipsum occidendo bannitum occidit: & ita authoritate statuti videtur fecisse. Et istum nõ excusari, aiunt Bald. numer. 33. in fin. Paul. nu.10. in fin. Fulgos. & Saly cet. num.17. Ias. nu.6. in l. 1. C. de seru. fugiti. Felyn. nu. 1. in cap. cõtingit. de sent. excom. idem Fely. nu.9. Berous nu.122. Ant. de Burgos. nu.184 Hippol. Riminal. num.238. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. Carer. in Pract. tit. de homicidio. quæst. 8. num.4. Curt. Iun. conf. 182. nu. 3. lib.2. Hippoly. de Marsil. in Practica. §. aggredior. nu.17. Guliel. Bened. in capit. Raynutius. verb. mortuo. itaque testatore el 1. nu. 46. Menoch. de arbitr. iudic. casu 284. nu.31. Petrus Plaza in Epit. delicto. cap.23. numer.16. ad fin. Greg. Lopez gl. vnica. ad fin. in l. 2. tit.27. part.7. Tiber. Decia. lib. 9. tract. crim. cap.2. num.1.

Mouetur ex eo, quod sicut seruus non dicitur esse in peculio suo. l. deposui. §. Stychus. ff. de peculio. Ita bannitus non dicitur esse in banno suo, & in generali dispositione semper censetur excepta persona propria. Anchar.

16 in c.1.q.12. de constitut. Vbi ait, quod si massarius tenetur denuntiare omnia maleficia commissa in eius villa, non tenetur denuntiare maleficia per se ipsum commissa. Sequitur Saly c. in l. ea quidem. q.17. C. de accusat. Hippol. Riminal. in d.c. quæ in Ecclesiarum. num.239. Sed vrgens fundamentum est, quod suprà probauimus, neminem posse authoritate legis, vel iudicis se ipsũm occidere. Vnde dici debet neq; istũ posse: alioquin delictum, & bannum potestatem ei darent, quam innocens non habebat. Neq; excusatur statuto, quia cum in generali concessione non veniat, quod specialiter non concederetur. l. qui peculij. ff. de peculio. c. fin. de officio vicarij. lib.6. & multò minùs, quod specialiter non posset concedi. l. Lucius. §. ita respondit. ff. ad municipal. Roma. consil.209. nu.2. & statutum non posset in specie cõcedere sui ipsius occisionem, proculdubio in generali concessione occidendi bannitum, non includitur potestas se ipsum occidendi. Neque coniecturari potest tacita mens statuti, quæ nõ posset esse expressa. Adde quod potestas occidendi bannitum conceditur, in punitionem delicti ab illo commissi, atqui se occidẽdo, nouum addit delictum, quod alterum bannum exi-

exigeret, non punit præcedens. Neq; poteſt videri ſe occidiſſe, quia non poſſet capere, neq; zelo iuſtitiæ, & vt legis miniſter, in cuius eſſet poteſtate veris miniſtris ſe tradere: neq; in miniſtrũ à Republica conſtitutus fuerit, neq; conſtitui poſſet. Quinimò in quo apparent clariſſimè mẽs, & propoſitum, iuſtitiam, & eius miniſtros morte fugiendi.

Contrarium tamẽ cenſuit Decius nu.66.verſ.quartus caſus.in d.c.quæ in Eccleſiarum, de conſtitution. eo argumento motus, quod in punitione bannitorum. verſetur publica vtilitas, ob quã receptum eſt, eiuſmodi ſtatuto comprehendi etiam alium ban-
17 nitum, à quo offendi poteſt. Bal. in l.rogaſti.in prin. ff.ſi cert.pet. Boſſ.titu. banniti quid amittant. num.9. Decius d.c.quæ in Eccleſiarum.nu.67. Vnde ob publicã vtilitatem admittendum credit, vt etiã liceat ſeipſum occidere.

Cæterum decipitur Decius, & ei reſpondent Berous, num.122. Anton.de Burgoſ.num.186. Hippoly.Riminal.num.242.in c.quæ in Eccleſiarum.de conſtitut. Menoch.caſu 284. nu.34. Purpurat. in l.rogaſti.num.16.ff.ſi cert.pet. longè diſſimilem eſſe caſum alterius banniti, ſiquidem non eſt cõtra legem diuinam, & naturalem, quod ſit carnifex alterius, ideò in talem poteſt à lege conſtitui, quemadmodum eſt, quod ſit carnifex ſui, ideoq; à lege non poteſt talis conſtitui. Quibus addo multorum ſententiã eſſe, in eiuſmodi ſtatuto non includi filium banniti, ac ita nõ excuſari à par-
18 ricidio, ſi bannitum patrem occidit. Vt voluerunt Dynus, & Angelus. in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto, per illum text.ff. ad leg.Iul.de adulter. Fely.num. 5. Berous 113. Riminal. 196. ibid. cap. quæ in Eccleſiarum. Nellus in tractat. de bannitis.2.temp.2. par. quæſt. 20. Ioan Grandis de bello exulum. par.10.ſingul.25. Quæ ſanè videtur verior, & communis ſententia, quia abhorret natura filium eſſe carnificem patris. Multò ergo magis dicendum eſt, non includi eundem ipſum bannitũ, quia maius peccatũ eſt ſe ipſum occidere, q̃ patrem.

Ex quibus iam vides, eadem ratione dicendum eſſe, ſi præmium propoſitum ſit occidenti bannitum, nõ deberi hæredibus banniti, qui ſe ipſum interfecit.

Sed hic pauliſper ſpecta, & perpendamus quid ſibi velint DD. dum aiunt non excuſari bannitum à pœna in ſe occidentes ſtatuta, ſi ſe interficiat, prætextu ſtatuti permittentis occidere bãnitos, quæ enim pęna eſt iſta, à qua dubitant, an veniat excuſandus, ſiquidem in ſe occidentes nulla pęna ſtatuta eſt iure ciuili, vt ſup. cap.3. & infrà cap.23. probamus. Sentiunt difficultatẽ Menoch. de arbitr.iudic.caſu 284. nu.31. Decian.lib.9.tracta.criminal. capit.

F 2.nu.

a. num. 1. & soluunt: Menochi. quod loquantur præsupposito alio statuto, quod se occidentibus pœnam imponeret. Decianus, quod nō excusatur à pœna sepulturæ, & alijs iuris canonici pęnis. Fortassis aptius dici potest, accusatos, vel inquisitos de aliquo delicto haberi pro cōfessis, si se occidant, & pœnis prioris delicti, de quo accusati erāt, censeri cōdemnatos; vt infra cap. 23. deducimus. Bannitum autem inquisitum esse, necesse est: Ergo possunt intelligi Doctores, nōn excusari ab illa ficta confessione, & pœnis prioris delicti, quod authoritate statuti se videatur occidere.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Medicina causa licet membrum sibi amputare.*

2 *Ab aspide morsus manum sibi amputans, ne venenum ulterius serpat, non peccat.*

3 *Neque est necesse id opus à medico fieri, sed idem potest se ipsum abscindere.*

4 *Alligatus manu vincta cum periculo vitæ potest manum amputare, & fugere.*

5 *Carceratus qui de muro quamuis alto desilit, sperans euadere, & fugere, tametsi moriatur, nō peccat.*

6 *Perpenditur factum Cliti apud Iosephum.*

7 *Licet aliquod minus damnum sibi inferre, ob euitandum maius damnum ab alio inferendum.*

8 *Alapa, aut alijs modice se ipsum percutere, barbam, aut capillos vellere, peccatum non est.*

9 *Mortuos immoderatè lugere, & se ipsos ob mærorē percutere, nō licet.*

10 *Non tamen est peccatum mortale, ideo prohibendum non est sub excommunicatione.*

11 *In omni materia exiguitas excusat à mortali.*

12 *Percutere se ipsum ex desperatione etiam leuiter, est mortale.*

CAP. XI.

Pro tuenda vita membrum abscindere, & absolutè leuiter se ipsum percutere, licere.

SVnt tamen duo casus, in quibus licitum est in se ipsum sæuire. Al-
1 ter est pro cōseruatione totius corporis, hoc est, cum pro tuenda vita membrum abscinditur. Exemplum in eo, qui medicinæ causa membrum fortè putridum sibi amputat, quod sine dubio licet. ca. si quis à medicis. cap. si quis pro ægritudine. 55. dist. cap. ex parte. de corpore vitiatis. l. 2. tit. 8. part. 2. Angel. in l. 1. §. vsq; adeò, ff. de iniurijs. Marcus decis. 879. nume. 4. par. 2.

2 Vnde nemo dubitabit, licuisse rure agenti ab aspide morso manum cōtinuo abscindere, ne vene-

venenum vlterius ſerperet, cum non tam membrum abſciderit, quam totum corpus cõſeruauerit. Notat Enriquez in ſumma lib.14. c.8.§.4.gl.eo.

3 Neq; neceſſarium eſt, id opus fieri à medicis: poteſt enim & cum conſilio medicorum idem æger ſe ipſum mutilare, ſi vult: Innocen. in ca. ſignificauit. num. 1. de corpo. vitiat. Bellam. num. 2. in c. ex parte. el 1. eo. tit. Archidiac. & Turrecrem. numero 33. Præpoſit. num. 2. in ca. maritum. 33. diſt. iidem Turrecrem. & præpoſ. in cap. hi qui ſe. 55. diſtinct. S. Thom. in 2.2. q. 64. articulo 5. argum. 3. Soto de iuſtit. & iur. libro 5. quæſtio. 6. articul. 4. in final. verbis. Petrus Nauarra lib. 2. de reſtit. capit. 3. num. 97. Enriquez vbiſupra.

4 Similiter qui alligatus eſt manu vincta, & putat ſe occidendum, ſi cupiens vitare periculũ mortis, manum amputaret, & fugeret, non peccaret. Vt aiunt Enriquez in ſumma lib. 14. cap. 8. §. 4. gl. e. Gregor. de Valentia tomo 3. diſputa. 5. quæſt. 9.

5 Quemadmodum, & qui in aliqua turri incluſus, de muro deſiliret, ſperans euadere poſſe, tametſi murus altus eſſet, & non poſſet euadere, ſed moreretur, non peccaret: dummodo ipſe voluiſſet, & ſperaſſet euadere. Gloſſ. & Turrecrem. numero 8. Bellam. nume. 6. in capit. nerui. 13. diſtin. Anto. de Butrio num. 6. in capi. ex parte 2. de ſepult. Alberic. in l. 3. in fi. principa. ff. de bonis eorum qui mort. ſibi conſciu. Couarr. lib. 1. varia. reſolut. capit. 2. nume. 10. verſicu. nemo ſubinde. in fin. à quibus expenditur text. in dicto capit. nerui. 13. diſtin. ibi, *Quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, ubi breuior murus inuenitur.* Et text. in capit. ex parte 2. de ſepultu. vbi licet præcipitare ſe de ponte cum ſpe enatandi, pro tuenda caſtitate, tametſi poſteà enatare non poſſit, ergo & pro tuẽda vita licebit. Accedit ratio, quod in his, quæ propter aliqđ bonum facimus, tametſi præter noſtram voluntatem quidquam mali accidat, nobis non imputatur. capit. de occidendis. 23. quæſtio. quinta. Vult autem Bellamera d. numero 6. hoc procedere etiam ſi fatuè ſperauit enadere, quod nemo ſperaret. Imò etiam ſi nec ipſe ſperauit, dummodo noluerit, poſitiuè, ſe occidere, ſed aleam fortunæ tentare, ſubditque ex circunſtantijs, & altitudine muri, eccleſiam in foro exteriori iudicaturam, vtrum ſe voluerit occidere, an ſperauerit euadere.

6 Infertur ex prædictis ad caſum, quem narrat Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico. c. 27. vbi ait, habuiſſe ſe Clitum quendam vinctum, cumq; iuberet eidem vtrãque manum abſcindi, ille ſaltem

alteram deprecabatur;annuit Iosephus, dummodo alteram sibimet ipse Clitus præcideret, ille verò educto dextera gladio læuam sibi truncauit.Hunc Clitum condemnant Soto de iustitia, & iure.lib.5. q.6. art.vlt. ad fin.Michael Salon in 2.2.q.69.art.4.cōtrou.4.in fi. qui aiunt,id ei minimè licuisse, quia illud mediū nō erat necessarium simpliciter,sed ex malignitate præcipientis. Cæterum nimis durum videtur, hominem in his angustijs constitutum,non posse sibi consulere, cū magis minus malum eligere ad euitandum maius,quàm velle dānum inferre videatur, & prudentiam magis, quàm violentiam exerceat,iuxta text. in cap. duo mala.13. distinct. quia, vt inquit Aristot.lib.5. Ethicorum,capi.3. minus malum respectu maioris mali habet speciem boni. Itaque
7 verius videtur in hoc Clitū non peccasse,cum perinde passus fuerit inuitus, ac si ab alio mutilaretur: licereque cuicunque si ei daretur optio,malle sibi ipsi minus aliquod damnum inferre, quàm ab alio maius damnum pati. Id quod sentit S.Thom.in 2.2.q.64. art.4.in 3.argu. & tradit Nauarr. de restitut.lib.2. c.3.nu.98. Nam amputare manum vinctam, vt liceat fugere, vel de muro custodiæ desilire, non est medium necessarium simpliciter, sed ex accidenti vinculorum,& carceris, & tamen licet,vt dictum est. Et quemadmodum licet membrum abscindere, cum imminet vitæ vis morbi, ita debet licere, cum imminet vis extrinseca. Expendo pro hac sententia doctrinam Doctorum in capit. maritum.33. dist.vbi cum text.dicat esse irregularem, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto timore superatus truncauerit: subdunt,intelligendum esse; si ex indignatione sibi amputat membrum, licet moueatur iusto, vel iniusto timore, non si ex deliberatione,& consilio. Ita post alios Pręposit.ibi nu.2.ergo membrū sibi amputare ex deliberatione,& cōsilio, aliquo timore imminente, non est illicitum.
8 Alter casus est in modica percussione, & damno, potest enim secundum communem, quisque se ipsum alapa aliauè percussione modica percutere, & barbas, siuè capillos sibi vellere sine peccato.Bart.in l.1.§.vsqueadeò.nume.2.& ibi Alberic.ff. de iniuri. Abbas,& Fely.in cap. contingit. de sentent.excommunic. Fely.in cap.solitæ.num.2.ad fin.de maiorit.& obedien.Hippoly. in Rub. de fideiussor.num.241. Nauar.in Manuali. cap.15. num.11. vbi de tundente sibi pectus zelo deuotionis, & de sumente disciplinas. Archidiacon.numero quinto. in capit. qui diuina. decimatertia quæst.2.Gregorius Lopez gloss.prima. in l.44.tit.4. part.1. quod

quod videtur intelligendum de eo,qui iocosè, aut alias sine ira, & impatientia eiusmodi leues percussiones sibi infligeret: nam secus esset in eo, qui præ impatientia id admitteret,quia peccaret plus, & minus, secundum gradum iræ, & impatientiæ.

9 Cæterum aduersus prædictā communē sententiam vrget Cōcilium Toletanum tertium.c.22. relatum in d.cap.qui diuina.13. q.2.illis verbis. *Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos aut familias cædere, omninò prohibemus*. Ex quo textu,& ex cap.quā præposterum. c. vbicunque cap. habent forsitam. ead. causa, & quæst. dæsumptæ sunt leges 43. & 44.tit.4.parti.1. quæ id etiam prohibent. & l.7.tit 1.lib.1.ordinam. hodie l.8.tit.1.lib.1.Recopil.& iterum l.2.in fi.tit.5. lib.5. Recopilat. quæ pœnas imponūt facies sibi deformantibus, barbam,& capillos vellentibus, ex quibus apparet: earum oblitum Couar.in regula peccatū.2.part. §.2.n.5. dixisse, huiusmodi talia facientes,malè agere,nulla tamē exteriori lege puniri. Quod sequuntur Fran.de Alcocer de ludo:c.50.concl.6.Carroz.in trac. de locato,& cōducto.tit.de mercede remuneratoria. nu.163.

Videntur tamen illæ leges loqui in casu speciali eorum, qui ob luctum mortuorum hæc sibi infligunt: quia impium videtur, & quasi de alia vita, & resurrectione mortuorum quædam desperatio, mortuos immoderatè lugere. Ideoque sæpius condemnatur à sacris Doctoribus,Chrisosto. homilia 6. in ca.4. epist.1. Diui Pauli ad Thessalon.& hom. mil.41.in cap.15.1. ad Corinth. & homil.4.in c.1.ad Philippens. & homil.4.in c.2.ad Hebr. Tertull.libro de patientia.Cyprian. ser.4.de mortal. August. serm.1. de consolat.cap.3.& 4. Hieron. in regula monach. in epitaphio Nepotiani ad Heliod. Ideo scribitur Hierem.ca.22. *Nolite flere mortuum, nec lugeatis super eum fletu*. Et leuit. cap.19. *Super mortuo non incidetis carnes vestras, neq; figuras aliquas, aut stygmata facietis vobis*. Quod explicat Augusti. q. 71.in Leuit.

10 Itaque tametsi aliquis se leuiter percuteret, barbam velleret, extra illum casum, pœnæ dictarum legum locum habere non possent. Imò & in eo ipso casu, qui talia agunt, licet malè agant non tamen peccant mortaliter: vt aiunt Archidiac. & Gragor. Lopez. vbi supra, inde inferentes, quod non debet Episcopus hoc prohibere sub excommunicatione, sed tantum dissuadere.

11 Pro quibus expendo, quod in omni materia exiguitas excusat à peccato mortali. S.Thomas in 2.2.q.3.artic.5.Nauar. in Manuali cap.11.num.4.quod est addendum ad plura, quæ in hanc rem congerunt, Tiraquel. in tractatu

alteram deprecabatur; annuit Iosephus, dummodo alteram sibimet ipse Clitus praecideret, ille verò educto dextera gladio laeuam sibi truncauit. Hunc Clitum condemnant Soto de iustitia, & iure. lib. 5. q. 6. art. vlt. ad fin. Michael Salon in 2.2. q. 69. art. 4. cõtrou. 4. in fi. qui aiunt, id ei minimè licuisse, quia illud mediũ nõ erat necessarium simpliciter, sed ex malignitate praecipientis. Caeterum nimis durum videtur, hominem in his angustijs constitutum, non posse sibi consulere, cũ magis minus malum eligere ad euitandum maius, quàm velle dãnum inferre videatur, & prudentiam magis, quàm violentiam exerceat, iuxta text. in cap. duo mala. 13. distinct. quia, vt inquit Aristot. lib. 5. Ethicorum, capi. 3. minus malum respectu maioris mali habet speciem boni. Itaque

7 verius videtur in hoc Clitũ non peccasse, cum perinde passus fuerit inuitus, ac si ab alio mutilaretur: licereque cuicunque si ei daretur optio, malle sibi ipsi minus aliquod damnum inferre, quàm ab alio maius damnum pati. Id quod sentit S. Thom. in 2.2. q. 64. art. 4. in 3. argu. & tradit Nauarr. de restitut. lib. 2. c. 3. nu. 98. Nam amputare manum vinctam, vt liceat fugere, vel de muro custodiae desilire, non est medium necessarium simpliciter, sed ex accidenti vinculorum, & carceris, & tamen licet, vt dictum est. Et quemadmodum licet membrum abscindere, cum imminet vitae vis morbi, ita debet licere, cum imminet vis extrinseca. Expendo pro hac sententia doctrinam Doctorum in capit. maritum. 33. dist. vbi cum text. dicat esse irregularem, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto timore superatus truncauerit: subdunt, intelligendum esse, si ex indignatione sibi amputat membrum, licet moueatur iusto, vel iniusto timore, non si ex deliberatione, & consilio. Ita post alios Praeposit. ibi nu. 2. ergo membrũ sibi amputare ex deliberatione, & cõsilio, aliquo timore imminente, non est illicitum.

8 Alter casus est in modica percussione, & damno, potest enim secundum communem, quisque se ipsum alapa aliauè percussione modica percutere, & barbas, siuè capillos sibi vellere sine peccato. Bart. in l. 1. §. vsqueadeò. nume. 2. & ibi Alberic. ff. de iniuri. Abbas, & Fely. in cap. contingit. de sentent. excommunic. Fely. in cap. solitae. num. 2. ad fin. de maiorit. & obedien. Hippoly. in Rub. de fideiussor. num. 241. Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 11. vbi de tundente sibi pectus zelo deuotionis, & de sumente disciplinas. Archidiacon. numero quinto. in capit. qui diuina. decimatertia quaest. 2. Gregorius Lopez gloss. prima. in l. 44. tit. 4. part. 1.

quod

quod videtur intelligendum de eo, qui iocosè, aut alias sine ira, & impatientia eiusmodi leues percussiones sibi infligeret: nam secus esset in eo, qui præ impatientia id admitteret, quia peccaret plus, & minus, secundum gradum iræ, & impatientiæ.

9 Cæterum aduersus prædictã communẽ sententiam vrget Cõcilium Toletanum tertium. c. 22. relatum in d. cap. qui diuina. 13. q. 2. illis verbis. *Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos aut familias cadere, omninò prohibemus.* Ex quo textu, & ex cap. quã præposterum. c. vbicunque cap. habent forsitam. ead. causa, & quæst. dæsumptæ sunt leges 43. & 44. tit. 4. parti. 1. quæ id etiam prohibent. & l. 7. tit 1. lib. 1. ordinam. hodie l. 8. tit. 1. lib. 1. Recopil. & iterum l. 2. in fi. tit. 5. lib. 5. Recopilat. quæ pœnas imponũt facies sibi deformantibus, barbam, & capillos vellentibus, ex quibus apparet: earum oblitum Couar. in regula peccatũ. 2. part. §. 2. n. 5. dixisse, huiusmodi talia facientes, malè agere, nulla tamẽ exteriori lege puniri. Quod sequuntur Fran. de Alcocer de ludo: c. 50. concl. 6. Carroz. in trac. de locato, & cõducto. tit. de mercede remuneratoria. nu. 163.

Videntur tamen illæ leges loqui in casu speciali eorum, qui ob luctum mortuorum hæc sibi infligunt: quia impium videtur, & quasi de alia vita, & resurrectione mortuorum quædam desperatio, mortuos immoderatè lugere. Ideoque sæpius condemnatur à sacris Doctoribus, Chrisosto. homilia 6. in ca. 4. epist. 1. Diui Pauli ad Thessalon. & homil. 41. in cap. 15. 1. ad Corinth. & homil. 4. in c. 1. ad Philippens. & homil. 4. in c. 2. ad Hebr. Tertull. libro de patientia. Cyprian. ser. 4. de mortal. August. serm. 1. de consolat. cap. 3. & 4. Hieron. in regula monach. in epitaphio Nepotiani ad Heliod. Ideo scribitur Hierem. ca. 22. *Nolite flere mortuum, nec lugeatis super eum fletu.* Et leuit. cap. 19. *Super mortuo non incidetis carnes vestras, neq; figuras aliquas, aut stygmata facietis vobis.* Quod explicat Augusti. q. 71. in Leuit.

10 Itaque tametsi aliquis se leuiter percuteret, barbam velleret, extra illum casum, pœnæ dictarum legum locum habere non possent. Imò & in eo ipso casu, qui talia agunt, licet malè agant non tamen peccant mortaliter: vt aiunt Archidiac. & Gragor. Lopez. vbi supra, inde inferentes, quod non debet Episcopus hoc prohibere sub excommunicatione, sed tantum dissuadere.

11 Pro quibus expendo, quod in omni materia exiguitas excusat à peccato mortali. S. Thomas in 2. 2. q. 3. artic. 5. Nauar. in Manuali cap. 11. num. 4. quod est addendum ad plura, quæ in hanc rem congerunt, Tiraquel. in tractatu

de iudicio in rebus exiguis ferẽ do.& Loazes in allegatione pro oppido de Mula.

Limitant autem hoc Archid. & Grego.Lopez,nisi quis ex desperatione eiusmodi leuia sibi infligeret, quo casu mortaliter peccaret.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Occidens volentem, pœna ordinaria plectendus est.*

2 *Maritus occidendo adulteram,peccat mortaliter,sed in foro exteriori nõ punitur.*

3 *Neque filius, qui iussu illius occidit, & quid de alijs.*

4 *Qui potest vindictam propria authoritate sumere, non potest alteri eã committere.*

5 *Occidere volentem, grauius delictũ est, quam reluctantem.*

6 *Propinqui occidentes suspẽdendum, vt subtrahant infamia, puniendi sunt pœna ordinaria.*

7 *Consanguinei vltro occisi,possunt accusare occisorem,non obstante consensu illius.*

8 *Pactum, quod si quis illud, vel illud in futurum fecerit, possit vulnerari, non valet.*

9 *Pactum quod offensus possit facere cõpetentem vindictam, non valet.*

10 *Neque iuramento confirmatur.*

11 *Expenditur iuditium Solimani.*

12 *Vulneratus ipse accusare potest vulnerantẽ,nõ obstãte prædicto pacto.*

13 *Vulnerans non excusatur licet vulneratus consenserit vulnerari.*

14 *Nisi medicinæ causa vulnerauit.*

15 *Dum tamẽ verè fuerit opus sectione.*

16 *Vel si vulneratus coegisset aliquem se vulnerare.*

17 *An ipse,consentiens vulnerari,possit accusare vulnerantem.*

18 *Percutiens leuiter consentientem non punitur.*

19 *Neque ex officio.*

20 *Respublica quatenus æquiparetur patri.*

21 *Rex potest punire iniuriantem officialem Regium volentem.*

22 *Clericum vltroneum percutiens incurrit excommunicationem.*

23 *Qui olim cõsensit in futurum, si quid tale fecerit, alapis cedi potest talia facientem postea accusare,quia non tenuit pactum.*

24 *Cadauer suum potest quis legare pro anatome facienda.*

25 *Consensus, siuè remissio partis post vulnus illatum, quid operetur, remissiuè.*

CAPVT XII.

Neminem consentire posse vt occidatur, vel vulneretur.

Eadem ratione qua definitur, neminem posse se occidere,vel vulnerare, definiendum est, an possit consentire,quod percutiatur, aut occidatur ab alio : & inde contemplãdum,an ille qui vltroneum,& volentem percussit, vel occidit, pœna ordinaria plectendus sit.Quę quæstio quia in plura veluti mẽbra deducit, ali-

aliquot consideratis casibus explicanda est.

1 Primus casus est, cum quis volentem occidit, & quæritur, an pœna ordinaria sit plectendus: & in hoc casu prompta affirmatio est. Ita à fortiori sentiunt Bartol. & sequaces referendi inferius in casu 5. dum volunt percutientem eum, qui consensit, esse puniendum pęna ordinaria: nā grauius est occidere, quā percutere. Et in his terminis de occidente loquuntur Hippol. in l. 1. ff. ad leg. Cor. de sicar. n. 2. & in Rub. ff. de fideiussor. nu. 241. Carer. in Pract. titu. de homicidio. q. 1. nu. 1. Petr. Plaza in Epit. delict. c. 23. n. 21. Iacobus Boulene in Repet. tex. in l. capitalium. §. famosos. nu. 84. ff. de pęnis. Ludouic. Molina de iust. & iu. trac. 3. disp. 11. vbi ait, hos non solum peccare contra charitatem, verum etiam cōtra iustitiam. Petr. de Aragon. in 2. 2. q. 64. art. 5. in solut. ad 2. argumentum.

Rationem esse ait Plaza, quia cum nemo sit dominus vitæ suę. Iuxta illud Sapient. ca. 16. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem.* Cumq; nemo possit se ipsum occidere. c. si nō licet 23. q. 5. nō poterit potestatem mortis suæ alij facere. Etenim regula iuris est, vt qui non potest aliquid per se facere, non possit facienti cōsentire. l. filium habeo, ff. ad Macedonia. l. qui aliena. §. quamquam, ff. de nego. gest. cum si. Vnde cū nemo possit se occidere, nullius effectus erit cōsensus præstitus se occidenti, ac proinde nullam ei pariet excusationem.

Secundum hanc sn̄iam iudicauit Dauid 2. Reg. c. 1. vbi Amalecites ille iuuenis, qui se occidisse Saulem mentitus est, apertè narrabat, non solum consentientem, sed rogantem, ac non valentem euadere, beneficij loco occidisse. Et tamen *vocans Dauid vnum de pueris suis, ait, accedens irrue in eum, qui percussit illū, & mortuus est. Et ait ad eū Dauid: sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum loquutū est aduersum te, dicēs, ego interfeci Christū Domini.* Quem textū ad hanc rem perpēdit S. Tho. 3. par. q. 47. arti. 6. ad 3. Simile est, quod scribit Gregor. Turon. lib. 5. Gailenum quendam abscissis manibus, auribus, naribus, pedibusq; occisum fuisse, eò quòd Merouetum filiū Chilperici Regis Francorum occidisset, quāuis imperantem, & suadentem, ne in patris potestatem perueniret. Possetq; eadem ratione defendi iudiciū Domitiani, q Epaphroditum à libellis Neroni capitali pœna dānauit, q post destitutionem Nero in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur. Vt est apud Suetonium in Domitiano. c. 14. Neque regula iuris, quod volenti non fiat iniuria: hic pōt negotiū facere, siquidē non agimus de vindicta priuata illius, qui occisus est sed de vindicta publica. Facit

etiam textus in l. qui cœtu. §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publica. Tametsi eiusmodi factum laudet Valer. Maxim. lib. 6. c. 8. vbi de C. Marij seruo, qui dominum iubētem interemit, ait: *Cuius dextera tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus dominorum protecta est.*

1 Cæterum prædictæ resolutioni aduersari videtur argumentū ipsum Doctorum, qui argumentantur ex persona se occidentis ad eum qui occidit volētem. Ex quo sequitur, neminem posse volentem occidere: non tamen sequitur, si volentem occidat, puniendum esse. Quinimò contrarium eo argumento videtur inferri, siquidē, tametsi nemo possit seipsum occidere, si tamen se occidat, in foro exteriori nō punitur: vt dictum est c. 5. & dicetur c. 23. ergo eodem modo non esset puniendus, qui volētem oc-
2 cidit. Adduciq; in eam rem potest non leue argumētum, quod maritus, cui re vera, non licet vxorem adulterā occidere, peccat enim si occidit. Iuxta glos. receptam in c. inter hæc 33. quæst. 2. & quæ plenè adducunt Couarruias 2. par. desponsalibus capi. 7. §. 7. num. 8. Anton. de Burgos in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 155. de constit. si tamen eam occidat, non punitur, propter illum magnum, ac iustum dolorē. l. 1. ff. de adulter. l. 13. tit. 17. par. 7. si committit filio, quod occidat vxorem in adulterio deprehensam, illeque occidat, pariter non punitur. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulter. ibi. *Idemq; filijs eius, qui patri paruerunt, præstā-*
3 *dum.* Ex quo tex. notant ibidem communiter Docto. & alij plures, quos citant Tiraquel. in præfatione ad l. si vnquam. C. de reuoc. donat. num. 16. Anton. Gomez. in l. 20. Tauri. num. 61. Ergo qui aliquid facere non potest, sed si faciat, non punitur, si alij cōmittat, quod faciat, neq; iste punietur. Ac proinde dicēdum videretur, quemadmodum non punitur occidens seipsum, non esse puniendum illum, cui commisit occisus, quod se occideret.

4 Sed non est recedendum à cōmuni, & verissima sententia, comprobata iudicio Dauid viri sanctissimi. Et pro responsione ad ea, quæ obiecta sunt, occurrunt multa, propter quæ, tametsi se occidenti nulla pœna in exteriori foro imponatur, volentem occidens nihilominus puniendus sit. Primò quod mortuus non sentit, ideo non punitur, quia non sequitur pænam finis propter quem solet imponi, auertendi à delictis animū. Nam qui amore vitæ, & inferni timore à sui nece non deterretur, proculdubio flocci pendet quamlibet pœnam, quæ post mortem suam ei possit imponi. Qui volentem occidit, superest vt puniatur. Neque in eo alia regula procedit, quod omne crimen

men morte finiatur. Vt videtur consideraſſe ad hanc rẽ Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus. nu. 54. ff. ad Syllan. Deinde, quod qui ſe occidit, inſanus, & à mente omninò abalienatus credi poteſt; qui alium etiam volentem occidit, non item. Tertiò, quod ſe occidens temeritatis ſuæ ſatis luiſſe pœnas videtur, plectitur enim delictum iſtud, dum fit, ipſumque eſt ſui ipſius pœna, volentem occidens nulla pœna affectus, niſi puniatur, nocens & impunitus abibit. Poſtremò, qđ de innata viuendi cupiditate credi poteſt, pro ſe quemquam conſilium capturum, quod ſi ſecus aliquando eueniat, potius miſeratione, quam pœna is dignus videtur. Quidquid enim apud hominẽ pro vita dici poteſt, (vti ait Quintilianus) dubium non eſt, quin prius ipſa ſibi vita dixerit, hoc autem ceſſat in occidente alium etiã volentem. Ideo oportet grauius ſtatuere in eum, qui à patrando delicto non reuocatur affectu. Similis eſt conſideratio Papiniani in l. neq; in ea. 22. §. occidere, ff. ad leg. Iul. de adult.

Neque quod adductum eſt, de iubente filium adulterã vxorem occidere, quidquam vrget. Quia aut verum non eſt, vti volunt Fortunius Gracia in l. veluti, ff. de iuſti. & iur. Couaru. d. 2. par. de ſponſ. cap. 7. §. 7. nume. 5. & tex. in d. l. Gracchuſ. intelligẽ-

4 dus eſt de de filio opem ferente patri. Nam vt ait Paul. in l. refectionis. ff. communia præd. per tex. ibi, qui poteſt aliquem occidere, poteſt ſocios & amicos ad id facinus aſſumere. Aut ſpeciale eſt in filio, vt vult communis Doctorum ſentẽtia. Et extra eũ caſum, nemo qui poteſt vindictã propria authoritate ſumere, poteſt eam alteri committere. l. ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatu liber. ibi *perſona duntaxat eius*: gl. recepta in l. cum fundũ, ff. de vi & vi arm. quam omnes ſequuntur, vt per ſupra citatos, & Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glo. 1. nu. 65. Vnde ſine dubio occidens conſentientẽ, pęna ordinaria afficiẽdus erit.

5 Quinimò ſi attentiùs penſites grauius delictũ, eſt occidere volentem, quã nolentẽ & repugnãtem, ideo acrius dẽt puniri. Aut .n. inimicũ, vel ſibi aliqua de cauſa meritũ volentẽ quis occidit; et planè immane, ac barbarũ fuit ſupplicẽ inimicũ occidere. Neq; tũc credi dẽt, conſenſiſſe illũ occidi, ſed magis voluiſſe eã ſupplici deditione animũ inimici placare. Bis ergo peccat iſte volẽtẽ occidẽs, & ꝙ occidit et ꝙ tã duris eſt ꝑcordijs, vt nõ moueatur tã notabili inimici ſubiectione. Aut non inimicũ, aut aliàs quicq̃ meritũ volẽtem quis occidit, & ferinum fuit, inſanæ voluntati acquieſcere, arguitque atrox, & ſanguinolentum hominis ingeniũ, de quo maximè timendũ ſit, multis exitio futurum, quà nulla

nulla ira, nullo odio, nullauè alia perturbatione excęcatus hominis vitam perdat, quem magis inuitum seruare debuerat cap. qui emendat. 45. distin. Ea fuit mens Areopagitarum, qui damnarunt puerum coturnicum oculos eruentem, quia signum esset pernitiosissimæ mentis, multisque malo futuræ, si adoleuisset Vti est apud Fabium Quintilianum lib. 5. oratoriarum instit. c. 9. Et tametsi Hippoly. in l. 4. §. fi. nu. 18. ff. ad leg. Cornel. de sicar. minus delictum credat castrare volentem, quàm nolentem, occidere volentem maius crimē est.

6 Ex hoc casu infertur, illos cōsanguineos, qui venenum subministrant consanguineis ad mortem condemnatis, nè furca ignominiosè suspendantur, vt parricidas esse puniēdos. Cuiusmodi fuit frater illius aromatarij Veneti, qui amitam occiderat, qui cum impetrasset eum alloqui, & deosculari posse, antequam suspenderetur, ore indidit in os nucem auellanam plenam veneno, quam ille deglutijt, & sic perijt. Cuius crudele, & impium facinus valdè miratus sum, siquidem vt euitaret breuem pudorem in æternos iuferni cruciatus animā fratris moribūdi demersit. Hunc sanè magis ad gētilitatem, quàm ad Christianismum accedenrem morte turpissima dignas adhuc non luere pęnas, videor merito censere: cum Bal. nu. 5. in l. libertas. ff. de statu homin. Felyn. in final. verb. Anania nume. 6. in cap. cum iuramento de homicid. Mar sil. Singul. 150. Menoch. casu 285. num. 5. Decian. lib. 9. tract. criminal. c. 2. nu. 33. & cap. 4. num. 14 Plaza de delictis. cap. 36. nu. 20. Bologneto in l. imperium. num. 37. ff. de iurisd. omn. iudic. Quocircà indignam homine Christiano cautelam Sapię in ead. l. imperium. n. 7. nemo negauit, qui pro consanguineis nolentibus consanguineum suspendi, cautelam esse ait, vt curent in carcere veneno occidi, quia, inquit, mortuus nō poterit suspendi. In quo etiā decipitur, prout tradimus infrà capitulo 23.

7 Secundus casus, est eisdem terminis retentis, cum quæritur, an propinqui hæredesuè occisi accusare possint hunc homicidam volētis: & Doctores dum volunt illum puniendum esse pœna ordinaria, dumque adducūt, neminem esse membrorum suorum dominum, apertè sentiūt posse. Et quidem quoad eos, qui suo nomine agere possunt iniuriarum, nullum dubium est, cum propriam eorum iniuriam prosequantur. l. 1. §. vsqueadeò. l. si quis seruum. ff. de iniurijs. quoad cæteros, licet maior videatur dubitatio, idem credimus.

8 Tertius casus est, cum quis cōsensit, vt in futurum si quid tale fecerit, vulneretur, ita vt siuè os, siuè cutis frangatur, & posteà ab eo, cui consensit, vulneratus est, hoc casu istum cōsensum, & hanc pactio-

pactionem non valere, & percussorem non esse excusatū, sed puniendum pœna ordinaria: scribit Bart. in l. 1. §. vsque adeo. nu. 3. ff. de iniurijs. inferens, non valere illam pactionē, quod si me inueneris in vinea tua, possis me vulnerare. Idem tradunt Bald. in l. vt vim. nu. 33. ff. de iustitia, & iure. Guiliel. de Cuneo. Bal. nu. 1. Angel. nu. 2. Alberic. Fulgos. & alij in l. si vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pactis. & ibi Pau. Cast. qui legit cum §. illud nulla. nu6. Iason in l. cum donationis. num. 3. C. de transact. Ang. Are. in tract. maleficio. in par. contra voluntatem dicti Titij. nu. 1. ad fi. & ibidem. Augúst. Arimin. in additio. paulo post medium. Dec. nu. 7. in l. nemo fraudare 187. ff. de regulis iur. Ripa in l. obligatione. nu. 22. ff. de pign. Villalpãdo in l. 22. tit. 1. p. 7. §. 55. num. 3. Tibe. Decia. li. 9. tra. cri. c. 1. n. 30.

Horum primum fundamentū est, quod nemo potest se ipsum vulnerare, ac proinde nec consentire, quod vulneretur ab alio. ex regula l. filiū habeo. ff. ad Maçedon. Et quemadmodum ipse puniretur, si se vulneraret, puniēdus est ille, cui permisit, quia in iniurijs, quæ habent lædere corpus, non est in potestate partis facere, ne sit crimen. Barto. nu. 17. in l. transigere. C. de transactionibus.

Alterum, quod eiusmodi pactum sapiat concessionem iurisdictionis, quæ neque à priuato concedi potest. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudic. neque per priuatum potest exerceri. l. non est singulis 137. ff. de reg. iur.

Tertium, quod dolus futurus remitti non potest, neque valet turpe pactū, quod ad delinquendum inuitat. l. iuris gentium. §. si paciscar. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pactis. l. conuenire. ff. de pactis dotalib. cap. quemadmodū. de iureiur. egregius tex. in l. si à reo 71. §. id quod vulgo. ff. de fideiussoribus.

9 Huic casui affine est, quod notat Bald. per hoc tertium suprà proximum fundamētum, & per Glossa ibi. in l. is penes. Cod. depositio. non valere pactum, quod offensus possit facere cõpetentem vindictam. Vnde cernis, etiam si quis delinquat, & iniustè agat, tamen non posse in supplicium eius delicti, validari eiusmodi ex suo consensu potestatem priuato datam, secus esset, si iudici, vt infrà dicimus cap. 14. nu. vlt. Inde Tiberi. Decia. lib. 9. tract. criminal. c. 1. n. 32. testatur, se vidisse maritū vxoricidā in exiliū missum, tametsi vxorem in adulterio deprehendisset, produceretq; chyrographum, manu, & sanguine mulieris aliàs sibi factum, dum illam in adulterio deprehēderet, quo ei licentiam dabat se occidendi si iterum in idem crimen incurrerat. Verum non sat percipio, qua ratione is punitus sit, cum marito sit impunè occidere vxo

rem

rem in adulterio deprensam.

10 Sed in re nostra addo, eiusmodi pactum neque iuramento confirmari, vt vult cordatè Baldus. in Authentic. sacramenta puberum. nume. 1. C. si aduers. venditio. cuius verba referre præstat, ait enim. *Item fallit, quando iurat de non habenda querela maleficij, puta offensus, dum vellet se vendicare, composuit cum aduersario suo, quod si contingeret, se competenter vendicare, quod ille non accusaret eũ, et ita fuit iuratũ, certè istud iuramẽtũ nõ valet, quia est cõtra publicam utilitatem, nam vigor publicæ disciplinæ vult maleficia puniri. sup. de Iudæis. l. nullus. et ff. de publicanis l. licitatio. §. qd illicitè. et ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. Et ita si duæ ciuitates habuerunt inter se guerrã, & dum faciunt pacem, apponunt pactum, quod liceat alteri se vendicare, uel rumpere fœdera pacis, istud pactum non valet.* Hactenus Bald. Quem sequũtur Imola in cap. cum cõtingat. in 1. memb. de iureiur. Angel. in tract. malefic. in parte contra voluntatem dicti Titij. num. 3. Ripa n. 22. in l. obligatione. ff. de pignor. Villalpando in l. 22. titu. 1. part. 7. §. 55. nu. 3. Alexan. in additio. ad Bar. in l. 1. §. vsq; adeo. ff. de iniurijs.

11 Apparet ex prędictis, non valuisse pactum illud, in quo tamẽ dijudicando Turca Solimanus astu elusit improbum creditorẽ quem sine fuco debebat repellere. Referunt Petrus Herodius lib. 2. decretorum. titu. de rebus creditis. cap. 3. & Martinus Delrius in Præambulis. lib. 4. disquisition. magic. Licet aliqualiter diuersè ipse referam verbis Herodij, qui sic ait. *Turca pecuniam dederat Christiano sub vsuris, & prętereà sub hac lege, vt ad diem pecunia non soluta, christianus vntiam carnis, qua parte corporis sui creditor eam auferre vellet, pateretur eximi, dum sine periculo vitæ debitoris accideret. Pecunia ad diem non soluta ex pacto vntia petebatur, non minus valere hanc pactionem, quam cũ pro pecunia corpus suum debitor obligat Sed & eam veteri legi Romanorum conuenire, quæ inter plures creditores sectionem, & partitionem corporis debitoris iudicatum non soluentis admittebat. Debitor contra, pactionẽ illam esse illicitam, & contra bonos mores, liberum hominem non esse tamen dominum membrorum suorum, quod si lex antiqua de nexis iniquissima esse visa est, quid hæc partitio, aut hęc potius carnificina. Itaque ne ipsis quidem auctoribus placuisse, nã disectum, & partitum neminem apud Romanos nec legi, nec audiri. Causa ad Turcarum Principẽ delata, Princeps vbi animaduertit creditorem adeo morosum, vt à conditione, & lege nollet penitus dimoueri: ita absoluit negotium. Iussit nouaculam afferri, & creditorem sua manu, ipsum enim non alium conuenisse, & vnica sectione, quia pacto vnicum factũ continetur, vntiam capere, hac lege, vt siue plus, siue minus secuisset, ei capitale esset: si plus, quia sciens prudẽsq; alteri vulnus, & iniuriam attulisset: si mi-*

est minus, quia & præter legem con-ditionis attulisset, creditor anceps difficultate executionis recessit à con uentione. Itaque debitor liberatus est ea parte. Hactenus ille. Lex tamen duodecim tabularum, quæ secari debitorem permittebat, addidit. *Si plus minusuè secuerint, sine fraude esto*. Refert post alios Menoch. de arbitr. casu 183. num. 5.

Quartus casus est eisdem terminis retentis, cum quæritur, an ipse vulneratus, qui pactionem iniuit, licentiamque concessit, possit percussorem suum accusare. Et videtur, quod non, quia iniuria nulla fit volenti, & consentienti l. 1. §. vsqueadeò, ff. de iniurijs. & ita sentit Angel. in l. si vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pactis. Augusti. Arimi. in addit. ad alterum Ang. in tract. maleficiorum. in parte contra voluntatem dicti Titij. Quodque sufficiat, olim voluisse, licet tūc cum cæditur, nolit, videtur posse probari ex l. in diem 9. ff. de aqua plu. arcend. in illis verbis. *Ideò autem voluntas exigitur, ne dominus ignorans iniuriam accipiat, nullam enim videri potest iniuriam accepisse, qui semel voluit*.

12 Contrarium, imò eundem ipsum accusare posse, sentiunt omnes in dict. §. pacta quæ turpem, Bartol. in dicto §. vsqueadeò. numero 4. Bald. in dicta Authent. sacramenta puberum. Decius numero secundo in l. nec ex prætorio 27. ff. de reg. iur. & omnes citati in præced. casu. Qui videntur ex eo moueri, quod illa regula iniuria non fit volenti, tunc videtur procedere, cum vult de præsenti, eo tempore quo fit iniuria, secus si olim permisit, & de præsenti repugnat, quia ille antiquus consensus nullus fuit, ideò nullum effectum produxit, & perinde haberi debet, ac si nunquam consensisset. Ita dolus præsens remitti potest, & remitti videtur à sciente, neque postea conqueri potest. l. cum donationis. C. de transactio. dolus futurus remitti nō potest, & qui remisit, agere non impeditur. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pactis. Sed cum huic rationi obstet tex. in d. l. in diem. ff. de aqu. pluui. arcend. securius est dicere, consentire neminem posse, vt vulneretur: ac proinde nihil operari consensum, siuè olim, siuè nunc præstitum, iuxta ea, quæ in quinto & sexto casu dicemus. Eandem sentētiam noua ratione confirmo, quod nunquam ille qui olim permisit, si illud vel illud egerit, vulnerari, credendus est consensisse percuti, neq; putasse id esse vnquam effectu complendū, sed magis sperasse æquū & misericordem sibi futurum aduersarium, argum. tex. in cap. Quintauallis. de iureiuran. l. si libertus, ff. de operis liberto. l. 23. tit. 24. part. 3. cum his, quæ latius adducimus cap. seq. Est ergo secundum hos aduersus Ang. tenēdum, tā quoad accusationē crimi-

minalem, quam quoad interesse ciuile.

13 Quintus casus est, cum quis consentit, se nunc & de presenti vulnerari, & quaeritur, an consensus teneat, & percutiens excusetur, an adhuc pena ordinaria plectendus sit. Mouet dubitationẽ, quod posteriora duo illa fundamenta casus tertij in hoc casu videntur cessare. Nihilominus cõmunis sententia est, istum non esse excusatum, sed poena ordinaria esse plectendum. Ita Bart. nu.2. Angel. de Perus. Alberi. & alij in l.1.§. vsqueadeò. ff. de iniurijs Bart. nu.7. in l. cum seruus, ff. de condict. caus. dat. Abbas nu. 2. Felyn. colum. 1. in cap. contingit. el 1. de sent. excom. Felyn. in c. solitae. num. 2. ad fin. de maior. & obed. Ang. Aretin. & August. Arimin. loco suprà citato. Ang. Perus. in l. si vnus. §. pacta quę turpem. ff. de pact. Hippolyt. in Rubr. ff. de fideiussor. nume. 241. & in l.1. nume. 2. ff. ad leg. Corn. de sicar. Ioson in §. actiones autem. num. 68. Instit. de actionib. Decius num. 8. Cagnol. num. 15. in l. nemo fraudare, ff. de regul. iuris. Petrus Plaza in epitome delictorum. cap. 23. nu. 1. Carer. in Praxi tit. de homicid. quaest. 1. num. 1. Francis. Marc. decis. 879. nume. 3. par. 2. Andraeas Gail. de pace publica. lib. 2. cap. 2. nu. 17. Tiber. Decian. lib. 9. tract. crimi. capit. 1. nume. 29. S. Thomas in 2. 2. quaestio. 65. articu. 1. in corpore.

Mouentur isti ex priori illo fundamento casus tertij, quod se ipsum vulnerare nemo possit, ideò neque alij consentire, vt se vulneret. l. filium, ff. ad Macedonian. Addo pro eis casum, quem ipsi non adducunt, in l. 4. §. idem Diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi ex rescripto Diui Hadriani Vlpian. retulit haec verba. *Nemo enim liberum seruumuè inuitum sinẽ temuè castrare debet, nec quis se spõte castrandum prabere debet. At si quis aduersus edictum meum fecerit, medico qui exciderit, capitale erit, item ei, qui se spontè excidendũ prębuerit.* Quem tex. ibidem ad hãc rem perpendit Hippoly. Mars. num. 8.

14 Recipit hęc conclusio limitationem, ne procedat in eo, qui medicinae causa vulnerauit, siuè execuit volentem. Angel. Perusin. in l. 1. §. vsqueadeò, ff. de iniu. Augustin. Ariminen. in additio. ad alterum Angelum in tractatu maleficio. in parte contra voluntatem dicti Titij. propè finem. Francisc. Marc. dicta decisione 879. nu. 3. S. Thomas vbi supra, pro quib. est textus in c. si quis à medicis. & in cap. si quis pro aegritudine. 55. distinct. & adducta in cap. praecedenti, quodque communiter notant Bartol. & Docto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. chyrurgum qui secta vena sanguinem fudit, non teneri poena statuta aduersus fundẽtem sanguinem in palatio. Quade re, & Alciat. lib. 1. de verbor.

signi-

significatio. numero 14. & alij alibi.

15 Hęc etiam limitatio intelligēda est, si verè medica manu fuerit opus, nō si ita simulatū fuit, ac color quæsitus: ideò si chyrurgus ēt volentis venam scidit qui scissione non indigebat, sed eo commento voluit vulnerare, puniēdus erit. Angel.nu.1. Alex. nu.7.in l.quamuis, ff.de in ius vo can.facit in argumentum tex. in l.cum hi. §. si cum is quidem, ff. de transac. ibi. *Fingi enim lites poterunt*. & reliqua.

16 Euenit, cum essemus Matriti, ex facto casus, in quo ipsa æquitas (iudicio nostro) poscit prædictam resolutionem limitari. Adolescens nobilis dum Lusitano cuidam pauperi illudit, cœpit interrogare, an Lusitani fortes sint, & ad bellandū strenui, ille ait, negat nobilis, seque velle quinquaginta occidere, per iocū iactat, refellit Lusitanus, & ille accipe gladiū, & mecū contēde, recusat, sed tandem cogitur, etenim nobilis eiectis famulis clauso hostio colapha Lusitano impingit, vt indignetur, adiūgit minas, gladium præbet, & altero tētat percutere, dicens, percute tu me, si potes, ego enim remitto: coactus ille ensem accipit, & vix brachio distenso oculum eruit abdito vsque ad cerebrum ense, nobilis cadit exanimis, ipse à fenestra desilit, sed capitur, & in carcerem ducitur. Ecce qui volentem percussit omninò inculpabiliter, qui magis videri potest se defendisse, qui dū vulnerauit, iniuriam passus est; nequiuit fugere, inclusus fuit, & coactus, etiam metu mortis. Qđ enim non occidit, voluntatis suæ fuit, quod vulnerauit, casus successit, culpa vulnerati, ensem regebat, vt depelleret insultantem, ille in ensem incurrit, erat ei fatale, vt oculi perditione lueret. Quis hunc non absoluat? quis potius vulneratum iniuriarum non condemnet? non aliter certè, qui ob tutelam corporis sui alium occidunt, excusantur. Ideoq; si quispiam à Circumcellionibus circumuentus, & adactus metu mortis aliquem ex illis hæreticis occidisset, liberandus erat. Iuxta ea, quæ tradunt Bal.in cap.1.§.iniuria. nume.19. de pace iuramento firman. Rimi nal.Iun.consil.685.num.50.Bertazolus consilio 209. nume. 13. & alij alibi.

17 Sextus casus est, cum retentis terminis præcedentis casus quæritur, verùm ille ipse, qui se vulnerari passus est, possit vulnerantem accusare. Et Bartolus, Angel. Felyn. & alij in præcedenti casu citati apertè sentiunt posse, cum non tenuisse consensum constet, & contra factum suum inualidum cuiquam ire liceat. l. quemadmodum, C. de agricol. & censit.lib.10.l.iubemus. §. sanè. C. de sacros. Eccles.

Angelus autem in l.si vnus. §. pacta quæ turpem, ff. de pactis. Au-

Augustin. Ariminen. vbi suprà. Decius num.3.in l. nemo fraudate, ff. de regulis iuris. sentiunt, non posse hunc iniuriarum agere, quia volenti non fit iniuria.l. 1.§.vsqueadeò,ff.de iniurijs.Idẽ vult Frãciscus Brunus in tractatu de indicijs, & tortura.2. par. quæst.7.num.9.dum ait, quod si iudex torturæ subijceret cõsentientem & volentem sine inditijs, non excusaretur à pœna in syndicatu, sed excusaretur ab actione iniuriarum, & ab ipsius interesse.Sequitur Hippolyt. de Marsilijs in l. quæstionis habendæ. numero 7.ff. de quæstion. & in Practica.§.expedita.num. 57.

Et quidem videtur ne possit iniuriarum agere,hic enim iniuriam non accepit,quinimò deliquit,neque complicem,& sociũ delicti accusare licet,l. si filium. 37. C. de liberal. caus. l. fina.C. de accusation. nisi vbi præcessit dolosa persuasio. l. vnica. C. de raptu virgin. Expendique possunt verba text. in dicta l.si filium,ibi. *Vtrisque socijs criminis accusator deest*. Contra quoque videtur posse, quid enim si se ira, dolore, vel desperatione percitum, extra mentem tunc fuisse dicat? ac proinde non debuisse percussorem non sanè voluntati acquiescere,quid si nõ ex animo consensisse alleget, sed sperasse nihilominus se non percutiendum?vt euenire posset in eo qui fœminæ, quam deperibat, permitteret se percutere. Oportet sanè hic iudicem facti circũstantias diligentissimè pẽsitare, ita vt propensior sit ad admittẽdam accusationem, vt est de mẽte communis sententiæ.

81 Septimus casus est, cum quis nunc, & de præsenti consentit se colaphis,& alapis cædi, capillos,aut barbam sibi velli,vel aliquid aliud leue vltro patitur, & quæritur,an is possit cædentem iniuriarum accusare. Et hoc casu Bartol. & Alberic. in d. l.1.§. vsque adeò, ff. de iniur. Abbas, Felyn. Hippoly.ac cæteri, quos suprà in quintò casu retulimus, negant posse. Idem affirmat Iacobus Boulene in Repet. tex.in l. capitalium.§. famosos. nu.87. ff.de pœnis. Gandin.in tract.de malefic.tit.de pœnis reorum.nu. 18. quia volenti non fit iniuria, & cum eiusmodi leues percussiones ipse possit sibi inferre, iuxta dicta c. præce. potuit alijs permittere.Pro hac sententia videtur tex.in c.contingit. de sententia excomm. quatenus illam consuetudinem se supponendi aliquot percussionibus fustium inter laicos nõ damnat, ac proinde videtur sentire posse quẽquã se supponere eiusmodi percussionibus.Quod etiam vel ex eo suadetur, quod hæc magis ad honorem videntur spectare, cuius vnusquisque dominus est, vt probamus lib.seq.c.12. quam ad vitã, cuius non est dominus.

Decius autem in l. nemo fraudare.num.8.ff.de reg.iur. ait rationem

tionem illam, quod nemo sit dominus membrorum suorum, etiã habere locum in alapa, quia corpori infertur iniuria, licet cutis non inscindatur. Cui tamen facilè respõdet communis, se vulnerare, aut occidere prohibitum esse, alapam sibi impingere non esse prohibitum. Similiter Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 11. licet fateatur posse quemquam eiusmodi leues percussiones sibi inferre, negat posse alijs permittere, & dicit esse de mente omniũ, cum sit cõtra mentem omnium.

Rem hanc aliter explicat Couar. in regula peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 2. §. 2. nume. 5. dum ait talia consentientẽ malè agere, nulla tamẽ exteriori lege puniri. Sequuntur Alcocer in trac. de ludo. cap. 50. concl. 6. Vincen. Caroz. in tracta. locati, & conducti. tit. de mercede remnneratoria. num. 163. & ad l. ne cui. C. locati. quæst. 9. num. vlti. Vnde videtur resoluendum, & eum, qui volẽti eiusmodi percussiones infligit, malè agere, nulla tamẽ exteriori lege puniri, ac proinde nec licere consentienti illum accusare. Neque oberit l. 8. titu. 1. lib. 1. Recopil. cum simil. quia, vt diximus cap. præced. loquuntur in casu speciali luctus mortuorũ.

19 Octauus casus est, cum quæritur, an iste volentem leuiter cædẽs, in terminis casus supra proximi possit ex officio puniri. Et hoc casu omnes in præcedentibus citati sentiunt non posse, ac clarius exprimunt Barto. num. 2. in d. §. vsqueadeò. Decius num. 11. Cagnol. nu. 7. in l. nemo fraudare. ff. de reg. iur. quia per consensum tollitur crimen, & fit nõ delictum. Vnde ex non delicto nullum ius potest esse adquisitũ Reipublicæ.

Contrariũ tenet expressè Gãdinus in tract. de malefi. titu. de pœnis reorum. nu. 18. vbi ait, ꝙ pro pœna applicanda communi pro sua iniuria debet, & potest puniri.

Mouetur primò, quia si quis offendat volentem, punitur. l. in lege. §. fi. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. vnica. C. de raptu virgin. l. si qs. C. de fur. & seru. corrup. l. qui cœtum. §. fi. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Sed facilè respondetur, ea iura loqui in tali offensione, quam sibi inferre potest, nos sumus in leui offensione, quam sibi quisque potest inferre.

Secundò, quia pęna, quæ debetur publico, non debet posse tolli priuatorum cõsensu, pactis vel dissimulatione. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. Sed respondetur, quod hoc non procedit, quando per consensum efficitur, quod non sit delictum, vt in casu nostro.

20 Tertiò facit, quod Respublica æquiparatur patri. Bal. cons. 283. visa inquisitione contra communem. lib. 1. col. 3. Pau. Castr. cons. 21. nume. 8. lib. 3. Menoch. consil. 28. nume. 32. Et in proprijs his terminis à patre ad Rempu-

 blicam

blicam argumentatur Barto. nu. 2.in l. inter omnes.§. rectè.ff. de furtis. ſed ſi filius volens cædatur, patri actio iniuriarum competit. d.l. 1. §. vſqueadeò.& l. ſi quis ſeruum. ff. de iniurijs. ergo competit Reipublicæ aduerſus eum, qui volentem cædit. Reſpōderi tamen poteſt, ius Reipublicæ non eſſe tantum, ac tale, vt ius patris. Quemadmodum ſenſit Aymon.cōſ.45.ſub nu.1. Etenim patri ipſi verè fit iniuria, cū fit iniuria filio, Reipublicæ nō fit.

21 Vnde ſi ex iniuria alicui volenti facta, alteri reſultaret iniuria, poſſet is iniuriarum agere, non obſtante conſenſu iniuriati. Ideò ſi iniuria facta eſt officiali Regis volenti, poteſt nihilominus Rex punire iniuriantem. Vti aduerſus Guiliel.ibi tenent Ray nu. Paul.de Caſt. nu.8. Alex.nu. 14. in l.quamuis, ff. de in ius vocand. Carer.in Praxi.titu.de homicid.quæſt.1.num.2. Petrus Plaza in Epi.delictor. cap.23. num. 26.Decian.lib.8.tract. crim.cap. 7.nu.21.Petrus Barboſa in l.alia. §.eleganter.nu.16.ff.ſolu. matri. per tex.in d. §. vſqueadeò. & in d.l.ſi quis ſeruum.

22 Ita etiam clericum vltroneū percutiens, pœnam incurrit excommunicationis, quia iniuriā irrogat Eccleſiæ, quam clericus remittere non poteſt. cap. cum deſideres.cap.contingit.de ſenten.excomm.cap.ſi diligenti. de foro compet. cap. ſi is qui.24.q. 4. cap. Salonitanæ. 63. diſtinct. rationem hanc reddit text. in d. c. contingit. Vbi Innoc.III. Brachar. Epiſcopo circa clericos, qui corpora ſua exponebant aliquot percuſſionibus fuſtium, ita reſpondet. *Nos autem fraternitati tuæ ſuper hoc reſpondemus, quod huiuſmodi manus iniectio, etſi non violenta, tamen iniurioſa videtur: cum ille canon non tàm in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus.* Notāt Abbas nu.4. Fely. nu. 1. Anchar. nu.6.ibid. & alij, vt per Plazam, vbi ſupra nume. 25. Carer. loco citato.nu.3. Decian.lib.9. tracta. criminal.cap.3.num.4. in fine.

23 Nonus caſus eſt, cum quis cōſentit, vt in futurum, ſi quid tale fecerit, flagris, alapauè cædatur, & poſtea cæditur tūc repugnās, & inuitus: & quæritur, an cædenti ſuffragetur præcedens conſenſus. Eſt autem ratio dubitandi, quæ fuit decidendi in præcedenti caſu, quod iſte, cum poſsit ea ſibi infligere, potuit ita conſentire. Bart.tamen in l.1.§. vſqueadeò.num.5.ff.de iniur.negat cædenti ſuffragari huiuſmodi conſenſum. Sequitur Iacobus Boulène in Repetit.d.§.famoſos.num. 87. Et ita eſt de mente omnium citatorum in hoc capite, quia pactum illud contra bonos mores non valuit ab initio, ideò nullus effectus ex eo reſultare potuit, atque debet haberi, ac ſi nō fuiſſet.l. non dubium.C. de legibus. Proinde iam erit verum inuitum cædi, ſentiuntq; omnes, & ex officio,

ficio, & ad instantiam patris istũ posse puniri.

24 Quæ hucusq; diximus, neminem consentire posse, vt vulneretur, intelligenda sunt, quando viuus esset vulnerandus, secus si cõsentiret, vt post mortem. Ideò posset quis disponere, quod post mortẽ suam detur medicis eius cadauer ad faciendam anatomiam: posset etiam disponere, quod ex eius visceribus extrahatur cor, & portetur in aliquem locum. Cagnol. nume. 74. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iud. quod est intelligẽdum ex iustis, & honestis causis. Neque enim valeret consensus, quod libidini inimicorum exponeretur cadauer, quia etiam mortuo fit iniuria: vt notant omnes in l. 2. C. qui testam. fac. poss. neque vana voluntas illius, qui amicæ legaret cor, esset exequenda.

25 Quod si quis quęrat, quid operetur cõsensus, siuè remissio aut transactio, à vulnerato vel hæredibus post vulnus illatũ vel mortem sequutam habita: quæstio non est huius tractatus; adeundi sunt Doctores in l. transigere. C. de transactio. Iul. Clar. §. fi. quęst. 58. Farinac. q. 4. nume. 31. & 32. Octau. Vulpell. in tract. de treuga, & pace. à q. 11. & maximè q. 21. & seq. eiusdem argumẽti tractatum scripsit Nicolaus Moronus. Iure Hispano operatur, ne possit quis corporaliter puniri. l. 22. titu. 1. par. 7. potest tamen ad triremes cõdemnari. l. 10. tit. 24. lib. 8. Recopil. Qua de re adeundi sunt Gregorius Lopez in dicta l. 22. & Villalpandus in eiusdem legis repetitione. Olan. in tractatu Antinomi. iuris ciuil. & Regij. lit. A, nu. 33. Ant. Gomez. tomo 3. vari. cap. 3. nu. 56. Petrus Plaza in Epitome delictor. cap. 39. cum pluribus seqq. Ioan. Matienzo in l. 2. tit. 1. libro 5. Recopil. gloss. fi. & alij alibi. Non enim immoramur in his, quæ non sunt instituti nostri.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Pactum, quod offensus subijciat se voluntati offensi, valet.*
2 *Arbiter nemo esse potest in causa propria, arbitrator potest.*
3 *Subijciens se volũtati offensi, videtur subijci vt bono viro, & ita in eum non potest statui, nisi quod bonus vir decerneret.*
4 *Etiãsi dictũ sit, ꝙ subijcit se volũtati.*
5 *Offensus non potest iubere, quod vulneretur, vel abscindatur aliquod membrum.*
6 *Neque aliam pœnam corporalem, vel quasi corporalem imponere.*
7 *Neq; preceptũ, ne exeat de ciuitate.*
8 *Neque vt in facie signetur.*
9 *Neque iubere inhonesta, aut nimis praiudicialia.*
10 *Submissio gratię cõtinet protestationẽ, quod gratiã spectat, ideò ea non sequuta dẽt in pristinũ ius reponi.*
11 *Cõsuetudo, ꝙ offendẽs ponatur in potestate offensi, an, & quãdo valeat.*

CAP. XIII.

Quatenus offendens subijcere se possit voluntati offensi.

1 Pendet ex prædictis resolutio illius quæstionis, an valeat pactum, consuetudo vel statutum, quod offendens subijciat se voluntati offensi. Et quoad pactum valere, & ita posse pacisci, voluerunt Glo. in l. penul. ff. de arbitr. Alberic. ibid. nu. 2. & in l. 1. C. ne quis in sua causa iudicet. nu. 1. & in l. 3. C. de dotis promis. Bal. nu. 4. in c. 1. de lege Corradi. Anto. de Butrio nu. 3. Abbas nu. 1. Guid. Pap. nu. 2. Ioan. de Imol. nu. 2. Ioan. de Anania num. 3. Petrus de Anchar. nu. 2. in c. Quintauallis. de iureiur. Abbas num. 1. Fely, not. 1. in cap. cõtingit. de sent. excomm. Et quatenus glos. in d. l. penulti. ff. de arbitris. referunt & sequuntur, idem probare videntur Io. Bapt. Perusinus pronepos Bartoli in tract. de arbitr, lib. 4. c. 16. nu. 3. Ioan. Bap. de S. Blasio in tract. de differ. inter arbitrum & arbitratorem. nume. 54. Ioan. Gutierrez alleg. 1. nume. 23.

Et cũ huius sniæ duplex videatur esse difficultas, quod is cõstituat arbiter in re propria, quod esse non potest. l. si de re sua 56. ff. de arbitr. sicut nec iudex l. Iulianus. ff. de iudic. & quod alter de corpore suo disponat, quod non licet: vtrique obuiam itur per supradictos.

2 Ad primam dicunt, arbitrum quidem esse posse neminem in re propria, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbitr. vnde arbiter procedit iuris ordine seruato, & pronuntiat, quod nemini permittitur in propria causa, arbitratorem autem quemlibet constitui posse in re propria, quia arbitrator est quidam amicabilis compositor, ad componendum ex æquitate partes, quod non repugnat in persona propria, maximè cum videatur data ei potestas tanquam bono viro. l. Tais. §. sorore. ff. de fideicommiss. libert. l. si libertus. ff. de operis liber. l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iur. Vnde frequenter occurrunt iura, in quibus in manibus, & arbitrio aduersarij relinquitur controuersia. cap. sanè. c. veniens. de renuntiatione. cap. veniens. cap. Quintauallis. de iureiur. d. l. si libertus. l. in vendentis. C. de contrahen. emptio. cum mille similibus.

Ad alteram respondent, non minus frequenter in iure reperiri, aliquem subijcere se voluntati offensi. tex. in d. cap. sanè, cap. veniens, de renuntiatione. vbi illi canonici subijciebãt se gratiæ, & misericordiæ capituli. tex. in cap. contingit. 36. de sen. excom. vbi refertur, secundum morem Brachar. diœces. offendentes aliquem spontè se solitos subijcere trigin-

triginta seu pluribus, aut paucioribus percussionibus fustium: & ea consuetudo inter laicos non damnatur, sed solum inter clericos propter decorē ordinis clericalis. Tex. in d. cap. veniens. & cap. Quintauallis. de iureiur. vbi offendens iurauit obedire mandato offensi, & valuit iuramentum, tenereturq; obseruare, si ille iusta, & licita iussisset: vt innuit tex. & notant ibidem DD. Comprobatur etiam ex potestate, quam asserimus habere quēquam in se ipsum, dummodo se non occidat, aut vulneret, nihil enim prohibet, quin possit eam in alium transferre cum eodem temperamento.

8 Vnde limitant prædicti, & declarant hanc sententiā, vt huiusmodi arbitrium videatur concessum tanquam bono viro, tametsi dicatur, quod se subijcit eius voluntati. Vnde is iubere debet, quod bonus vir in eo casu iuberet, neq; poterit aliquid graue, aut inhonestum, aut nimis præiudiciale decernere, alioquin si quid tale voluerit, ad arbitrium boni viri erit per iudicem reducendum. Ita volunt omnes prædicti, Gloss. Salyce. & alij in l. 3. C. de dot. promiss. & in l. si sic. ff. de leg. 1. vbi Alexan. num. 16. & Iason nu. 30. Idem volunt Bart. nume. 1. Angel. nume. 2. in l. sed si vnus. 17. §. Prætor ait. ff. de iniur. Gloss. Bald. nume. 2. Alberic. nume. 2. in d. l. penult. ff. de arbitr. Innoc. in fin. Abbas nume. 5. Ioan. Andr. nume. 9. Anani. nu. 6. in cap. veniens. de renuntiat. Alex. in l. centesimis 46. §. si ita stipulatus. nu. 9. ff. de verbor. obliga. Ias. in l. 2. §. voluntatem. num. 9. ff. sol. matri. Ioan. Faber in §. pretium. num. 9. Insti. de emp. & vendit. Guid. Pap. decis. 495. Chasene. in Catalog. gloriæ mundi. 5. par. consid. 24. priuileg. 83. vbi ait, quod si quis se commisit gratiæ & misericordiæ principis, debet eum benignè tractare, quia verba sunt ciuiliter intelligenda. Quod etiam dixerat ante eum Ange. in l. ne cui. ff. de seruitut. & idem vult Iacobin. de Sācto Georgio in inuestitura feudali. §. sed an princeps. nu. 6. speciali. 15. Falluntur autē isti, dum putant, esse hoc principis priuilegiū, vel esse in eo speciale Lāfran. de Oriano in tract. de arbitris. quæst. 2. nu. 19. Ioan. Gutierrez alleg. 1. num. 23. Menoch. de arbitr. iud. q. 7. nu. 6.

Quorum sanè in hoc sentētia multis iuribus adiuuatur, text. in l. si libertus. ff. de operis libertor. Vbi scribit Celsus I.C. in hęc verba. *Si libertus ita iurauerit, dare se tot operas, quot patronus arbitratus sit, non aliter ratum est arbitrium, quam si aequum arbitratus sit, & ferè ea mēs est personam arbitrio substituentium, vt quia sperent eam rectè arbitraturam, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint.* Text. in l. Tais. §. sorore. ff. de fideicom miss. liberta. l. si cū ea 3. C. de dot. promiss. l. veluti. ff. pro socio. l. si in

lege.ff. locati. l. hæc venditio. ff. de contrahen.emp.l.quamquam. ff.de ritu nuptiarum. Hoc idē volunt text. in cap. veniens. & in cap. quintauallis. de iureiuran. tex.optimus in l.27.tit.11. part. 3. cuius verba ſubijcio. *E demas decimos, que ſi alguno ſobre demanda o contienda que ouiere con otro, metiere ſuppleyto en mano de ſu contendor, e iurare de facer lo que a quel le mandare, ſi eſte en cuya mano es aquel pleyto metido, mandare coſa deſaguiſada, a ſi como que non vaya mas en ſeruiçio de ſu ſeñor, o que non le ayude, o que non entre en corte del Rey, o que dege ſu muger, o que deshrede ſus hijos, o otra coſa de ſaguiſada, ſemejante deſtas, o mayor, non es tenudo delo cumplir: ante es quito del perjuro, eſcuſandoſe por raçon del deſaguiſado, quele mandaron. Eſo miſmo decimos, ſi le mandaren façer coſa, que non pueda complir: e eſto ſeria, como ſi digeſe, que pechaſe a ſu contendor diez mill marauedis, e el non fueſſe valioſo de mill; o que le dieſe todo quanto auia, e fincaſſe el pobre o desheredado de todo o dela mayor partida dello, o ſi le mādaſſen tal coſa, que ſi le fueſſe ante feecha entender, en ninguna guyſa non la jurara.*

4 Et licet olim quidam antiqui tenuerint, ſi in volūtatem aduerſarij diceretur, non poſſe agi de reductione ad arbitrium boni viri; quia verbum, voluntas, abſolutum eſt, & liberum arbitrium ſignificat.l.cum quidam.ff. de leg. 2.l.fideicōmiſſaria libertas. ff. de fideicommiſ. libertat. ab omnibus tamen ea ſententia exploſa eſt, & merito, quia id ceſſat in compromiſſis, in quibus iuſtum & regulatum arbitrium denotat Bal. in c. quintauallis. in fine, de iureiur. omnes ſuprà citati. Menochi.d.q.7.nu.4. & alij alibi.

5 In hoc ergo viri boni arbitrio illud veniet, ne membrum abſcindatur, vel vulneretur Abbas nu. 2.Fely. not.1. in c. contingit. de ſent.excom. Tum quia cū ſe quis nequeat vulnerare, ſibiuè membrum abſcindere, neque poterit id alij permittere. l. filiū habeo. ff.ad Macedo. neque in generali illa pactione includi poteſt id, quod in ſpecie non fuiſſet permittendum, neque permitti poſſet.l. qui peculij. ff. de peculio.l. Lucius.§.ita reſpondit.ff. ad municipal. Tum quia nemo cogitaſſe videri poteſt, talia ſibi eſſe imponenda, & ea promiſsio ad incogitata extendenda non eſt. c. veniens.c.clericus.c.quemadmodum. de iureiurando.

6 Veniet etiam, ne vllam aliam pœnā corporalem, vel quaſi corporalem, imponat ex eiſdem rationibus.Bal.nu.4.in c.1.de lege Corradi. Alberic.nu.2. in fi. in l. pen. & in l.non diſtinguemus.§. Iulianus.ff.de arbitris. Qui inde

7 inferunt, non poſſe imponere præceptū, ne exeat de ciuitate, vel ne accedat ad aliquem locū, niſi id expreſsè ſit comprehenſum in pacto. Et ſequitur Gregorius Lopez gloſ.8.in l.27. tit. 11. part. 3.

8 Veniet

8 Veniet etiam, ne possit faciẽ signare. Bartol.nume.4. in l.1. §. vsqueadeò.ff.de iniur. Tum quia id non videtur concessum. Tum quia prohibitum est, ne facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata, maculetur.l.si quis in metallum. C.de pœnis. l. 6. titu. 31. partita septima.

9 Veniet etiam, ne iuberi possit vxorem relinquere, filios exhæredare, dominum deserere, curiam non adire, vel alia similia inhonesta, aut nimis præiudicialia, de quibus in d.cap.veniens. & in c. sanè. de renuntiatione. cap. veniẽs.cap.Quintauallis. de iureiuran.cap.inter cætera.22.quæst.4. l.27.tit.11.par.3.quæ, quia extra institutum nostrum, vlterius non prosequimur.

10 Illud tamen omittendum non duximus, quod notat Hostiens. per text. ibi in c.veniens. de renuntiatione.quod submissio gratiæ continet protestationẽ, quod gratiam expectet: ideò ea nõ sequuta iũs pristinum recuperat, arguméto text.ĩ l.siue apud acta. C.de transactio.l.hoc iure. §. fin. ff. de donatio. & totius tituli. ff. de condict. causa data. Sequuntur Abbas ibid.nu.5.Imola num. 10.Ioan.And. num.9. per eundẽ text.in d.c.veniẽs. de renuntiat. & text.in c.sanè.eod.tit. vbi Abbas antiquus ita summat, & Anania num.2.Alexan.cons.70.num. 10.lib.1.Guido Papæ decis.491. vbi ait, quod si quis se submittit gratiæ, & misericordiæ curiæ, videtur se submittere sub conditione, si fiat gratia, ideò in effectu non valet submissio, nisi fiat sibi gratia, & dicit Angel.in l.fi. num.5.ff.de prætor.stipulatio. q debet reponi in eo statu, in quo erat prius: sequitur Alex.vbi suprà, quod est notabile pro bãnitis, qui se committunt aliquãdo gratiæ, & misericordiæ curiæ.

Cæterum cõtrariam sentẽtiã, imò eiusmodi pactũ non valere, cõstãtissimè videntur tenuisse Bar.nu.4.Ang.nu.1.in l.1.§.vsq; adeò ff. de iniurijs, & asseclæ, quatenus consuetudinem talia permittentem acerrimè damnarunt, cum quibus statim disputabimus. Et tenent in terminis Petrus de Anchar.nu.1.in c.contingit.de sentent. excom. Menoch. d.quæst.7.num.7. quorum fundamentum est, non licere pacisci, vt quis vulneretur, quandoquidem nemo potest se ipsum vulnerare. Vnde Menochi.d.q.7.nu. 11.limitat, quãdo modicum dãnum inferretur.

Mihi videtur, vtriusque sentẽtiæ eandem fuisse mentem, & resoluendum, priorem sententiam esse sequẽdam, siquidem ita per suos auctores coarctatur, vt in obicem istum aduersariorũ nequeat impingere, cum ita intelligatur valere pactum, vt ex eo non possit is se subijciens voluntati offensi, vulnerari, aut priuari membro, licet possit leuiter castigari, vel aliquot percussio-

nibus fuſtium ſubijci: iuxta tex. in d.c.contingit. de ſentent. excommunic.

11 In cõſuetudine autem vel ſtatuto alia diſputatio eſt,& quidẽ generaliter eſſe iniquam, & iuri contrariam conſuetudinẽ, quod offendens ponat ſe in manibus offenſi dicens,quod ea conſuetudo Piſis viget ait Bartol. in l. 1. §.vſque adeò.num.4.ff. de iniur. Sequitur Iacob.Boulene in repetit.tex.in l. capitalium. §. famoſos.nu.86.ff. de pœnis. Idem ait Ange.nu.1.in dicto §.vſqueadeò dicens, quod eſt cõſuetudo Romanorum. Et Franc. Curt.in additio.ad Angel.ibid. idem Ang. & ante eum Bartol. num. 1. in l. ſed ſi vnius 17.§.Prætor ait.ff.de iniur.aiunt, quod ſtante ea conſuetudine de facto, puniendus eſſet,ſi excederet modum in vindicando. Iniquam etiam vocat Iaſon num.5.in l.pacta quæ contra.C. de pactis. Abbas nume.2. in cap.contingit. de ſentent.excomm.Boer.deciſ.262. nu.4. vbi ait, quod eſt cõſuetudo Longobardorum. Et quod apud Hiſpanos adulter ponitur in manibus mariti, Tiber. Decia.lib.9.tract. crim.c.1. num. 31. vbi ait, quod eſt conſuetudo nobilium.Baeza de inope debitore.c.1.nu.68. & 69.vbi plura,ac præcipuè ex Iouio lib.18.hiſtoriarũ,quod apud Abiſſinos moris eſt, homicidam tradere propinquis interfecti,vt pro arbitrio ſanguinis ſui iniuriam vindicent, qui,ſi auariores ſunt,illum mercatoribus vẽdũt, aut exquiſitis tormẽtis enecãt.

Horum fundamentum eſt, qđ videatur abſurdum,committere inimico iudicium: ideò nemo volens ſe ſubmittere illi poſſit, & vltro in corpus pati.

Contrariũ, imò eiuſmodi conſuetudinẽ validam eſſe, tametſi extendatur eo vſque hæc poteſtas, quod liceat offenſo vulnerare offendentem: volunt Bald. & Saly.in l.is penes.C. depoſiti. quia inquit Bald. non intelligitur illicitum, quod propter bonum publicum eſt ſtatuto permiſſum, ſicut nec intelligitur illicitum duellum, quod permittit conſuetudo generalis. argu. tex. in §.per contrarium. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt.defer. Idem voluit Menochi.de arbitr. lib.1.quæſt. 7. nu. 11. & 12. quia inquit, lege vel moribus effici poteſt, vt liceat ſe corporali pœnæ alligare.Glo.in c. cum homo. 23.quæſt.5. Quibus addi poſſet, multa fieri poſſe per ſtatutum, quæ non poſſunt fieri per pactũ etiam contra ius publicum, pro vtilitate tamen publica, vt per Bartol.in l.alia.§.eleganter.ff. ſoluto matr.Decium, & Cagnol.in l.nec ex prætorio,ff. de regu.iur. Vnde multò magis cum hoc liceat per pactum, prout ſuprà dictum eſt, licere debet per ſtatutum & conſuetudinem.

Cæterum fundamenta. Bal. & Menochij longè aberrant à vero, quia licet fiat per ſtatutum impu-

impunibile, quod est illicitum, non potest fieri licitum, & duellum illicitum est, & iniustum, & consuetudo quæ illum permittebat, reprobata: neque vlterius posset introduci: vt dicimus lib. 2. cap. 5. Quodque ait Menoch. ex Glo. in d. cap. cum homo. communi calculo reprobatum est, vt dicimus cap. seq.

Igitur ego, vt quid sentiam, explicem, rem hanc sequenti distinctione comprehendo.

Aut consuetudo vel statutum vult offendentem remitti voluntati offensi, cum eisdē restrictionibus & limitationibus, de quibus supra ī pacto loquuti sumus: nimirum, ne possit quid graue ei imponere, adhibita legitima cautela, ne de facto modū excedat, & non video, cur hoc licitū non sit, quandoquidem resoluimus posse fieri pacto, quid ni ergo & statuto? quod potest ministrum legis facere offensum, vt hoc ipsum pars sit satisfactionis, & quī grauiori pœna plectendus esset, possit affici leuiori, quia eo ipso, quod per manus patitur inimici, videtur pœnas luere, & quæ minor est, fit maior. Et hoc videtur sentire Ioan. de Platea. n. 32. ad fi. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tributor. lib. 10.

Aut statutum vel consuetudo absolutè & liberè vult, offendentem committi voluntati offensi, vt ipse quidquid velit pœnarum, imponat, vsque ad vulnus, vel membri mutilationem, siuè plus, vel etiam minus. Et hoc casu consuetudinem hanc, vel statutum prorsus iniquum, & detestabilē, atq; ab omni benè instituta Republica repellēdum iudicamus. Tum quia esset cōmittere priuatis personis iurisdictionis, imò & meri Imperij exercitium contra regulam. l. non est singulis. ff. de reg. iur. Tum quia non solum committeretur priuato, sed etiā ei, qui ob iniuriam iratus pessimum aget iudicem, odio & ira perturbatum. Tum quia vix fieri potest, quin modum ille excedat in vindicando, & pro leuī iniuria grandem imponat pœnam, aduersus regulam naturalem, quæ vult pœnam commensurari delicto. l. ex facto 43. §. fin. ff. de vulg. & pupill.

Aut verò statutum vel consuetudo inducit, quod cognito prius per iudicem de iniuria, & decreto quæ sit digna pęna illius delicti, remittatur arbitrio, & voluntati offensi, vt ipse illam imponat, ea lege ne maiorem imponere possit, mitiorem liceat, si velit. Et hoc casu iustissimum esse statutum, & in nihilo rectæ rationi repugnare, asserimus: potest enim lex vel consuetudo in iustam animi satisfactionem eiusmodi ministerium demandare ipsi offenso, & eum Reipublicæ ministrum quoad hoc constituere, adeò vt si crimē dignum morte sit, & offensus occidat offendentem, minimè peccet. Couarru. 2. part. de sponsal. cap. 7.

§. 7.

§.7.num.18.neque enim ipſe occidit, ſed iudex, qui decernit occidẽdum, imò nec iudex, ſed lex, quæ id facere poteſt. Huiuſmodi eſt Hiſpana l.3.titu.20. libr.8. Recopil. quæ legitimè probato adulterio apud iudicem, cum ab eo eſſet adulteris pœna mortis imponenda, iuxta l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adulter. iubet illos in manibus & voluntate mariti reponi, vt de eis, & eorum bonis pro libito faciat, qua nihil iuſti⁹ & æquius. Nam ſi lex pœnã mortis adulteris imponens iuſta eſt, quid refert carnifex, aut maritus eos occidat. Imò benignior eſt lex, quæ marito eos tradit, vt ſi velit, eis ignoſcat, vt ait Couarr. d.num.18. Ideò immerito reprehenditur à Boerio d. deciſ. 262. num.4. Fuit autem acerbior Romuli lex in hæc verba. *Adulterij conuictam vir, & cognati vti volent necanto.* Tiraquell.l.5.connubiali.num. 13.

SVMMARIA
Ex Capite ſequenti.

1 *Fideiuſſor rei in cauſa criminali, non corporali, ſed pecuniaria pœna arbitrariè punitur.*

2 *Etiam vltra taxam.l.eos. C. de modo mulctar. quæ iam non eſt in vſu.*

3 *Sed cautius eſt, ab initio certam ſummam ſtatuere.*

4 *Fideiuſſor, ſi culpa non exhibet reum, punitur arbitrariè.*

5 *Si dolo, grauius.*

6 *Obligatio fideiuſſoris ad pœnam corporalem non valet.*

7 *Pro ſola contumacia, nunquam imponitur pœna corporalis.*

8 *Contumacia non eſt propriè delictum.*

9 *Corporalis pœna non poteſt oriri ex pacto, ſed ex delicto.*

10 *Non creditur inſtrumento principaliter confecto de delicto.*

11 *Confeſſio non efficit delictum, vbi non eſt.*

12 *Confeſſio impoſſibilis, aut manifeſtè falſa, non nocet confitenti.*

13 *Etiam non allegato errore.*

14 *Ex ſola confeſſione nemo cõdẽnatur.*

15 *De intellectu tex. in cap. cum homo. 23.quæſt. 5.*

16 *Qui facit, quod obſides fugiant, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

17 *Obſes non poteſt ſe obligare ad pœnã corporalem.*

18 *Remanere pro amico in carcere cum periculo vitæ, quando liceat.*

19 *Taliter remanens non poſſet puniri corporaliter, ſed pecuniariè.*

20 *Intelligitur text. in l. ad Commentarienſem. C. de cuſtod. reorum.*

21 *Verus cuſtos rei, ſi reus fugiat, poteſt corporaliter puniri.*

22 *Non tamen fideiuſſor, qui ſe obligauit, vt cuſtos.*

23 *Depoſitum confeſſatum nõ habet priuilegia depoſiti.*

24 *Non valet pactum, quod ſi vnus de familia pacem fregerit, omnes corporaliter puniantur.*

25 *Filij rebellis, an poſſint corporaliter puniri. & num.28.*

26 *Statutum, quod pater puniatur pro filio, intelligitur pecuniariè, non corporaliter.*

Licet

27 *Licet Deus nonnunquam pro peccato alterius puniat alterum, etiam corporaliter, humana lex non potest hoc imitari.*

28 *Intellectus l. quisquis. C. ad leg. Iuliã maiest.*

29 *Consuetudo habet potestatem in sanguinem hominis.*

30 *Plus potest fieri per statutum pacto vallatum, quàm per simplex statutum.*

31 *Non potest lege, aut consuetudine introduci, quod fideiussor possit se obligare ad pœnam corporalem.*

32 *Quæ separata nihil obstant, simul iuncta nihil obstant.*

33 *Probationes imperfectæ non coniunguntur.*

34 *Inhabilitas testis, qui ex toto repellitur, non suppletur numero, neque habilitate aliorum.*

35 *Obligatio ad pœnam corporalem per iudicem imponendam, quam quis ex dispositione legis esset omninò subiturus, valet.*

CAPVT XIV.

Neminem ad pœnam corporalem se obligare posse.

NOn absimilis est resolutio alterius quæstionis, vtrũ fideiussor rei criminaliter accusati, possit corporali pœna puniri. In qua quæstione quatuor casus distinguẽdi sunt. Primus casus est, cum fideiussor simpliciter cauit pro reo, non obligando se ipsum

1 ad pœnam corporalem: & hoc casu, apud omnes expeditũ est, istum esse puniendum pœna pecuniaria, & nõ corporali: neque memini legisse contradictorem. Quippe expresſè decisus est is casus, ab Vlpiano in l. si quis reũ. 4. ff. de custod. reorum. vbi Bart. ait, eam legem esse in sua distinctione perfectam: similis text. in l. 2. C. ad Turpil. l. libertus. 17. §. fin. ff. ad Municipal. l. 1. C. de periculo eorum, qui pro magistrat. interuen. lib. 11. verba Vlpia. in d. l. si quis reum. hæc sunt. *Si quis reũ criminis, pro quo satis dedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur. Puto tamen si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Sed si neque cautione, neque decreto præsidis quantitas certa comprehensa est, ac nec consuetudo ostenditur, quæ certam formam habeat, præses de modo pecuniæ quã inferri oporteat, statuet.* Ex quo text. desumitur sequens distinctio, aut certa quantitas expressa est, & eam soluet; aut non est expressa, & recurritur ad cõsuetudinem, si extat, si verò non extat, iudex arbitratur. Ita concludunt plures, relati per Anto. Gomez. tom. 3. variar. resolut. ca. 9. num. 8. Menoch. de arbitr. casu 304. Farinaz. quæst. 34. num. 1. 2. 3. & 4. post Glo. Barto. Alberic. & cæteros in d. l. si quis reum. & in l. ad Commentariensem. C. de custod reorum.

2 Cæterum Gl. in d. l. si quis reũ putat, hoc arbitrium non posse extendi vltra taxam. l. eos. C. de modo mulctar. quod etiam sequi viden-

videntur Bart. nu.3. Alberic.nu. 1.ibid. idem Alberic. nu.15.in l. Iulianus.ff. qui satisd. cogantur. Sed cum taxa illius tex. de facto non seruetur,vt aiunt Alex.consil.35.num.5.lib.2. Bossius tit. de mulctis.num. 9. Bertazol.consil. 415.num.9.& 416.nu.16. & 417. num.15.16. & seq.lib.2. Farinac. quæst.18.num. 31. Verius credimus, arbitrium hoc etiam vltra illius legis taxam, secundũ qualitatem delicti,extendi posse: & ita concludit Farinac. quæst. 34. num.10.

3 At cum in causis criminalibus agatur de vita,& difficilis sit ęstimatio eiusmodi arbitrij, cautius est,ab initio certam summam cõprehendere,prout hodie in praxi seruatur: argum.tex. in l.procurator ad exhibendum. § fin.ff. rem rat.haberi ibi. *Sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat,quia æstimatio libertatis ad infinitum extenderetur*. Glos.verb. plusquam statutum est in l. sed etsi quis. §. fin. ff. si quis cautio. Bart.nu.3. Alberic.nu.1. in d. l.si quis reum. Salyce. in l.ad Commentariensem. C de custod.reorũ.ad fi.Iulius Clarus. §. fi. q.46. nu.17.Ioan.Matienzo in l. 10.tit. 16.lib.5.Recopilat.gl. 1.num.27. Farinac.q.34. nu. 1. & receptum est,aduersus Gl.in l.fin.ff.de prætor. stipulatio.

4 Quod si fideiussor in culpa sit, ne præsentet reum, debet extra ordinem,pro modo culpæ puniri arbitrio iudicis. Vt vult Anchar. in Rubr. de fideiuss. nu.14, quod ego omninò verius credo quam id quod voluit Alberic. nu.15. in l.Iulianus. ff.qui satisd. cogantur.qui putauit,etiam hoc casu pecuniariter esse puniẽdũ.

5 Cæterum si dolo fecerit, ne exhibeat:nonnulli antiqui volebant, eadem pœna esse puniendum, qua reus ipse puniretur:vt refert Alberic. in d. l. Iulianus. num.15.& in d.l.ad Commentariensem. nu.1. Verum in hoc refragatur expresse Vlpia.in d.l.si quis reum. dum ait. *Puto tamẽ, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum*. Ex quibus verbis posse quidem etiam corporaliter puniri, sed extra ordinem,receptum est Specul. 3.par. tit. de accusatio. §. sequitur.nu. 15. versic. sed si dedit fideiussorem. vbi argumento text. in l. si barsatoram. C.de fideiuss. & l.2. C.ad Turpili.ait,quod potest ad tempus relegari, fustigari, vel fortè acrius contra eum procedi,Abb.nu.1.Anan.nu.2. in Rub. de fideiuss. Bart. & Alber.vbi supra. Menoch.de arbitr.casu 304. num.2.Farinac. q.34. nu.9. & ita est de mente omnium.Obices autem,qui prædictę resolutioni opponi possunt, de l.ad Commentariensem. C.de custod. reorum. & l. milites. ff. eod. tit. in casum sequentem reiecimus, quia proprius est instituti nostri.

6 Secundus casus est, cum fideiussor expressim se obligauit,nisi reum exhiberet, ad eandem pę-

nam

nam corporalem, mortis, vel aliam; & in hoc casu istum fideiussorem esse eadem pœna mortis, vel alia corporali puniendum, si reum non exhibeat, voluerunt Iaco. de Rauenna, vt refert Bart. numer. 9. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cogan. & Vbertus de Bobio, vt refert Alberic. nume. 2. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & quidam Præposit. Ecclesiæ Cesen. relatus etiã per Albericum, quos sequutus est ipse Alberi. in tracta. statutorum. 1. par. q. 51. ac denique Menoch. de arbitr. iudic. casu 303. numer. 21. pro quibus expenduntur rationes, & fundamenta sequentia.

Primò, videtur text. expressus in cap. cum homo. 23. quæst. 5. ex Augustino epist. 54. ad Macedonia. vbi ait. *Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quàm ille, qui occidit: veluti si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat.*

Secundò, Vbertus de Bobio, & Albericus mouentur ex eo, qđ potest quis se obligare ex facto alieno. l. cum filius. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. & mora principalis nocet fideiussori. l. mora rei. ff. de verborum obliga. Addunt, quod quemadmodum potest quis se obligare ad pœnã capitalem, delinquendo. l. Imperatores. ff. de iure fisci, ita & promittendo, quia contractus, & delicta æquiparantur. l. omnem. ff. de iudicijs. Auth. vt omn. obed. iud. §. hoc considerantes.

Tertiò, pro his argumentor, actus qui directo dirigitur in aliquem iustum finem, tametsi ex accidenti sit morti proximus, licitus est: & in eo limitatur omnes regulæ, quæ habent, neminem posse facere, quo moriatur: put latè probamus lib. 2. ca. 1. & seq. Vnde fit, licitum esse cuiquam, animam suam ponere pro amico, vt dicto lib. 2. cap. 3. Sed hic fideiussor actum dirigit in pium opus charitatis, reum à carcere liberandi: igitur potest eiusmodi actum agere, tametsi ex accidenti, fugiente reo, possit mors sequi. Cessat igitur fundamentum præcipuum contrariæ sententiæ, quod est, neminem posse se ipsũ occidere, neque facere, quo moriatur: quia non est dominus vitæ suæ, vel vt Doctores dicũt, membrorum suorum.

Quartò, in Commentariensi, qui reum benè non custodiuit, ac propterea ille fugit, expressum est, cum pœna capitali plectendum lege ad Commẽtariensem. C. de custod. reorum. l. milites. ff. eod. tit. Farinac. quæst. 31. nu. 2. ergo idem dicendum est in fideiussore illi simillimo, nam & obligatio Commentariensis à consensu suo, quo suscepit officium, initium habet.

6 Contrarium, imò istum fideiussorem non potuisse se obligare ad pœnam corporalem, ac proinde nõ esse corporaliter puniendum, neque aliud reperiri iure

videntur Bart. nu.3. Alberic.nu. 1.ibid. idem Alberic. nu.15.in l. Iulianus.ff. qui satisd. cogantur. Sed cum taxa illius tex. de facto non seruetur,vt aiunt Alex.consil.35.num.5.lib.2. Bossius tit. de mulctis.num. 9. Bettazol.consil. 415.num.9.& 416.nu.16. & 417. num.15.16.& seq.lib.2. Farinac. quæst.18.num. 31. Verius credimus, arbitrium hoc etiam vltra illius legis taxam, secundũ qualitatem delicti,extendi posse: & ita concludit Farinac. quæst. 34. num. 10.

3 At cum in causis criminalibus agatur de vita,& difficilis sit ęstimatio eiusmodi arbitrij, cautius est,ab initio certam summam cõprehendere,prout hodie in praxi seruatur: argum.tex. in l.procurator ad exhibendum. § fin.ff. rem rat.haberi ibi. *Sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat,quia æstimatio libertatis ad infinitum extenderetur*. Glos.verb. plusquam statutum est in l. sed etsi quis. §. fin. ff. si quis cautio. Bart.nu.3. Alberic.nu.1. in d. l.si quis reum. Salyce. in l.ad Commentariensem. C de custod.reorũ.ad fi.Iulius Clarus. §. fi. q.46. nu.17.Ioan.Matienzo in l.10.tit. 16.lib.5.Recopilat.gl.1.num.27. Farinac.q.34. nu. 1. & receptum est,aduersus Gl.in l.fin.ff.de prætor. stipulatio.

4 Quod si fideiussor in culpa sit, ne præsentet reum, debet extra ordinem,pro modo culpæ puniri arbitrio iudicis. Vt vult Anchar. in Rubr. de fideiuss. nu.14. quod ego omninò verius credo quam id quod voluit Alberic. nu.15. in l.Iulianus. ff.qui satisd. cogantur.qui putauit,etiam hoc casu pecuniariter esse puniẽdũ.

5 Cæterum si dolo fecerit, no exhibeat:nonnulli antiqui volebant, eadem pœna esse puniendum, qua reus ipse puniretur:vt refert Alberic. in d. l. Iulianus. num.15.& in d.l.ad Commentariensem. nu.1. Verum in hoc refragatur expresè Vlpia.in d.l.si quis reum. dum ait. *Puto tamẽ, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum*. Ex quibus verbis posse quidem etiam corporaliter puniri, sed extra ordinem,receptum est Specul. 3.par. tit. de accusatio. §. sequitur.nu. 15. versic. sed si dedit fideiussorem. vbi argumento text. in l. si barsatoram. C.de fideiuss. & l.2. C.ad Turpili.ait,quod potest ad tempus relegari, fustigari, vel fortè acrius contra eum procedi,Abb.nu.1.Anan.nu.2. in Rub. de fideiuss. Bart. & Alber.vbi supra. Menoch.de arbitr.casu 304. num.2.Farinac. q.34. nu.9. & ita est de mente omnium.Obices autem,qui prædictę resolutioni opponi possunt, de l.ad Commentariensem. C.de custod. reorum. & l. milites. ff. eod. tit. in casum sequentem reiecimus, quia proprius est instituti nostri.

6 Secundus casus est, cum fideiussor expressim se obligauit,nisi reum exhiberet, ad eandem pęnam

nam corporalem, mortis, vel aliam; & in hoc casu istum fideiussorem esse eadem pœna mortis, vel alia corporali puniendum, si reum non exhibeat, voluerunt Iaco. de Rauenna, vt refert Bart. numer. 9. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cogan. & Vbertus de Bobio, vt refert Alberic. nume. 2. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & quidam Præposit. Ecclesiæ Cesen. relatus etiã per Albericum, quos sequutus est ipse Alberi. in tracta. statutorum. 1. par. q. 51. ac denique Menoch. de arbitr. iudic. casu 303. numer. 21. pro quibus expenduntur rationes, & fundamenta sequentia.

Primò, videtur text. expressus in cap. cum homo. 23. quæst. 5. ex Augustino epist. 54. ad Macedonia. vbi ait. *Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quàm ille, qui occidit: veluti si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat.*

Secundò, Vbertus de Bobio, & Albericus mouentur ex eo, qđ potest quis se obligare ex facto alieno. l. cum filius. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. & mora principalis nocet fideiussori. l. mora rei. ff. de verborum obliga. Addunt, quod quemadmodum potest quis se obligare ad pœnã capitalem, delinquendo. l. Imperatores. ff. de iure fisci, ita & promittendo, quia contractus, & delicta æquiparantur. l. omnem. ff. de iudicijs. Auth. vt omn. obed. iud. §. hoc considerantes.

Tertiò, pro his argumentor, actus qui directò dirigitur in aliquem iustum finem, tametsi ex accidenti sit morti proximus, licitus est: & in eo limitãtur omnes regulæ, quæ habent, neminem posse facere, quo moriatur: put latè probamus lib. 2. ca. 1. & seq. Vnde fit, licitum esse cuiquam, animam suam ponere pro amico, vt dicto lib. 2. cap. 3. Sed hic fideiussor actum dirigit in pium opus charitatis, reum à carcere liberandi: igitur potest eiusmodi actum agere, tametsi ex accidenti, fugiente reo, possit mors sequi. Cessat igitur fundamentum præcipuum contrariæ sententiæ, quod est, neminem posse se ipsũ occidere, neque facere, quo moriatur: quia non est dominus vitæ suæ, vel vt Doctores dicũt, membrorum suorum.

Quartò, in Commentariensi, qui reum benè non custodiuit, ac propterea ille fugit, expressum est, cum pœna capitali plectendum lege ad Commẽtariensem. C. de custod. reorum. l. milites. ff. eod. tit. Farinac. quæst. 31. nu. 2. ergo idem dicendum est in fideiussore illi simillimo, nam & obligatio Commentariensis à consensu suo, quo suscepit officium, initium habet.

6 Contrarium, imò istum fideiussorem non potuisse se obligare ad pœnam corporalem, ac proinde nõ esse corporaliter puniendum, neque aliud reperiri

iure diuino, atque humano. scribit Glos. in d. cap. cum homo. 23. quæst. 5. & ibi sequuntur omnes, Bart. num. fin. Alberic. num. 15. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. Bal. nu. 7. in l. fi. C. ne filius pro patr. Bald. & Salyc. nu. 3. in d. l. ad Cõmentariensem. Bart. nu. 4. Alber. nu. 2. in l. si quis reum. ff. de custod. reor. Bald. nu. 12. in l. qui crimen. C. qui accus. non poss. idem Bal. de pace Constantiæ. versic. damna. num. 4. Alber. num. 2. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Roma. nu. 30. in l. filiusfamilias. 56. ff. sol. matrim. & cons. 15. num. 2. Alex. num. 10. in l. sæpè. ff. de re iudic. Hippoly. de Marsil. singul. 651. & in l. infans. nume. 15. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in pract. §. examinanda. nu. 12. & §. attingam. nu. 2. Abbas nu. 1. Anchar. num. 4. Anan. num. 2. Imola num. 10. in Rub. de fideiuss. Ias. nu. 10. in l. rem in iudicium. ff. de in litem iuran. & num. 2. in l. non impossibile. ff. de pact. Dueñas qui plures citat reg. 331. nu. 3. Hippolyt. de Marsil. latiùs in Rubr. de fideiussor. nu. 240. q. 29. Paul. Grilland. de relaxatione carceratorum. tit. de fideiussor. reor. nu. 4. Iul. Clar. §. fin. quæst. 46. nu. 18. versic. sed nunquid poterit. Chasene. in consuetud. Burgun. Rub. 1. des iustices. §. 5. gl. s'il n'agrace. num. 169. Roderic. Suarez in tract. de fideiuss. in causa crimin. num. 13. 14. & seq. Ant. Gomez. Tomo 3. variar. resol. c. 9. num. 8. Couarr. lib. 2. variar. resolut. c. 8. nu. 8. Ioan. Matienzo in l. 10. titu. 16. lib. 5. Recopil. gl. 1. nu. 20. Tiber. Decian. lib. 2. tract. crimin. cap. 6. num. 11. & iterum lib. 5. c. 33. nu. 16. vbi post Zanchin. de hæretic. c. 10. nu. 2. ait, hoc quoque habere locum in fideiussore rei inquisiti de hæretica prauitate: de quo etiam Peña ad directorium. lib. 3. annotat. 139. & generaliter Farinac. q. 33. nu. 49.

Mouentur isti primo ex eo, quod nemo sit dominus membrorum suorum, hoc est, quod nemo possit corporalem pœnam sibi infligere, ac proinde, neque pacisci in damnum corporis sui.

Secundò, Bald. in c. ex rescripto. de iureiur. nu. 8. vult, quod hoc sit quasi maleficium, cuius quasi maleficij pœna nunquam est corporalis. Et idem Bald. in l. qui crimen. num. 12. C. qui accusar. non poss. ait, quod fideius-
7 sor in tali causa dicitur esse in sola contumacia, & pro sola contumacia nunquam imponi potest pœna corporalis. Gl. in Summa. 3. quæst. 1. Farinac. q. 18. num. 35. quia contumacia nõ est propriè
8 delictum, vt volunt Cynus, Angel. & Salyc. in Rubr. C. de crim. stellionat. Felyn. nu. 27. in cap. ex literis. de constitut. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. 1. num. 13. Farinac. d. q. 18. num. 28.

Tertiò, Alberic. in l. si à reo. 71. §. id quod vulgo. ff. de fideius. adiungit aliam rationem, quod si fideiussor puniretur corporaliter, non posset repetere à reo prin-

principali, quod exoluisset: neque resarcire damnum passum, hæc tamen duo fundamenta nõ videntur attingere vim difficultatis, quæ consistit in eo, an sit valida pactio, quia quis corporaliter pro alio pati consentit.

9 Quartò, ipse nouam, & vrgentem rationem addiderã, postea reperi, sensisse Baldum, num. 5. in l. pen. C. de pactis. ea est, quod criminalis actio, & corporalis pœna suos habent fontes, vnde nascantur, nimirum ex delicto, vnde nisi adsit delictum, tametsi pactum interueniat, impossibile est corporalem pœnam oriri, Quemadmodum in obligationibus quæ re contrahuntur, tametsi vltra datũ extendatur pactio, obligatio non nascitur. l. non vltra. C. si cert. petatur. l. si tibi. 18. ff. de pactis. ita enim in obligationibus ad pęnam corporalem, quæ ex delicto nascũtur, tametsi vlterius extendatur pactio, obligari nemo potest; nisi quatenus deliquit. Idque mihi probat expressim Paul. I.C. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. vers. sed si pactum. ff. de pactis. vbi ait. *Sed si pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, veluti iniuriarum, non poterit postea paciscendo efficere, vt agi possit: quia & prima actio sublata est, & posterius pactum ad actionem reparandã inefficax est. Non enim ex pacto iniuriarum actio nascitur, sed ex contumelia.* Apud nos optimus tex. in l. 2. tit. 5. partic. 7. cuius verba sunt. *La vna es, quando baçen pleyto è omenage, e nõ lo cumplen, como si dice vn home à otro, yo vos fago pleyto è omenage, que vos de tal cosa, o vos cumpla tal pleyto, diciendolo çiertamente, qual es, e si non que sea traydor, ò aleuoso por ello: casi non lo cumple, o non da la cosa, al dia que prometio, vale menos.* Sequitur, & facit. *Mas con todo eso non cae en pena de trayçion, nin de aleue por ende: ca en este yerro non puede caer ningun ome, si non face tal fecho, por que lo deuafer.* Vides, qualiter criminalis actio, aut corporalis pœna pacto causari non possunt, cum debeãt ex maleficio oriri, non ex conuentione.

10 Hinc est, quod si quis consentiat instrumento super probatione directa alicuius delicti, non creditur instrumento quoad pœnam corporalem, ad quam se nõ potest obligare. Ioann. Andr. in regula semel malus. de regu. iur. lib. 6. Abb. nume. 2. in cap. cum in ecclesijs 10. de maior. & obediẽ. Innoc. & Fely. num. 15. in cap. pastoralis, §. quia verò, de officio delegat.

11 Hinc etiam est, quod Doct. dicunt, confessionem non posse efficere delictum, vbi delictum nõ est. Roman. cons. 113. pro decisione num. 4. Aymon. Crauet. consi. 48. num. 7. Bertazol. consi. 11. nu. 2. libr. 1. consi. crimin. vnde fluit,

12 confessionem impossibilẽ, & manifestè falsam non nocere confitenti. l. inde Neratius. §. fina. vbi Gl. Alberi. & alij. ff. ad leg. Aquil.

l.in confessionibus. cum l. sequ. ff. de interrogat.actio. plenè per
13 Grammat.voto 2.Bertazol.consilio 29.libro 1.criminal.etiam si reus non allegaret errorem.Bossius tit.de confessis.nu. 70. Pasetus cons. 185.num.3.inde ex sola confessione nemo cōdemnatur, plenè per Iul. Clar. §. fin. quæst. 55. num. 9.
14 Non obstant in cōtrarium adducta,& ad primum ex cap.cum homo.23. quæst. 5. multipliciter respondent Doctores.
15 Primò, Cardinal. Turrecrem. ibi dicit,quod loquitur secundū leges antiquas,quæ hodie sublatæ sunt:sed Gl.cordatius ait,hoc nullo iure inueniri, & DD addunt,diuino vel humano. Et quidem nunquam talis lex vllibi terrarum fuit,sed facilè condonandum Theologo peritissimo, si dum in aliena messe vagatur,alicubi impingat.

Secundò,Gl.ibi, Archidiac. & Bellam.dicunt,quod ille tex. loquitur de facto, Imola nu. 14. in Rub.de fideiussor.quod denotat facti contingentiam, non iuris mysterium: transeunt autem ad aliam solutionem,ideò videntur istā negligere, neque immerito, quia neque de facto legimus id alicubi tolerasse cōsuetudinem.

Tertiò,Archidiaconus & Bellame ibid.ac Roderic.Suarez in tracta. de fideiuss. in causa criminal.nume.22.dicunt,quod ibi punitur de facto proprio,sed diuinatio est, quæ textui non apta tur, cum in genere ponat exemplum.

Quartò, ijdem dicunt, quod ille fideiussor se obligauerat, vt Commentariēsis, & est deterior diuinatio, cum loquatur Augustinus de eo qui vades remansit pro reo,neque sententia ipsa vera est,vt paulò inferiùs expendā.

Quintò, Glos.ibi, & Imola,nume.14.in Rub. de fideiuss. aiunt, quod ille tex. loquitur secūdum consuetudinem certi loci, quasi quod alicubi fuerit ista consuetudo,eaque valida sit, posterius hoc falsum est, vt statim dicam, prius illud ab his probandū esset,cum nullibi legamus talē viguisse consuetudinem.

Sextò,Archidiac.& Bellam.in eod.loco, ac Roderic. Suarez d. num.22.aiunt,quod ille text. loquitur in obside, qui potest interfici,per text. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maiestat. cæterum valdè miror hos Doctores, cum ille text. nihil tale dicat,neque vllus cordatus homo dicere possit.Verba illius text.sunt ista. *Maiestatis autem crimen est illud, quod aduersus populum Romanum, vel aduersus securitatem eius committitur; quo tenetur is,cuius opera,aut dolo malo cōsiliū initiū erit, quo obsides iniussu prin*
16 *cipis intercidert*. Quæ verba volunt, eum qui fecerit, quo obsides fugiant, incidere in crimen læsæ maiestatis: vt per Doctores ibi,& Gigant.in tracta.de crimine læsæ maiest. Rub.qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest.cōmitt.

mitt. quæst. 19. non tamen volũt, obsidem occidi posse.

17 Quinimò contrarium verius est, & ait text. in l. 3. tit. 13. part. 5. & in specie dixit Bald. de pace Constantiæ. verbo damna. nu. 4. non posse obsides se obligare ad pœnam corporalem, quem alij sequuntur: vt scribimus lib. 2. c. 14. num. 13.

Quamobrem dicendum est, Augustinum loqui ex hypothesi, si alicubi adesset eiusmodi consuetudo, nec tamen approbando illam, sed ad rem suam exemplis vtendo. Sin autem sensit valere, non rectè sensisse, neque in hoc legem facere: iuxta notata in cap. 2. de rescriptis.

Ad secundũ, quod habet, posse quemquam se obligare ex facto alieno, facilè respondetur, nõ posse in criminalibus ad corporalem pœnam, ex rationibus suprà adductis.

18 Ad tertium respõdetur, ex ibi adductis inferri, eiusmodi fideiussorem, sicubi talis iniusta praxis obseruaretur, posse quidem id periculum subire citra maculam peccati; quod verum credimús, quoties speraret, reum pro quo fideiuberet reuersurum: vt sperabat ille, qui apud Dionysiũ vades remansit, siue is fuit Damon, siue Pythias. Tum quia is in finem iustum actum dirigit, cõsulendi amico. Tum quia sperare etiam potest, nõ esse iudicem tam ferinis moribus futurũ, qui eiusmodi executionem faciat: quinimò vtrique esse parcẽdum, prout fecit Dionysius. Nõ tñ inde sequitur, manere eum ita vali-

19 dè ad corporalem pœnã obligatũ, vt à iudice, maximè Christiano, corporaliter plectendus sit. Manet enim adhuc innocẽs, eoq; magis innocens, quo Deo charior, ob opus charitatis quod fecit: quamobrẽ esset iniquissimũ, innocentem qui nihil deliquit, punire. Et in terminis, quod is nullo modo posset pœna corporali, sed tantùm pecuniaria puniri: ait Alex. de Neuo in ca. ex rescripto. nu. 45. de iureiur. Qui certò sciret, reũ pro quo fideiubet, non reuersurũ, & legem iniquam esse rigidè obseruandã, & vellet pro amico mori, peccaret: iuxta ea q̃ resoluimus li. 2. c. 1. 2. 3. & 4.

20 Ad vltimum, ex l. ad Commentariensem. C. de custod. reor. rñdet Bart. in l. si quis reũ. ff. eod. titu. nos loqui in fideiussore, qui sponte se obligat, quod non põt, illum tex. in officiali, quẽ lex obligat, quæ põt. Quod si replices, eiusmodi obligationẽ proficisci ex primo consensu, quo acceptauit officium, rñdent Alberi. in d. l. ad Cõmentariensem. Anch. nu. 4. Imo. nu. 12. in Rub. de fideiuss. quod aliud est obligare se directò ad pœnam corporalẽ, & hoc fieri non põt: aliud per quãdam consequentiã, suscipiẽdo officiũ custodis carcerum. Adducuntq;, quod clericus qui non potest cõsentire directo in alium iudicẽ. cap. significasti. de foro compet.

H potest

poteſt per conſequentiam, contrahendo in aliena diœceſi.cap. dilecti, eod. tit. & maritus, qui directo nō poteſt donare vxori, poteſt per conſequentiam. l. ſi ſponſus.§. generaliter.ff. de donatio inter vir.& vxo Sed ego verius credo,neque principaliter, neque incidēter poſſe quemquā ſe obligare ad mortem, planiſſimeque reſpondeo,in l. ad Commentariēſem.C.de cuſtod. reor. & in l.milites.ff.eod.tit.non puniri cuſtodes ex ſuo conſenſu & obligatione, ſed ex delicto, quod faciunt, non cuſtodiendo, vel negligenter cuſtodiēdo reū: quod delictum lex ea pœna dignum cenſuit, quia publicè illi erant ad cuſtodiā deputati, neque eſt idem in fideiuſſore, qui non obligatur ad cuſtodiam,ſed ad repræſentationem rei.

21 Hinc fluit limitatio ad prædictam communem reſolutionem, quod ſi is fideiuſſor conſtituatur Commentarienſis, hoc eſt quod reus ſuæ cuſtodiæ committatur, quod Hiſpanè dicimus *fiador carcelero*, ſi reus fugiat, poterit corporaliter puniri:quia debuit diligenter cuſtodire, per d. l. ad Commentariēſem. ita voluerunt Salyc. ibid.num.3.Roderic. Suarez. in tract.de fideiuſſ. in cauſa crim.nu.28.Io.Matienzo in l.10. tit.16.lib.5. Recopil. gl.1.nu.24. Menoch. caſ.304. nu.3. Farinac. q.33.num.76.& quæſt.34. nu.8.

Sed quod hoc apud ſuæ gentis iudices non obſeruaretur,ait Iul.Clar.§.fi.quæſt.46.num.18.& ego aduerto, eſſe conſiderandum,an re vera is conſtitutus ſit cuſtos & Commentarienſis, vt euenit cum quis domi carceratur adhibitis cuſtodibus, & hoc caſu, non dubitarem eſſe locum pœnæ.d.l.ad Commentariēſem.

22 Quod ſi re vera,is fideiuſſor cōſtitutus eſt, cuius munus ex communi obſeruantia non eſt, reum cuſtodire: tametſi quæuis verba adderentur, quod cōſtituitur cuſtos, non crederem eſſe locum dicto rigori.Qua in re poſſent multa expendi, maximè illud, quod Doctores dicunt,eum qui ſe obligat lege depoſiti,quod vocant depoſitum confeſſatum, cum re

23 vera nō interueniat depoſitum, non teneri legibus depoſiti.Pet. Rauenna ſingu.129.verſ.& nota. Boer.deciſ.295.num.8. Tiraq.de retract. conuentionali.§. 4. gl.6. num.14.& alij alibi.

24 Ex prædicta reſolutione perpendi poteſt, quid dicendum ſit in illa quæſtione Alberici in tracta.ſtatutorum. 1. par. quæſt.51. an liceat, inter aliquas familias paciſci, quod ſi vnus de familia pacem fregerit, omnes corporaliter puniantur: & apparebit illicitam eſſe pactionem, & nullo modo obſeruandam.

Pro qua re, præter iam dicta, poteſt etiam expendi text. in l. paterfamilias teſtamento 44. & quę eius argumento notant DD. ff.de hæred. inſtit.

Tertius caſus eſt.cum quærit, an

in per legem vel cõſuetudinem
poſſit introduci, vt qui pro reo
ſimpliciter fideiuſſit, pœna cor-
porali plectatur: & Gl.in c. cum
homo.23.q.5. ac pleriq; eorum,
qui eam ſequuntur, quos in ſe-
quenti caſu referã, videntur vel-
le, poſſe id ſtatuto, conſuetudi-
nevè introduci. Sed quia poſſent
aliter intelligi, nimirum quod
velint, conſuetudine ſtatutovè
introduci poſſe, quod fideiuſſor
poſsit, ſe obligare expreſsè ad
pœnam corporalem, in ſequen-
tem caſum eos omnes reieci-
mus. Clarè autem in terminis hu
ius caſus, loquitur Berous. in c.
2.de cõſtit.nu.19.& 21.per text.
in l.quiſquis.C.ad leg. Iul.maie-
25 ſtat.vbi dicitur quod in crimine
læſæ maieſtatis filij delinquen-
tium vltimo ſupplicio puniri de
berent, ſed ex benignitate Im-
periali ſpecialiter illis conceſ-
ſum eſt, vt viuant, & mors eis re-
mittatur. Ergo ex illo tex. infer-
tur, quod de iure communi vl-
timo ſupplicio puniri potuiſſent
pro delicto alterius, niſi ex beni
gnitate, & de iure ſpeciali vita il
lis indulgeretur. Meminit tex.in
cap.vergentis.de hæretic.& quã
do eſſet vehemens præſumptio
quod idem delictum filius com-
mittat, quod poſſit corporali-
ter puniri pro delicto patris: ar-
gum.d.l.quiſquis dixit. Alex. de
Neuo num.50.in c. ex reſcripto.
de iureiur. Hinc nõ ſemel liberæ
Reipublicæ tyrãnis occiſis, filios
quoq; eorũ occiderunt, & Seia-
no interfecto filij quoque eius
pueri & puella virgo innnocens
interfecti ſunt: vt eſt apud Dio-
nem in Tiberio Tacitum libro 5.
annalium.

26 Cæterum hæc opinio, prout
ipſe etiam Berous aſſeuerat, eſt
contra communem omnium ſen
tentiam, qui voluerunt, nemi-
nem poſſe pro alterius delicto
corporaliter puniri. Ideò ſtante
ſtatuto, quod pater puniatur
pro filio, eſſe intelligendum de
pœna pecuniaria, & non corpo-
rali. Bald.nu.4. in Rub.C. res in-
ter alios acta. Felyn.nu.2. Deci.
lect.1.nu.12.& lect.2.nu.20.in c.
2.de conſtitut.Roman.in l.filiuſ-
familias.nu.30.ff.ſolu.matrim.la
tè Alexan.nu.11.cum ſeq.in l.ſæ-
pè.ff.de re iudic. Ioan. de Anan.
n.8. in c.2.de delictis puerorum
Hippolyt.nu.15.in l.infans.ff.ad
leg.Cornel.de ſicar. & nu.9.in l.
quæſtionis.ff.de quæſt. Couar.li.
2.variar. reſolut.cap.8.nu.7.De-
cia.conſ.53.lib.3.& dicunt Cyn.
& Bald.in l.ſeruorum. ff.de ſtatu
homi. quod delictum parentum
nunquam eſt immediata cauſa
pœnæ corporalis in filios, vnde
banna quæ dantur naſcituris, nõ
procedunt ſecundum rationem.

27 Quorum fundamentum eſt,
quod tametſi Deus nonnunquã
propter peccata parẽtum punie
rit corporaliter filios innocen-
tes, occulto iudicio ſuo; huma-
na tamen lex id non poteſt imita
ri, neque vlla pœna corporali affi
cere innocentem pro alterius

delicto: Diuus Augustin. quęst. 8. super Iosue. S. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. Couarru. d. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 1. concl. 3. Alex. de Neuo nu. 50. in c. ex rescripto. de iureiurando.

28 Ad text. in d. l. quisquis. Couarru. d. concl. 3. respondet, satis, iniquè dictum ab Arcadio, & Honorio, ex Imperatoria lenitate se vitam cócedere filijs rebellium, quos ait Budęus in l. 2. ff. ad leg. Iul. maiest. allusisse ad legem Macedonum, quæ rebellium filios & cósanguineos occidebat: vt refert Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genial. cap. 5. Eam legem horrendā appellat Quintus Curtius lib. 5. & apud eundem lib. 8. Alexander gloriatur illam sustulisse: plura. Tiber. Decia. lib. 7. tract. crim. cap. 41. num. 1.

Quartus & vltimus casus est, cum quæritur, vtrùm consuetudine statutovè introduci possit, qđ fideiussor posit se obligare ad pęnā corporalem, & ita concurrentibus obligatione & consensu fideiussoris, atque consuetudine vel statuto posit is fideiussor corporaliter puniri: & hoc casu posse id fieri voluit Glos. in cap. cum homo. 23. q. 5. & ibi sequuntur Archidiac. & Bellam. Roma. singul. 129. tu scis. Bald. de pace Constantiæ. verbo damna, nu. 4. Fely. num. 8. in cap. sicut. de probat. Decius in cap. 2. de constit. lectu. 1. nume. 13. & lect. 2. nu. 26. Rochus de Curte in cap. fin. de consuetud. sectio. 5. num. 14. Hippolyt. de Marsil. in praxi. §. attingam, nume. 9. Augustin. Arimin. ad Angel. Areti. in tract. malefic. in parte pro quibus Anton. fideiussit. nu. 1. Cœpolla num. 61. in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. & cósil. criminal. 39. nu. 56. Arnaldus Alberti. in cap. quoniam. de hæretic. lib. 6. quæst. 8. num. 6. Iason num. 37. in §. quædam. Institu. de actio. & in l. non impossibile, nu. 2. ff. de pact. Decius in l. nec ex prætorio. nume. 6. ff. de regu. iur. Menoch. de arbitrar. iud. quæst. 7. nu. 12. Roderi. Suarez. de fideiuss. in causa criminali. nume. 22. Farinac. q. 33. num. 75.

29 Primo mouetur Bal. quia consuetudo habet potestatem in sanguinem hominis, l. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimin. & Deci. in c. 2. lect. 2. nu. 29. de constitut. ac in cap. iurauit. nume. 26. de probatio. ait, quod Respublica dicitur domina mébrorum ciuium, & in ea potestatem habet. Sed hoc nihil est, habet enim aduersus nocentes, nó aduersus innocentes, qui nullo modo plectendi sunt. Neque verum est Rempublicā habere dominium vitæ ciuium, vt dictum est cap. 1. nu. 22. habet enim solúmodo iurisdictionem, vt innocētes tueatur, delinquentēs plectat. Rolan. consi. 20. num. 23. lib. 3. Plaza cap. 23. num. 23.

Secundo Decius mouetur ex eo, quod licet hoc non possit fieri pacto, neque etiam posit fieri statuto vel consuetudine: tamen

debet posse fieri pacto simul & statuto vel consuetudine: quod firmat ex eo, quod licet quis pacto non possit renunciare appellationi, aut defensionibus in causa criminali, vt dicimus infrà ca. 17. & licet etiam lex nequeat tollere defensiones, quia sunt de iure naturali, Clem. pastoralis, de re iudic. tamen si reus non appellat, & terminus labitur, ex authoritate legis, & tacito consensu rei sententia etiam in causa criminali, transit in rem iudicatam. l. 1. in fi. ff. de quæst. l. diui fratres.
30 ff. de pœnis. & in effectu inducitur renunciatio appellationis, & defensionum; adiungitur ex doctrina Baldi in cap. veniētes. nu. 9. de iureiuran. quod plus potest fieri per statutum pacto vallatū, quàm per simplex statutum. Sequuntur Decius nu. 40. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Iason in finalibus uerbis in l. nō impossibile. ff. de pactis.
31 Contrarium, imò etiam pacto, & statuto, siue consuetudine simul non posse fieri, vt huiusmodi fideiussor corporaliter puniat: voluerunt Syluester Aldobrand. & Hieronym. Gigas in addit. ad Deci. in d. cap. 2. de constitut. & ibid. Fely. nume. 2. Alex. de Neuo num. 11. Euerar. loco à pacto ad legem. num. 3. Couarru. lib. 2. variar. cap. 8. num. 8. Ioan. Matienzo in l. 10. titu. 16. lib. 5. Recopil. glo. 1. nu. 23. qui & Alex. de Neuo conantur ostendere, non sensisse aliud Gl. in d. c. cum homo.

Et mouentur isti ex eo, quod toties suprà repetitum est, neminem posse se ipsum ad mortem, aut aliam pœnam corporalē obligare: statutumq; non posse decernere, quod alter pro altero corporali pœna plectatur.

Ad argumentum Decij respōdet Gigas in addit. C. verbo potest. ad primam lecturam eiusdē Decij in d. c. 2. de constit. nu. 13. quod cum consensus fideiussoris sit nullius momēti, ex l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. non potest dici, authoritatem statuti dare robur consensui fideiubentis, quia confirmans inualidum videtur de nouo facere, l. 1. & ibi Glo. & Bald. C. de codicill. sed statutum non posset hoc ex se inducere, ergo neque confirmare consensum. Ad simile autem de non appellante à sententia criminali, idem Gigas in addit. C. verbo potestatem. ad eundem Decium in eod. cap. 2. lect. 2. num. 29. respondet, quod non appellando pars videtur acquiescere sententiæ, qui poterat confiteri, & sua confessione veniebat condemnandus. l. proinde. ff. ad leg. Aquil. Deinde, ibi agitur de delinquente non appellante, in quem lex potestatem habet, nos loquimur in fideiussore qui nihil deliquit. Couarru. etiam & Matienzo, vbi suprà, respondent, quod in eo inquisitus est, lex culpam præsumit, quæ in processum iudicialem, & cognitionem iam est deducta, vnde mirum non est, si

consentiens punitur, ratione consensus simul & legalis authoritatis, quæ non temere ministratur, sed præmissa culpæ examinatione. Menochi etiam de arbitr. lib. 1. quæst. 87. num. 8. diuersum inquit, esse in illa tacita renuntiatione, quæ legi cognita non est, sed præsumit reum nullas habere defensiones, ac in expressa obligatione, quæ prohibita est à iure naturæ.

Ego autem, quantum eiusmodi responsiones vrgeant, non expendo: sed planius respondeo, negando assumptum, nimirum quoties cõsensus partis aliquid non potest, & statutũ etiam id nõ potest, consensus & statutum simul id possint. Neque enim magis crescit alterutrius potestas, quod alteri coniungatur, quàm valor falsæ monetæ, quod alia & alia, & etiam magnus cumulus adiungatur. Adiuuant enim se ad inuicem coniunctæ res, quæ aliquid possunt, licet parum, quia plura modica (vt cum nostris loquar) faciũt vnũ satis: sed quæ prorsus nihil, etiã si iungantur, nihil possunt, quia ex nihilo & nihilo & cẽties nihilo, fit nihil.

32 Et quæ separata nihil obstant, simul etiam iuncta nihil obstant. l. patre furioso. vbi notat Ias. nu. 44. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Surdus decis. 36. sub nu.

33 33. sic probationes imperfectæ non iunguntur ad faciẽdam plenam probationem. l. spadonũ. §. qui iura multa. ff. de excusatio. tutor. Bart. à num. 44. Iason 253. in l. admonendi. ff. de iureiur. Sic etiam, inhabilitas testis qui ex toto repellitur, & nihil probat,

34 non suppletur ex numero, neq; ex habilitate aliorũ, quia, quod nihil est, non recipit incrementum: Alex. num. 71. in l. sæpè. ff. de re iudi. Marsil. singul. 559. Aym. Crau cons. 9. nu. 12. & alij alibi.

Neque simile nou appellantis vrget, quia tunc neq; lex, neque ipsius consensus tollunt appellationem: sed natura rei, quæ talis est, vt oportuerit certũ aliquod tempus statuere, intra quod appelletur, ne res in infinitum eat: quod si labitur, ipsa natura rei, quæ intra illud tempus debuit explicari, reum excludit, non cõsensus suus, neque statutum.

Concludimus ergo, neque pacto & voluntate fideiussoris, neque statuto vel cõsuetudine, neque vtrisque simul fieri posse, vt eiusmodi fideiussor nihil delinquens corporaliter puniatur.

35 Prædicta omnia videntur limitanda: in eo qui se obligaret ad pœnam corporalem de iure sibi impositam; prout in accusatore, qui se subscribit ad pœnam talionis. l. 3. l. fin. C. de accusat. l. 19. l. 26. tit. 1. part. 7. Dueñas reg. 27. cuius subscriptionis rationẽ assignat Bald. nume. 5. In l. qui crimina. C. de his qui accusa. non poss. ob terrorem accusatoris, & vt ei ante oculos sit posita pœna, si calumnietur, & ut teneatur obligatione naturali surgẽte ex con-

consensu. Idem ait Clarus.§.fin. q.12. num.11. dixit singulare, & pulchrum Aretinus nume.27. in cap.super his.de accusation. dicens, quod licet ad pœnam corporalem nemo possit se obligare ex pacto, est tamen limitandum, nisi se obligaret ad pœnam, quā ex dispositione legis esset omni nò subiturus: sequitur Ripa in l. obligatione generali. num.24.ff. de pignoribus.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Nemo potest consentire, quod à priuato torqueatur.*
2 *Potestas torquendi est meri Imperij.*
3 *Torquens volentem, punitur pœna ordinaria, ac si nolentem torsisset.*
4 *Nemo potest petere, se & reum torturæ subijci.*
5 *Neque offerre se torturæ, vt purget infamiam.*
6 *Tortura grauior est, quàm vtriusque manus abscissio.*
7 *Et morti æquiparatur.*
8 *Torquens sine indicijs consentientem, est puniendus in syndicatu, sed non tenetur actione iniuriarum.*
9 *Inculpatio offensi etiam in tortura nō facit inditium.*
10 *Nobilis non potest renunciare priuilegio ne torqueatur.*
11 *Non valet pactum, quod nisi soluat possit banniri.*

CAP. XV.

Neminem posse subijcere se torturę.

FIt etiā ex prædictis, neminē posse subijcere se torturæ, qua in re aliquot casus considero.

1 Primus casus est, cum quæritur, an quis possit consentire, qđ ab aliquo priuato torqueatur: vt euenire posset in famulo, qui de furto infamatus, permitteret domino se torquere: & eiusmodi consensum non tenere, ait, Bart. in l.interdum.58.§.qui furem.ff. de furtis.idem Bart. in l.cum seruus.num.6.ff.de cōdic. caus.dat. Bald.nu.5.in l.ob æs.C.de actio. & oblig.Angel.nu.5.Alber.nu.5. in d.§.qui furem. Ripa in l.obligatione generali.nu.22.ad fin.ff. de pignor. Brunus in tractat. de tortura.2.par.q.7.num.9. Marsil. in l.pen.num.7. ff.de quæstio. & in praxi.§.expedita.nume.57. & alij in sequentibus citandi.

Mouetur Bart.primò, quia nemo potestatem habet in se sæuiē di, cap.ex parte.de sepultur. igitur quemadmodū nemo posset se torquere, non potest permittere, quod torqueatur.l.filium.ff. ad Macedon.

2 Secūdò, quia potestas torquēdi est meri Imperij, l. defensores. C. de defensor. ciuit. Authē. de testib.§.si verò ignoti.coll.7. tenuit Guliel.de Cun.in l.Imperiū.

ff. de iurisd. om. iud. quod recipit suas declarationes, vt per Barto. ibid. num. 10. Caccial. nu. 26. Vallasc. nu. 135. Decium nu. 49. Cagnol. nu. 242. Bologn. num. 79. & alios. Ea autem quæ sunt meri Imperij, nõ possunt pactis priuatorum concedi. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudic. neque per priuatum explicari: l. non est singulis. ff. de reg. iuris. Ergo, &c.

Tertiò, quia nemo potest committere priuato, quod faciat sibi iniuriam. l. 1. §. vsqueadeò. ff. de iniur. l. 4. §. idem diuus. ff. ad leg. Corn. de sicar.

3 Non dicunt expressè, sed sentiunt prædicti, quod priuatus volentem torquens puniendus sit: qua autem pœna, non aperiunt, crederem istum esse puniẽdum, quemadmodũ si nolentẽ torsisset: arg. eorum quæ tradũt Bart. nu. 2. Ang. & Alber. in d. §. vsqueadeò. & diximus sup. c. 12. nu. 1. & 13. Imò amplius, quia per modum iurisdictionis torquendo processit delictum, videtur posse lege maiestatis puniri. arg. l. 3. §. fi. ff. ad leg. Iul. maiest.

4 Secundus casus est, quãactor probationes non habens, offert se torquendum à iudice, & petit reum, & se tormentis subijci, vt quidam stulti solent petere, & videtur aliquando obseruatum, nã eius argumenti est declamatio 7. Quintiliani. Hoc autem nullo modo admittendum est, quia nõ est modus probãdi à legibus cognitus; ita dixerunt Brunus d. tracta. de tortura. part. 2. q. 7. nu. 9. Franc. Casson. in tracta. de torment. c. 10. nu. 15. Hippol. de Marsil. in l. quæstionis habendæ. nu. 8. ff. de quæstio. & in pract. §. expedita. nu. 57. & in Rub. de fideius. nu. 242. Clarus §. fi. q. 63. nu. 6. Mascar. de prob. concl. 1129. nu. 29. Farinac. q. 37. nu. 109. & q. 46. nu. 101. Gail. de pace publica. lib. 2. c. 2. num. 15.

5 Tertius casus est, quando reus infamia pressus, vt se purget, tametsi non adsint inditia sufficiẽtia, offert se tormentis apud iudicem, & pariter hunc à iudice non esse tormentis subijciendũ, voluerunt Brunus d. q. 7. num. 8. Cassonus d. tract. de torment. ca. 5. nu. 8. Mars. in d. l. quæstionis habẽdæ. num. 5. & in d. §. expedita. num. 55. & in l. 1. nu. 2. & in l. lege Cornelia. §. constitutum. nu. 7. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Anan. nu. 1. in cap. cum causa. de raptorib. Ang. num. 6. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. vbi ait, nota contra familiares diffamatos de furto, qui dicunt dominis suis, sum contentus quod me ducas ad iudicem, & volo torqueri, nisi hoc verum est: Paris de Puteo in tract. syndicatus. q. pen. totius tract. Cagno. nu. 6. in l. nemo fraudare. ff de reg. iu. Petrus Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 24. Iul. Clar. d. quæst. 63. nu. 6. Mascar. d. conclus. 1129. nu. 18. Farinac. d. q. 37. num. 109.

Contrarium sensit Glo. verbo damnato. in d. l. interdũ 58. §. qui

furem

furem.ff. de furt. quam videntur
approbare Florian. ante num. 1.
in l.liber homo. ff. ad leg. Aquil.
& Didac.Perez gl.pen.in l.5. tit.
14. lib. 3. ordin.

6 Sed prior sententia vera est,&
tenenda, quia tortura eiusmodi
naturæ est,quam nemo possit si-
bi inferre, grauior est enim quã
vtriusque manus abscisio. Auth.
vt nulli iudicum.§. fina. Paris de
Puteo in tract.syndicatus.verbo
tortura.c.15.plures relati per Fa
rinac.q.42.nu.14. imò & æquipa-
7 ratur morti, Iaco. Damouderius
in Enchyridio parium vel simil.
tit. mors & tortura. Vnde sequi-
tur neminem consentire posse,
vt sibi inferatur: l. filium habeo.
ff.ad Macedon.

Addi potest alia ratio, qđ hic
cõsensus in torturam sit species
purgationis vulgaris, similis il-
lis, quæ fiebãt cãdẽti ferro, aqua
calida, aut frigida, quæ purga-
tiones sunt prohibitæ à sacris ca
nonibus.c.sententiam:ne clerici
vel monachi.c.ex tuarum.de pur
gatione canonica, ca. dilecti. de
purgat.vulg.c.Memnam c. consu
luisti.2.q.5. de quibus purgatio-
nibus multa nouissimè tradit sci
tu digna Martin.Delrius libro 4.
magic.disquisit.c.4.q.4. & 5.

8 Ideò si iudex sine inditijs ex
prædicto consensu reum torque
ret,esset in syndicatu puniendus
tametsi excusaretur ab actione
iniuriarum,& ipsius consentien-
tis interesse:Fran.Bru.d.q.7. nu.
9.Marsi.in d.l.quæstionis habẽdę.
nu.7.& in pract. §. expedita, nu.
57.Gail.de pace.lib.2.c.2.nu.15.
faciunt dicta suprà c. 12. nu.17.

Cæterum Decius in d.l. nemo
fraudare.nu.10.ff.de reg.iur. pu-
tat, in casu quem proponit, con-
sentientem esse torquendum, qñ
nimirum nobilis imputatus à ple
beio de aliquo delicto, conuenit
vt plebeius torqueretur, & po-
stea nobilis: tortus fuit plebeius,
ait Decius torquendum esse no-
bilem, quia iam nõ sine inditijs,
sed ex illo inditio inculpantis
torti, & in tortura perseuerantis
torquetur, nam etiam vnum indi
tum sufficit arbitrio iudicis, vt
ait notare Bar.in l.si.ff. de quæst.

Contrarium tenet Paris de Pu
teo in d. q. pen. totius tractatus
de syndicatu. Cagnol.nume.6.in
ead. l.nemo fraudare. & ita tenẽ
dum est; quia consensus nobilis
non potest operari, & inditium
non videtur sufficiẽs, quia incul
9 patio offensi etiam adhibita in
tortura non facit inditium: post
Vulpellum & Bertazolum tradit
Farinac.q.46.nu.99.nam & testis
est in causa propria, conrra l.nul
lus, ff.de testib.l.omnibus. C. eo.
& eo ipso qđ se dicit offensum,
est inimicus, Bart.in l.3.§.fi. ff. de
adimen. legat. & inimicitia per
torturã non purgatur: l.1.§. præ-
terea.& ibi latè Marsi.ff.de quæst.

10 Quartus casus est, cum quæ-
ritur, an ille qui de iure torqueri
nõ potest, vt puta nobilis, possit
renũtiare huic priuilegio, & stã-
te sua renuntiatione torqueri:
&

& in casu suo videtur sensisse Decius d.nu.10.in l.nemo fraudare.ff.de reg. iur. sed contrariũ verius est, imò nõ valere dictam renuntiationem, & ita in terminis tenet Otalora in tractatu nobilitatis.2.par.3.parti. cap.9.nu. 8.Burgos.de Paz.cons.10. nu.17. Dueñas reg.190.limitat.4.Greg. Lopez.gl.1.in l.34.tit.34. part.7. Baeça de inope debitore ca. 16. nu.56.Auiles in proœmio capit. prætor.nu.27.Ioan.Gracia in tracta.nobilit.glos.6.nu.21. Aceuedo in l.4.& 5. tit.2.lib.2.Recopi. num.15.& omnes illi,qui tenent nobilem non posse renuntiare priuilegio ne in carcerem duci possit,de quo lib.seq.cap.23.Vnde plures rationes mutuari possunt, sed in hoc nostro casu vrgẽs ratio est, quod eiusmodi torturam nemo sibi inferre potest, cum sit notabilis contusio corporis,quodque sit magna defensio rei non posse torqueri:cui in criminalibus non potest renuntiari.Glos.in l. pactum inter hæredem.ff.de pact. Nouissimè nobilem posse renuntiare huic priuilegio, ne torqueatur, tenet Petrus Barbosa in l. alia. §. eleganter.nu.17.ff.solu.matri. per regulam text.in l. penul. C.de pactis. quia, inquit, si nobilis consentiret,quod sine inditijs torqueret procederet argumentum, quod non posset sibi id inferre, ideò nec consentire, sed quando præcedunt legitima inditia, lex iubet reum torqueri. l. 1.ff.de quæstio.ideò valebit consensus nobilis,quod præcedentib. legitimis inditijs torqueatur,quia eius cõsensus non facit eum torqueri, sed potius dispositio legis, ipse autem tantùm priuilegio suo renuntiat,quod validè fieri potest.

Nihilominus non est recedendum à priori verissima sentẽtia quia lex iubet præcedẽtibus inditijs torqueri plebeium, & noluit nobilem torqueri etiam pręcedentibus legitimis inditijs,nã si non præcederent, neque plebeius torqueretur; si ergo huic priuilegio nobilis renuntiat, ex sua renuntiatione torquetur, quod fieri non potest.

11 Fluit etiam ex prædictis non valere pactum, quo quis consentit, nisi præstituto die soluerit, banno publico subijci, cum ex banno possit ad foriudicationẽ & periculum vitæ deueniri, ita multis probat Andr.Gail.de pace publica.lib.2. c. 2. à nu.13.

S V M M A R I A

Ex Capite sequenti.

1 *In pœnis alternatiuis, si verba dirigantur ad reum ipsius, est electio.*

2 *Reus eligere non potest pœnam corporalem mortis, vel mutilationis membri, pretermissa pecuniaria, si habet vnde soluat.*

3 *Eligẽs in potestate habet, quid eligat.*

4 *Qui pro reo inuito soluit pœnam pecuniariam, potest ab eo repetere.*

5 *An*

5 *An ex iusto affectu possit eligi pœna corporalis, omissa pecuniaria.*
6 *Pauperi grauior est pœna pecuniaria quàm corporalis.*
7 *Nemo tenetur vitam redimere toto suo patrimonio.*
8 *Stante statuto, quod condemnetur in mille, & nisi intra mensem soluerit, amputetur sibi pes, elapso mense, potest iudex omittere pœnã corporalẽ, & exigere pecuniariũ.*
9 *Reus an eligere possit aliam pœnam corporalem leuiorem, omissa pecuniaria. & num. 13.*
10 *Soluens pro capto ab hostibus inuito, & reluctante, repetit.*
11 *Soluens pro condemnato in centum, & nisi soluerit sit bannitus, repetit.*
12 *Soluens pro inuito carcerato pro debito ciuili, repetit.*
14 *Stante statuto, de quo suprà num. 8. an reus possit renuntiare mensi.*
15 *Vulgo inaniter persuasum, meretrices posse petere in maritos eos, qui ducuntur ad mortem, & esse liberandos.*
16 *Ducens meretricem opus agit charitatis.*
17 *Liceret condemnato ad mortem mallem mori, quàm meretricem ducere.*

CAPVT XVI.

Neminem posse eligere pœnam corporalem, prætermissa pecuniaria.

1 Quoties lex alternatiuè aliam vel aliam pęnam imponit reo, cuius sit electio, ipsius, an iudicis, variarunt interpretes nostri. Et ad rem de qua agimus, crebrius videtur receptum, quod si verba diriguntur ad reum, ipsius sit electio. tradit Bartol. in l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. Bart. nu. 4. Bald. nu. 18. Saly. c. nu. 7. Decius num. 96. Mantua. num. 24. in l. quicunque. C. de seruis fugit. Marian. Socin. in cap. sicut. à num. 20. de Iudæis. Felyn. num. 7. Decius nu. 36. Ripa num. 64. in cap. inter cæteras. de rescrip. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 94. Iul. Clarus §. fin. quæst. 85. num. 6. Gregor. Lopez. gloss. 3. in l. 1. tit. 13. par. 2. tametsi sint qui contra velint, cuiusmodi sunt Cepolla nu. 60. in d. l. quicunque. Arnald. Alberti. in repe. cap. quoniam. de hæreti. lib. 6. q. 8.

Sed præsupposita cõmuni doctrina, quæstionis est, si alternatiua constet ex pœna corporali & pecuniaria; vtrùm liceat reo, cuius electio est, malle pœnã corporalem, an verò teneatur eligere pecuniariam, & vt distinctius procedam, aliquot casus considero.

2 Primus casus est, quando imposita est pœna mortis, aut mutilationis membri in vna parte alternatiuæ, & pœna pecuniaria in altera parte; & in hoc casu, istum eligere non posse pœnam corporalem mortis, vel mutilationis, si habet vnde pecuniam soluat: dixerunt Bald. num. 23. Paul. Castrens. num. 9. Fulgos. nu. 10. Angel. num. 7. Mantua. nu. 35. ad fin. in 2. lect. in l. quicunq;. C. de ser-

uis

& in casu suo videtur sensisse Decius d.nu.10.in l.nemo fraudare.ff.de reg.iur. sed contrariũ verius est, imò nõ valere dictam renuntiationem, & ita in terminis tenet Otalora in tractatu nobilitatis.2.par.3.parti. cap.9.nu.8.Burgos.de Paz.cons.10. nu.17. Dueñas reg.190.limitat.4.Greg. Lopez.gl.1.in l.34.tit.34. part.7. Baeça de inope debitore ca. 16. nu.56.Auiles in proœmio capit. prætor.nu.27.Ioan.Gracia in tracta.nobilit.glos.6.nu.21. Acenedo in l.4.& 5.tit.2.lib.2.Recopi. num.15.& omnes illi,qui tenent nobilem non posse renuntiare priuilegio ne in carcerem duci possit,de quo lib.seq.cap.23.Vnde plures rationes mutuari possunt, sed in hoc nostro casu vrgés ratio est, quod eiusmodi torturam nemo sibi inferre potest, cum sit notabilis contusio corporis,quodque sit magna defensio rei non posse torqueri:cui in criminalibus non potest renuntiari.Glos.in l. pactum inter hæredem.ff.de pact. Nouissimè nobilem posse renuntiare huic priuilegio, ne torqueatur, tenet Petrus Barbosa in l. alia. §. eleganter.nu.17.ff.solu.matri. per regulam text.in l. penul. C.de pactis. quia, inquit, si nobilis consentiret,quod sine inditijs torqueret procederet argumentum, quod non posset sibi id inferre, ideò nec consentire, sed quando præcedunt legitima inditia, lex iubet reum torqueri. l. 1.ff.de questio.ideò valebit consensus nobilis,quod præcedentib. legitimis inditijs torqueatur,quia eius cõsensus non facit eum torqueri, sed potius dispositio legis, ipse autem tantùm priuilegio suo renuntiat,quod validè fieri potest.

Nihilominus non est recedendum à priori verissima sentẽtia quia lex iubet præcedẽtibus inditijs torqueri plebeium, & noluit nobilem torqueri etiam præcedentibus legitimis inditijs,nã si non præcederent, neque plebeius torqueretur; si ergo huic priuilegio nobilis renuntiat, ex sua renuntiatione torquetur, quod fieri non potest.

11 Fluit etiam ex prædictis non valere pactum, quo quis consentit, nisi præstituto die soluerit, banno publico subijci, cum ex banno posit ad foriudicationẽ & periculum vitæ deueniri, ita multis probat Andr.Gail.de pace publica.lib.2. c. 2. à nu.13.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *In pœnis alternatiuis, si verba dirigantur ad reum ipsius, est electio.*

2 *Reus eligere non potest pœnam corporalem mortis, vel mutilationis membri, pretermissa pecuniaria, si habet vnde soluat.*

3 *Eligẽs in potestate habet, quid eligat.*

4 *Qui pro reo inuito soluit pœnam pecuniariam, potest ab eo repetere.*

5 *An*

5 *An ex iusto affectu possit eligi pœna corporalis, omissa pecuniaria.*
6 *Pauperi grauior est pœna pecuniaria quàm corporalis.*
7 *Nemo tenetur vitam redimere toto suo patrimonio.*
8 *Stante statuto, quod condemnetur in mille, & nisi intra mensem soluerit, amputetur sibi pes, elapso mense, potest iudex omittere pœnã corporalẽ, & exigere pecuniariã.*
9 *Reus an eligere possit aliam pœnam corporalem leuiorem, omissa pecuniaria. & num. 13.*
10 *Soluens pro capto ab hostibus inuito, & reluctante, repetit.*
11 *Soluens pro condemnato in centum, & nisi soluerit sit bannitus, repetit.*
12 *Soluens pro inuito carcerato pro debito ciuili, repetit.*
14 *Stante statuto, de quo suprà num. 8. an reus possit renuntiare mensi.*
15 *Vulgo inaniter persuasum, meretrices posse petere in maritos eos, qui ducuntur ad mortem, & esse liberandos.*
16 *Ducens meretricem opus agit charitatis.*
17 *Liceret condemnato ad mortem malle mori, quàm meretricem ducere.*

CAPVT XVI.

Neminem posse eligere pœnam corporalem, prætermissa pecuniaria.

1 QVoties lex alternatiuè aliam vel aliam pęnam imponit reo, cuius sit electio, ipsius, an iudicis, variarunt interpretes nostri. Et ad rem de qua agimus, crebrius videtur receptum, quod si verba diriguntur ad reum, ipsius sit electio. tradit Bartol. in l. 1. §. expilatores. ff. de effraction. Bart. nu. 4. Bald. nu. 18. Salyc. nu. 7. Decius num. 96. Mantua. num. 24. in l. quicunque. C. de seruis fugit. Marian. Socin. in cap. sicut. 2. num. 20. de Iudæis. Felyn. num. 7. Decius nu. 36. Ripa num. 64. in cap. inter cæteras. de rescrip. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 94. Iul. Clarus §. fin. quæst. 85. num. 6. Gregor. Lopez. gloss. 3. in l. 1. tit. 13. par. 2. tametsi sint qui contra velint, cuiusmodi sunt Cepolla nu. 60. in d. l. quicunque. Arnald. Alberti. in repe. cap. quoniam. de hæreti. lib. 6. q. 8.

Sed præsupposita cõmuni doctrina, quæstionis est, si alternatiua constet ex pœna corporali & pecuniaria; vtrùm liceat reo, cuius electio est, malle pœnã corporalem, an verò teneatur eligere pecuniariam, & vt distinctius procedam, aliquot casus considero.

2 Primus casus est, quando imposita est pœna mortis, aut mutilationis membri in vna parte alternatiuæ, & pœna pecuniaria in altera parte, & in hoc casu, istum eligere non posse pœnam corporalem mortis, vel mutilationis, si habet vnde pecuniam soluat: dixerunt Bald. num. 23. Paul. Castrens. num. 9. Fulgos. nu. 10. Angel. num. 7. Mantua. nu. 35. ad fin. in 2. lect. in l. quicunq;. C. de ser-

uis

uis fugit. Cepolla nu. 60. Decius nu. 97. in l. si fugitiui. eod. tit. Maria. Soci. num. 30. Fely. nu. 5. in c. sicut Iudæi. de Iudæis. Fely. nu. 7. Decius nu. 37. Ripa nu. 35. in c. inter cæteras. de rescrip. Paul. Castren. nu. 2. Alex. nu. 15. in l. quãuis. ff. solu. matrim. Alex. ad Bart. in l. non tantum. ff. de appella. & in l. Stychus, ff. de pecul. legat. Felyn. num. 15. in cap. pastoralis. §. si verò. de officio deleg. Decius nu. 22. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudi. Felyn. in capit. contingit. nu. 2. ad fin. de sen. excom. Marsil. sing. 651. nu. 2. Arnal. Alberti. in d. c. quoniam. q. 8. Ias. nu. 48. in §. pœnales. Insti. de act. Clarus §. fin. q. 85. nu. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 87. nu. 7.

Mouentur isti primò, quia nõ est verosimile, statutum in hoc dedisse reo electionem, sed potius cogitasse, quod si haberet vnde solueret pœnam pecuniariam, omninò pecuniaria puniretur: sin minus, in corpore, argumento text. in l. aut facta. §. proinde. ff. de pęn. vbi traditur, non posse iudicem dare reo electionem mortis. Sed huic argumento respondet Ripa nu 65. in cap. inter cæteras. de rescriptis. quod hoc casu, non dat iudex electionem, sed lex, vel statutum quæ possunt dare. Et cum regula sit, quod dirigendo verba ad reũ illi videtur data electio, lex quæ hoc sciuit, cum eo modo concepit verba inter pœnas corporalem & pecuniariam, vtique voluit reo dare electionem.

Secundò, quia nemo potest se occidere, aut membrum sibi abscindere: c. si non licet 23. quæst. 5. cap. ex parte. de sepult. igitur non poterit eligere illam viam, per quam deueniatur ad morté, vel abscissionem membri: argumento tex. in l. oratio. ff. de spon salib. Huic argumẽto respondét Decius nu. 4. in l. inuito. ff. de regulis iuris. & nu. 99. in d. l. si fugitiui. idem Decius num. 38. Ripa nume. 65. in d. cap. inter cæteras. quod non videtur reus ipsemet se occidere, quod vtique facere non potest, sed cum eligat authoritate legis, lex ipsa est, quæ eam pœnam imponit. l. 1. §. qui mandatam, ff. de officio eius. l. pater filio. ff. de manumiss. testamen. ibi *solam electionem filio dedit, cæterum ipse manumisit*. Quæ lex sine dubio in vitam hominum delinquẽtium potestatem habet. Sed Menoch. d. q. 87. & Arnald. Alberti. in d. cap. quoniam. q. 8. nume. 15. replicant, quod hoc haberet locum, quando ipsa lex expressè diceret, reus eligat: at nunc sumus in casu, in quo disputamus, an credendum sit, legem voluisse electionem dare reo, & coniectamur noluisse; quia licet regula sit, quod si verba dirigũtur ad reum, videatur illi data electio, tamẽ debet ex æquitate naturali limitari, quoties in altera parte alternatiuæ adest pęna corporalis, vt tunc non data electio, sed prouisa videatur subrogatio,

tio, in casu quo pecunia solui nõ possit.

Ipse, tametsi admitterem, esse datam electionem, facilè me explicarem: nihilominus enim reũ non posse eligere mortem, aut membri mutilationem defenderem. Quia iam in eligendo in potestate sua est, quid eligat: l. vtrum. §. cum quidam. ff. de re-
3 bus dub. Glos. & Doct. in cap. relatum. de præbend. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 4. numer. 12. cum sequen. hunc ergo animi sui motum applicare non potest ad mortem, quam sibi nõ posset inferre, neque propterea frustratoria erit electio à lege tributa, si perpendis limitationẽ statim adducendam.

Tertiò, Bald. adducit text. in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat. & tex. in l. si fratres. §. idẽ respondit societatem. ff. pro socio. qui parum vrgent.

Quartò, omnino ferendus nõ est, diues, qui soluere potest pecuniariam pœnam, & mauult, summa auaritia ductus, occidi, aut pede manuuè mutilari: ac impiè & præposterè præfert pecunias corpori, quod pretiosius est. l. in seruorum. §. fin. ff. de pęnis. l. sancimus. C. de sacrosan. Eccles. cap. cum infirmitas. §. cæterum, de pœnit. & remiss. c. per vestras de dona. inter vir. & vxo.

Vnde quidquid sentent Decius num. 99. in l. si fugiti. C. de ser. fugit. & in l. inuito. nu. 4. ff. de reg. iur. ac idem Dec. nu. 38. Ripa num. 65. in c. inter cæteras. de rescrip. non est recedendum à p̃dicta cõi & verissima sententia.

4 Ampliatur, quod adeò procedat, vt si pro eiusmodi cõdemnato, etiam inuito & reluctante aliquis soluat pęnam pecuniariam, possit postea ab eo illam repetere: non obstante regula tex. in l. fi. C. de nego. gestis. ita Bartol. in l. Stychus. nu. 1. ff. de pecul. lega. per tex. ibi Bald. in l. fina. num. 2. ff. de condit. institut. Bald. nu. 7. Alex. num. etiam 7. in d. l. fina. C. de negot. gest. Felyn. num. 15. in cap. pastoralis. §. si verò. de offic. delega. Pau. Castren. num. 2. Alexan. num. 12. in l. quamuis. ff. solut. matrim. Decius num. 3. Cagn. num. 7. Mayner. num. 15. in l. inuito. ff. de regul. iur. Catellianus Cotta in memoralibus verbo beneficium. Socin. lit. E, regula 28. limitat. 3. & in consil. 26. num. 13. lib. 1. Decius consl. 691. num. 7. Alciat. in c. cum nõ ab homine. nu. 128. de iudic. Segura in l. 1. §. si vir. num. 123. ff. de acquir. pos. Tiraquel. de nobil. c. 6. n. 39. Tiber. Decia. lib. 9. tract. cri. ca. 1. nu. 27.

Ponderatur pro hac sñia text. in l. at si quis. §. idem Labeo. ff. de religios. & sumptib. fune. vbi qui prohibẽte hęrede testatorẽ funerauit, actionẽ habet aduersus eũ funeratiã, quia interest Reipublicæ, humari corpora mortuorũ: l. 2. §. 1. & §. diuus. ff. de sepulchro violato. ergo, & qui vitã aut integritatem hominis seruat eo prohibente, quia non minus interest

eſt Reipublicæ, homines viuentes cõſeruari, quam mortuos tumulari: l. cum ratio. ff. de bon. damnat.

Ponderantur etiam tex. in d. l. quamuis. ff. ſolu. matrim. & in d. l. Stychus. ff. de pecul. legat. & cõducit, quod de medico curante inuitum, ſcribimus libro 2. ca. 7. nu. 13.

5 Limitantur prædicta communis reſolutio, & eius ampliatio, ne procedant, quoties aliqua iuſta cauſa moueat reum, ad eligẽdam potius pœnam corporalem quàm pecuniariam: ſi credimus Paul. Caſtrenſ. in l. quicunque. nume. 9. C. de ſeruis fugitiu. vbi ait quod ex iuſta cauſa ſic eligẽs eſt admittendus, & Fulgoſ. ibi num. 10. qui dicit, quod ſi mouetur affectu iuſto mos ei gerendus eſt: ac Felyno. num. 7. verſ. quinimo dixit in cap. inter cæteras. de reſcript. qui videtur ſequi Fulgoſum. Finge reum eſſe ſenem, valetudinarium, habere plures filias fœminas, & pœnam pecuniariã abſorbere vniuerſum eius patrimonium, hic reus, ſi quantum habet, in ſolutionem pęnæ erogat, dum ſeruatur, inops & egenus, viſurus filias mẽdicare, ac ob inopiam grauius aliquid paſſuras, crudelius occiditur. Nunquid nõ erit vtilius ei, iamiam labentem animam aliquot menſibus prius emittere, pede aut manu carere, quàm tota ſub-
6 ſtantia ſpoliari? Conducit quod ait Cynus, nu. 3. in l. nemo. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. qđ pauperi grauior pœna eſt pecuniaria, quàm corporalis: ſequũtur Bal. num. 1. in l. fi. ff. de in ius vocan. Bartol. in l. 1. §. fi. ff. de pęnis, & alij, vt per Farinac. quæſt. 42. num. 22.

Cõprobatur ex eo, quod aiunt Bañes in 2. 2. q. 32. artic. 3. dub. 2. contra tertiam concluſionem in reſponſione ad 1. argumentum. & in q. 33. artic. 3. dub. 4. & in reſponſione ad 3. argumentũ. Aragon. in 2. 2. quæſt. 64. articu. 5. argumento 6. & in reſponſione, qđ nemo tenetur in extremo peri-
7 culo conſtitutus, vitam redimere toto ſuo patrimonio, vt ſi indigeret herba aliqua, quam non poſſet conſequi, niſi daret ſuum regnum, aut ſuum patrimonium: quia debet, vel ſaltẽ poteſt, plus, velle pro conſeruatione ſui ſtatus, & filiorum, qua in re habemus Gl. in Summa. 83. diſtin. quæ ſic ait. *Si quis vult me interficere, niſi ei dem pecuniam, nunquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita videtur, per boc, quod hic dicitur, & 86. diſt. non ſatis in princip. dicunt tamen quidam, ſolos prælatos ad hoc teneri, vt 12. quæſt. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. alij dicunt, quod quilibet tenetur redimere vitam alterius.* Hactenus Glo. quæ in principio loquitur de redimenda vita propria, & in fine de redimenda aliena. Summa Tabiena, verbo, homicidium, num. 11. intelligit, quod illa gloſ. ſentit nõ teneri. Contrarium, imò quod velit teneri, ait

Cor-

Corsetus in singul. verbo expensæ. num.2.& quod alium debeat redimere,quantum sua possibilitas patitur,salua sua necessitate, ait Silúester verbo homicidium. 1.quæst.6. Petrus verò Nauarra de restitu.lib. 2.cap.3. nume.59. ait, qđ pro redimenda propria vita tenetur quis, etiam necessaria status dare, allegās summam Armillam verbo homicidium. in fine.

8 Certè quando ageretur de vita,nimis durum esset practicare istam limitationem , & maxima iudicē caperet miseratio, adeò, quod nullus posset induci,ad acquiescendū. Et ratio communis, quod hæc electio videri non debeat à lege hoc casu concessa, nimis vrget : si verò ageretur tantùm de mutilatione pedis, aut manus, tales possent concurrere circumstātiæ,quæ efficerent, posse hanc limitationem in praxi obseruari.

9 Secundus casus est,cum pœna non fuit alternatiuè posita, sed vna fuit in aliam transfusa,vt qa dicit lex,condemnetur in mille, & nisi illa intra mensem soluerit suspendatur,vel amputetur manus. Et hoc casu, non potest agi de electione,vt ait Bald.in l.fina. ff de in ius vocan.ante num.1.nā ante lapsum mensis sola pęna pecuniaria est in condemnatione , post mensem sola corporalis, & quod tunc non possit agi de pecuniaria, sed omninò imponenda sit corporalis, voluit Fulgos. num.10.in l.quicunque.C.de seruis fugit.sentit Bald. nume.2. in l.commissoriæ. C. de pactis inter emp.& venditor,& defendūt Felyn.nu.4.in cap. sicut Iudæi , de Iudæis. Arnal.Alberti.in repeti. cap.quoniam.de hæret.lib.6.q.8. num. 11.

Contrarium , quod nihilominus elapso mense,possit iudex,si reus diues est, etiam eo reclamāte,& contradicēte, omittere corporalem,& exigere pęnam pecuniariam,volunt Bartol. in l. cum duobus §.fi.num.2. ff pro socio. Angel.num.7.Paul.Castrens. nume.9.in d.l.quicunque. dicit magis communem Ripa num.63.in cap.inter cæteras.de rescript. & sequuntur plures,quos citāt Clarus.§.fin.quæst.85.nu.7. Farinac. quæst.26. num.15. & ita pietatis causa,& ob rationes suprà adductas tenendum est.

Tertius casus est, quādo alternatiua versatur inter pęnam pecuniariam, & aliam corporis afflictiuam, non tamen mortis vel mutilationis membri, sed leuiorem,quam posset quisque sibi inferre: prout quatuor ictuum funis, fustigationis,exilij,aut similium; & in hoc etiam casu non posse reum eligere pęnām corporalem, aiunt Bald. & Fulgos. nu. 10.in d.l.quicunque.Mars.singu. 651.num.2.Felyn.num.7. in cap. inter cæteras. de rescri. & quod ita etiam loquatur cōmunis , ait Decius in l.si quis id quod. num. 23.ff.de iurisdictione omn. iudi.

Et

Et in hoc etiam casu, quod sol uens pro inuito possit repetere, ait Bart. num. 1. in l. Stychus. ff. de pecul. legat. dum generaliter inquit, obtinere in eo, qui soluit pro omni eo, quod tangit personam, vel libertatem, vel vitam, vel ciuitatem: Bald. num. 7. in l. fi. C. de negot. gest. Mayner. num. 15. in l. inuito. ff. de reg. iur. & in eo qui soluit pro capto ab hosti-
10 bus inuito & reluctãte Alexan. num. 7. in d. l. fin. Cagnol. num. 7. in d. l. inuito. Decius consil. 691. num. 6. Carroz. de locato in materia de medico. quæst. 2. num. 5.
11 & in soluente pro condemnato in centum, & si non soluerit, sit bannitus: Barto. in d. l. Stychus. num. 1. Deci. num. 2. in dicta l. inuito. imò, & in soluente pro condemnato ciuiliter inuito, qui car
12 ceratus est, quia carcer est species seruitutis, à qua potest inuitus liberari, l. 1. & 2. ff. de liberal. caus. dicunt Ioan. Andr. & Francus num. 6. in cap. cum. C. laicus. de foro compet. lib. 6. Imola in cap. ex literis. de pignorib. Tiraquel. de nobilit. c. 6. nu. 39. Carroz. de locat. ad longum tempus. quæst. 6. num. 145. folio 62.
13 Contrarium, imò quod iste possit eligere pęnã corporalẽ in hoc casu, & omittere pecuniariã; dixerunt & melius, Socin. nu. 32. in cap. sicut. de Iudæis. Decius nume. 23. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omni. iudic. idem Decius num. 38. & Ripa. num. 65. in c. inter cæteras. de rescript. & secundum istam sententiam iudicasse Senatũ Mediolani, ait Clarus §. fin. quæst. 85. num. 6. ad fin. Et ita tenẽdum est, cum eiusmodi leues percussiones possit vnusquisq; sibi inferre, vt dictum est cap. 11. nume. 8. & fieri potest, qđ reo sit vtilius, luere in corpore, quam in ære, cum, vt dictum est, pauperi sit grauior pęna pecuniaria; & cum habeat electionẽ à lege, neque quidquã impediat, quominus illa vti possit, mos ei gerendus est. Vnde in hoc casu, soluenti pro inuito & reluctante non darem repetitionem.

4 Quartus, & pro nunc vltimus casus est, cum quęritur, stante lege, quod reus condemnetur in mille, & nisi intra mensem soluerit, suspendatur, vel amputetur ei pes, vel manus: an iste reus possit renuntiare huic mensi? & quod non possit, ait Bald. nume. 8. Alciat. 127. in c. cum non ab homine. de iudic. Cotta in memora lib. verbo beneficium. Ias. nume. 12. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & num. 18. in l. penul. C. eod. titu. quod confirmatur ex adductis infrà c. 17. num. 31. vbi probabimus, neminem posse renuntiare dilationi, vt citiùs condemnetur, quia nõ potest abbreuiare tempus vitæ suæ.

Prædictis annectam quæstiunculam; persuasum est vulgo, fuisse aliquando consuetudinem, quod si reus, qui ducitur ad mortem, ab aliqua meretrice in matrimonium petatur, indulgendũ

sit

fit ei, fauore pietatis, quo illa meretrix à peccato liberetur: quod in Hispania practicari, ait Paris de Puteo & in Francia, Iacobus de Bellouisu, vt referunt Tiraq. de pœnis temper. causa 56. Couarru. 2. par. de sponsal. cap. 3. §. 4. nume. 17. Plaza de delictis ca. 34. num. 15. Anto. Gomez. tomo 3. cap. 13. num. 57. versic. quintus casus. Quod tamen, neq; in Francia hodie est in vsu, vt ait Tiraq. neq; in Hispania admitteretur, vt ait Anton. Gomez. Adiungitur etiam fabella, quod cũ quidã duceretur, & meretrix vetula & deformis prosiliret eum petens, à circunstantibus admonitus de sua fortuna, respexisse Megeram illam, dixisseq;, malle mori. Nũc ergo quæro, si casus similis eueniret, an licitum esset, eiusmodi vitæ remedium respuere? Pro parte negante facit, quod videtur vitam perdere, qui tueri eam potest: & sicut non edens cum possit, sicut non fugiens à domo ruinosa, se occidit: ita & qui sibi per id matrimonium non consulit. Præterea, qui ducit meretricem, & eam à peccato liberat opus agit charitatis, & remissionem consequitur peccatorum.
16 cap. inter opera charitatis. de sponsalib. aut omnium peccatorum, iuxta sententiam Cardinalis, & Præpositi ibid. aut certæ partis eorum, cuius pœnam conuenit ei indulgeri, propter istud misericordiæ opus: Couarru. 2. part. de sponsalib. c. 8. §. 11. nu. 3. E contra non omninò purus videtur, qui ducit meretricem, siquidem ea defuncta promoueri non potest: cap. maritum. 33. distinct. cap. si quis viduam. 34. distinct. cap. non est culpandus. 32.
17 q. 1. Equidem crediderim, istum non teneri vitam redimere iactura honoris, & grauiori remedio quàm est ipsa mors: ideoque licitum esse ei malle breui morte, quàm perpetua pœna cruciari. Præterea, multa incommoda & scandala ex eo matrimonio timeri possunt. Et præceptum tuendi vitam vt affirmatiuum, non obligat cũ tã difficili medio, prout non tenetur quis pati dolorem immensum ex sectione cruris, vt vitam conseruet. Neque simile non edentis aliquid vrget, nõ edere enim naturaliter inducit mortem, ideò nõ edens se ipsum idemmet occidit, quod prohibitum est lege diuina, idem est in non fugiente à domo ruinosa. Et comprobari potest ex his quæ libro secundò fusè disserimus.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Etiã in foro cõscientiæ licitũ est, occidere aggressorẽ, pro sui defensione.*
2 *An aggressus possit seipsum non defendere, an verò teneatur ad defensionem. & nu. 5.*
3 *Prodigalitas regulariter est peccatũ, et si opponitur iustitiæ, est mortale.*
4 *Quando teneatur quis alium defendere, ne occidatur.*

6 *Tolerare mortem nō est laudabile secundum se, sed secundum quod ordinatur ad aliquod bonum virtutis.*
7 *Maxima perfectionis est, pro asserenda fide pati mortem.*
8 *Sanctus Abel fuit martyr.*
9 *Et beatus Isaac iustè fecit, non se defendere.*
10 *Licitum est malle mori, quàm aduersarium occidere, quando aliter se defendere non potest, nisi aggressorem occidendo.*
11 *Nisi in homine publicè vtili.*
12 *Bannitus ad mortem an possit, vel debeat se non defendere, ab occidente. & num. 15.*
13 *Iustè damnatus ad leones, an possit se ab illis non defendere. & nu. 15.*
14 *Aduersus iudicem, vt iudicem iusta decernentem, nemo potest se defendere.*
16 *Peccat qui defensiones suas in causa criminali non allegat.*
17 *Imputatus de delicto ab alio facto, an possit tacere, ne verum reū prodat.*
18 *Non valet renuntiatio defensionum in criminalibus.*
19 *Appellationi non potest renuntiari in criminalibus.*
20 *Executio in criminalibus non potest fieri infrà decem dies datos ad appellandum.*
21 *Intellectus l. addictos. C. de Episcop. audien.*
22 *Defensionibus suis in causa status nemo potest renuntiare.*
23 *Probationi defensionum in causa criminali non licet renuntiare.*
24 *A probationibus pendet victoria.*
25 *Ratificationi testium non licet renuntiare in criminalibus, hoc est habere testes pro repetitis.*
26 *Testes ante litem contestatem recepti etiam de consensu partium non faciunt fidem.*
27 *Omissa testium repetitione reus condemnari non potest.*
28 *Partes possunt dare licētiam iudici, vt recipiat testes illis absentibus.*
29 *Termino & dilationi an possit renuntiari in causa criminali.*
30 *Probationes in causa criminali possunt fieri sine termino, & post lapsum termini.*
31 *Ferijs Paschalibus possunt expediri causa carceratorum, qui absoluendi sunt, non eorum, qui sunt condē nandi.*
32 *Stante statuto, quod reus condemnetur in centum, & nisi intra mensem soluerit, amputetur ei manus, non potest huic mensi renuntiare.*
33 *Solita concedi à Principe non reputantur impossibilia.*
34 *Dilationi statutaria non potest renuntiari.*

CAPVT XVII.

Quatenus se quisque defendere teneatur.

Defensionem suam cuiq; esse omni iure licitam, etsi pro tuendo corpore hominem occidat, lippis & tonsoribus (vt aiunt) notissimū est. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. capit. significasti. de homicid. c. dilecto. de sent.

sen.excom.lib.6.& licet fuerint, qui iudicauerint, in foro consciẽtiæ non licere, occidere aggressorem, pro defensione etiam moderata: cuiusmodi fuerunt Gl. verbo nam iure. Ias. num. 22. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Ioan. Gerson in tracta. de Eucharistia. Abulens. super Matth. cap. 5. q. 109. & quidam alij. In contrarium tamẽ est communis, & verior sententia: S. Thomas 2.2. quæst. 64. art. 7. Soto lib. 5. de iustit. & iur. q. 1. art. 8. Nauarra in tract. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 330. Decius numer. 40. Bologn. 64. in d. l. vt vim. Couar. in clem. si furiosus. 3. par. §. vnico. num. 1. Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 2. & alij alibi.

Maior autem versatur difficultas in explicando, an hæc defensio, quæ cuicunque permissa est, sit etiam ita præcepta, vt licitum non sit defensionem suam omittere; an verò possit quis pati, se occidi, & se non defendere, quę res quia in plura veluti membra diducitur, aliquot consideratis casibus explicanda est.

2 Primus casus est, cum quæritur, an aggressus teneatur necessario vitam suam defendere, an verò possit se non defendendo pati mortem. In qua quæstione, quod peccet, qui se nõ defendit, si potest, tenent Ioannes de Lignano in tractatu de bello. c. 83. habetur in 16. volum. tract. Paul. Castrens. in l. 1. §. ius gentium. numer. 9. ff. de iust. & iur. Hippolyt. de Marsilijs in l. vnius. §. cogniturum. num. 56. ff. de quæstio. Marius Salomonius in repetitio. l. vt vim. 15. ff. de iustitia & iure. Petrus Plaza in Epitome delictorũ. cap. 23. num. 2. colum. 6. versic. & fortissimum. Dominic. Soto lib. 4. de iustitia & iure. quæst. 1. arti. 3. conclus. 4. versic. tertio idem patet. & in tract. de ratione tegẽdi secret. memb. 1. q. 3. conclus. 3. argumento 4. Martinus Nauarrus in Manuali. cap. 24. num. 18. Pro quibus considero.

Primò, quod vnicuique à Deo data est vitæ suæ custodia: vt ait Egesip. lib. 3. de excidio Hierosolym. capit. 17. sicut ergo peccat; qui eam non custodit, præcauendo alia infortunia, quæ præcauere potest, veluti fugiendo à domo ruinosa, ignem, vel rapidum flumen non ingrediendo, ita videtur peccare, qui se non defendit, quia vitam suam vt debet nõ custodit.

Huic argumento responderi potest, quod procedit, quando ex non defensione induceretur volitio mortis propriæ directa; quando aut non inducitur directa volitio mortis, sed tantum tolleratio vt effectus, prout esset, quando quis ob aliquod bonum virtutis se non defenderet, esset licitum: iuxta ea quæ resoluimus infrà lib. 2. c. 1. & seq.

Secundò, eadẽ lex naturæ quę nos inclinat ad vitam conseruandam, inclinat ad illam defendendã. l. 1. §. cũ arietes. ff. si quadrupes pauper. fecis. dicat. l. 4. §. scię

tiam.& §.qui cũ aliter.ff. ad leg. Aquil. sed eum qui se occidit, peccare, quia facit contra hanc legem naturæ, concludit S. Thomas & communis in 2. 2. quæst. 64.ar.5. igitur eodem modo pec cat, qui se non defendit, quãdo quidem agit aduersus eandem legem naturæ.

Responderi potest, quod præceptum tuendi vitam est affirmatiuum, ideò non obligat semper & ad semper, vnde ex circunstãtijs potest desinere obligare: iuxta ea quę resoluimus d.li.2.c.1.

3 Tertiò, prodigalitas regulariter est peccatum, S.Thom.in 2.2. q.119.articu.& quando opponitur iustitiæ, est mortale, Nauar. in Manuali.c.23.num.70. sed qui se sine causa nõ defendit, vitam prodigit, id quod respectu Reipublicę cui ciuis subtrahitur, est contra iustitiam: Aristotel.lib.5. Ethicor.cap.11.S.Tho.2.2. q.59. artic. 3. ergo sine causa se ipsum non defendere, est peccatum.

Responderi potest, quod hoc procedit quando sine causa fieret, at quãdo ob iustam causam, non diceretur prodigalitas, sed actus virtutis.

4 Quartò, qui se non defendit, cum possit, actum agit, ex quo sequitur mors, igitur sui homicida est: vt colligit S. Thomas in 2. 2. quæst. 69. articu. 4. ad 2. & queadmodum gubernator nauis qui non seruat eam, si potest, dicitur illam submergere: ita qui non seruat vitam, cum potest, dicitur illam abrũpere: quid enim interest, quis agendo, an cessando se occidat? facto suo an alterius, eo sciente, & nolente prohibere cum possit?

Responderi potest, quod qui negatiuè se gerit propter aliquod bonum virtutis, non dicitur se occidere, quia vult illud bonum virtutis, vt finem, se non defendere, vt medium, mortem autem nullo modo vult, sed tolerat inuitus tãquam effectũ, ideò non potest dici sui homicida: iuxta ea quæ resoluimus lib.2. c. 1.

Quintò, qui se non defendit à fame edendo, peccat, capit. non mediocriter. & ibi. Doct. de consecra.dist.5. etiam si iustè condẽnatus esset ad pereundum inedia: vt deducimus lib.2. c.6. ergo & qui se nõ defendit ab alio quocunque eum occidente.

Responderi potest, quod non edere, necessario & effectu naturali inducit mortẽ, ideò nõ edẽs sine implicatione non potest dici, quin velit & intendat mortẽ suam propriam: qui se non defendit, non intendit mortem suã quod fusiùs explicamus dicto libro 2.cap.1.

Sextò, de iure ciuili secũdum veriorem sententiam per l. culpa caret.ff.de regul.iuris.l. vtrũ, ff.de parricid.l. Gracchus. C. ad leg.Iul de adulter.aut quidquid sit de iure ciuili, omninò de iure canonico, saltem in foro consciẽtiæ, tenetur quilibet alium defendere, ne occidatur, saltẽ lege chari-

charitatis; alias dicitur fauere delinquenti: c. sicut dignum. §: illa etiam.de homicidio.c.quantæ.in fi.de sent.excom.c.dilecto. eod.tit.lib.6. ca. non inferenda. c.qui potest.ca.fi.23.q.3.c.pasce. 85.distin.c.Deus.3.q.1.Nauar.in Manuali.c.24. nu.16. cum seq.& num.20.Gloss. & DD. in l. culpa caret.ff.de regul. iur. vbi Decius nu.10.Bologn.in l.vt vim.nu.78. cum seq.ff.de iusti.& iu.Farinac. q.51.num.5.11.& 23. Hinc enim Exodi c.2.Moyses defendit Hebræum ab Aegyptio: & Salomon Prouerb. cap.24. ait. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad necem liberare ne cesses.* Quæ verba refert tex.in d.c.non inferenda.Et Eccl. cap.37. dicitur. *Deus creauit de terra hominem, & mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Imò & inuitos tenemur defendere. cap. & qui emendat. 45.distin.Igitur multò magis tenetur quisq; se ipsum defendere,cum teneatur se ipsum diligere plus quàm alios: l. præses.C. de seruit.& aqua c.nisi specialis. de authorit.& vsu pallij.c. si noluit.13.quæst.5.Summa enim diligendi proximum ratio est ad exemplar sui, est autẽ exemplar maius exemplato.S.Thomas 2.2. q. 26. artic.4.

Responderi potest,hoc procedere regulariter,sed propter legitimas circunstantias præceptũ hoc se ipsum tuendi,vt affirmatiuum potest desinere obligare.

Septimò receptissimũ est, neminem posse renuntiare defensionibus in causa criminali, quia ex tali renuntiatione potest sequi mors: Gl. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. ergo multò minùs poterit se non defendere, & voluntariè mortem pati.

Respõderi potest, quod aliud est quærere, an in foro fori renũtiatio sit admittenda, & clarum est,quod non debet admitti, tametsi essemus in casu, quo renuntiãs nõ peccaret: aliud est quærere,an in foro poli peccet se nõ defendens, & non sequitur peccare se non defendentem, ex eo quod in foro exteriori non admittatur renũtiatio defensionũ, sed aliundè probandum & inferendum est.

5 Contrarium, imò posse quemquam se non defendere, si velit, ac maximæ perfectionis esse, cũ aliter euadere non potest, nisi occidat aggressorem, malle mortem pati se non defendẽdo, quã illum occidere: volunt S. Thomas de regimine princ. q.6. Syluester in Summa. verbo bellum. 2.q.3.Caieta.& Aragon.in 2.2.q. 64.art.7. iterum Aragon. ead. q. 64.artic.5. ad 3. & quæst.26. art. 4.sub quæst.3.in corpore.vbi ait, quod hoc concedunt communiter Doctores.Soto de iusti.& iure.lib.5.quæst.1.artic.8.versi.hactenus de libertate. Victoria in relectio.de homicidio.nume.24. Ludouic.Messia in Pragmat.taxæ panis.cõcl.6. nu.135.Simãcas in Cathol.inst.tit.18.nu.30. Couar.

2.par.de sponsal.cap.8. §.12.nu. 17.Petr.Nauarra in tract.de rest. lib.2.cap.3.nu.39.& 62. Michael Salon.in 2.2.q.64.art.7.controu. 1.conclu.1.Bañes in 2.2.q.33.ar. 3.dub.4.in responsf.ad confirmationem 3.argumenti.Pro quibus.

1 Primò,videtur tex. apertus in c.nō est nostrum.23.q.5.vbi Hieronymus scribit in hæc verba. *Non est nostrum mortem arripere; sed illatam ab alijs libenter accipere. Vnde in persequutionibus non licet propria perire manu, sed percutienti colla submittere*. Similia sunt verba Egesippi li.3. de excidio Hierosol.cap.17. in fi. *Offerre me*, inquit, *hosti percutiendum, sine pietatis possum dispendio,manus meas mihi in hostem conuertere, sine scelere non possum*.

Responderi potest, hoc procedere in martyrio. Replicari tamen potest, Hieronymum etiam extra causam martyrij loqui, qa præmittit regulam generalem,& postea infert ad casum martyrij.

Secundò, facit consilium Saluatoris nostri, Matth. c.5. *Audistis quia dictum est oculum pro oculo, dentem pro dente,ego autem dico vobis, non resistite malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.*

Respōderi posset,quod loquitur in alijs iniurijs pręter mortē.

Tertiò,facit illud Apostoli ad Romanos cap.12. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum irę, scriptum est enim, mihi vindictam: & ego retribuam.*

Respōderi potest,quod vt apparet ex illis verbis *mihi vindictā*, Paulus hic nō ait, quod nemo se defendat, sed quod nemo vindictam sumat: alioquin nemini liceret se defendere, cum certum sit, defensionem esse omni iure permissam: ita ait Soto de iustitia & iur.lib.5.q.1.art.8. & ad fi.

Quartò, omnis Christi actio nostra debet esse instructio, cap. Deus.1. quæst.1. c.significasti.de elect.c.1.de sepult.sed Dominus noster Iesus Christus potuit se à Iudæis defendere, & eos simplici nutu ad suum nihil ex quo eos creauerat reducere: noluit tamē se defendere, quinimò Petrum auriculam amputantem seruo principis sacerdotum reprehendit: cap. 26.Matthæi dicens.*Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum,& exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum*. Ergo eodem modo licet cuicunq; se non defendere.

Responderi potest multipliciter, prout simili argumento rn̄demus infrà li.2.c.2. Quod Christus Dominus erat Dn̄s vitæ, & potuit facere, vt libuit, nos non sumus. Quodq; mandatum acceperat à patre patiendi, Ioan.ca. 10. & de mandato Dei etiam positiuè licet se occidere: vt suprà dictum est cap.8.num.27. & seq.

Quintò, ad imitationē Domini nostri Iesu Christi multi Sancti

cti cum possent, noluerūt se defendere: & sanè decem mille illi martyres milites strenui potuissent se defendere, & noluerunt.

Responderi posset, ob martyrium & fidem fecisse.

Sextò, licet vnicuique periculo se exponere pro alio homine, quia maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: ergo licebit se non defendēdo, pati se occidi pro saluanda vita aggressoris, cum quis aliter nequit se defendere, nisi eum occidat.

Responderi posset, aliud esse periculo se exponere, vbi est spes euadendi, aliud se non defendere, vbi nulla est spes.

Septimò, facit illud Prouerb. c. 12. *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.* Et illud 1. ad Corinth. cap. 13. *Charitas non quærit, quæ sua sunt.*

Responderi potest, procedere in his quæ homo potest perdere, vt quia eorum perfectè dominus est, non in vita, cuius non est dominus.

Huiusmodi dissidentes sententiæ facilè possunt in concordiā redigi, si perpēdamus verba Pauli Castren. qui nō simpliciter ait, peccare se non defendentem, sed addit, *sine iusta causa*, quod clarius explicant S. Thomas, & Caieta. in 2. 2. q. 124. arti. 3. in corpore. dum aiunt, tolerare mortē non esse laudabile secundum se, sed secundum quod ordinatur ad aliquod bonū, quod cōsistit in actu virtutis: puta ad fidem, & dilectionem Dei. Itaque videtur resoluendum, se non defendere ex intentione, vt occidatur, directo volendo mortem, propriam, non esse licitum: se autem non defendere propter aliquod bonum virtutis, illud directo volendo, & optando se nō occidi, sed nolēdo ab illo actu virtutis (verbi gratia saluandi aggressorem) cessarē se defendendo, & si occidatur, esse licitum, & meritoriū: se autem nō defendere, propter actum aliquem inanem & non virtuosum, non esse licitum.

7 Vnde infertur, non solum esse licitum, verum esse maximæ perfectionis actum, pro fide libēter pati mortem, & se non defendere: d. cap. non est nostrum 23. q. 5. S. Thomas & omnes in 2. 2. q. 124. ar. 3. August. serm. 17. de verbis Apostoli super illud ad Heb. 2. *Nondum enim vsq; ad sanguinem*, ait, *perfectior in hac vita nulla dilectio est ea, ad quam Sancti martyres peruenerunt, qui contra peccatū vsq; ad sanguinem certauerūt.* Et in martyrio forsan est speciale, quod liceat positiuè velle mortem propriam, vt medium ad testificandam fidem, & glorificādum Deū quia ipse Deus ita videtur iussisse, cum dixit, *Eritis mihi testes in Israel.* &, *Nolite timere eos qui corpus occidunt.* ac Petro se ostendit, dicens, ire Romam, iterum crucifigi.

8 Hinc S. Gregor. libro 4. moral. c. 36. commendat beatum Abel,

eo quod à fratre Cain nõ se defenderit, quamobrem illum martyrem appellant S.Augustin.lib. quæstion. vet. & noui testam. q. 6.S.Chrisosto.serm. 1. de martyrib. & aduersus Iudæos orat. 5. S. Cyprian. lib. de bono patientiæ.& de oratione Dominica. S. Isidorus lib.de patrib. vete.test.

9 Eodem modo commẽdari potest Beatus Isaac, qui cum cerneret patrem Abraham velle illum immolare, posset q; facili negotio resistere, ac se defendere, cũ esset natus annos vigintiquinque, vti author est Iosephus lib. 1.antiquit.Iudaicar.cap.14.iuueni namque senis manus euadere, fuisset per quam facilè, sciens tamen, quod eum non sceleratè, sed obedienter, non crudelitatis crimine, sed pietatis causa occidere parabat: vt ait August. lib.1.de Ciuit.Dei,cap.21.tex.in cap.lex æterna 23.q.5.cap.occidit. 23. q.8.non solum non restitit, sed manus ligandas, oculos velandos,& rogũ ascensus iugulum secandum spontè præbuit. In quo adimplebat voluntatem Dei, qui tanquam Dominus suæ vitæ, iusserat eam adimi, aduersus quam Dei voluntatem non erat licitum ei se defendere.

10 Inde etiam si aggressus nõ posset aliter se defendere, nisi aggressorem occidendo, liceret ei, malle se non defendere, quàm aggressorem occidere: & hoc casu loquuntur S. Thom. Couar.& cæteri pro parte posteriori citati. Quorum sententia, iure optimo procedit, cum is hoc casu nullo modo vellet se occidi, sed aggressorem vult saluare. Accedit quod non solum pro vita tẽporali, sed etiam pro spirituali aggressoris, qui eo casu mortali crimine innodatus periret, si ab eo occideretur, vitã ponit. Perfectorum autem est, corpus exponere pro salute spirituali proximi. S. Augusti.lib.1. de doctrina Christi.ca.27.S.Thom. & omnes in 2.2.q.26.art.5.

Qui verò non ob istum finem, sed volendo mori, se non defenderet, proculdubio mortaliter peccaret, quia ageret contra prę ceptum tuendi vitam, & positiuè vellet mortem propriam, iuxta ea quæ resoluimus lib. 2. cap. 1. & ita procedunt adducti pro priori sententia.

11 Limitant prędicta Dominicus Soto d.lib.5.de instit. & iure. q. 1.art.8.Couarr.d.2.par.de sponsali.cap.8.§.12.num.17.Aragon. 2.2.q.26.art.4.sub q.3. ad vltimũ argumentum. Michael Salon, in 2.2.q.64.art.7. controu.1. concl. 1.& ibid.articu.5.controu.1. argumento 5.& in solut.vt nõ procedant in eo, qui admodum vtilis esset Reipublicæ, quasi tunc peccaret in ordinem charitatis se non defendendo, quia eligeret potius, illam exercere in vnum malum, quàm in multos bonos: ordo autem in charitate obseruandus est: S. Thomas in 2.2.q.26. artic.1. & inde finis

non

non esset sufficienter bonus, vt efficere posset, quod se non defendere, esset actus virtutis.

12 Resolui potest & aliud dubiū de bannito, de quo acris pugna est inter Doctores, vtrùm possit se defendere, vt per Bart.num.4. Bald.num.6. Decium num.3. Bolognet.nume.15.in l.vt vim.ff.de iustit.& iure. Nellum de S.Gemini.in tracta.de bannit. 2.par.2.tēporis.q.49.num.49. Petrus Dueñas reg.192.limit. 2. Hippol.Riminal.in repetit. cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. nu. 237. & magis communiter concludunt, non posse, quia vbi licita est offensio, defensio est illicita. l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi.confugiunt. Istum enim posse non se defendere, videtur concessurus Dominicus Soto, qui in casu magis dubitabili ait, lib.5. de iustit. & iure.quæst.6. artic.4.

13 iustè damnatum ad mortē, posse, si velit, se non defendere, etiam in casu, in quo esset ei permissa defensio, vt si leonibus proijceretur, à quibus consensu omnium esset permissum se defendere, quia, inquit, nō sine causa se mori sinit, sed quia mortē meretur, vult eam à iudice pati: quod posset iuuari communi illa traditione, quæ vult aduersus iudicem, vt iudicem iusta decernētem, neminem posse se defende-

14 re: Bartol.num.3. Bald.20.Deci.24.Bolognet.54.in d.l. vt vim.ff. de iustitia,& iure. Dueñas regu. 192.limit.4. & alij passim.

15 Et quidem in bannito, si licitè non potest se defendere, vt dictum est, non videtur dubium, quin licitè omittat defensionē: sed in condemnato ad leones, videtur subsistēdum, quia directo & ex intentione videtur velle mortem propriam, quod non licet: vt resoluimus lib.2.c.1. & 2. Et quemadmodum condemnatus, etiam iustè, vt inedia pereat, peccat, si oblatos cibos non capit: S.Thom.in 2.2.quæst.69.art. 4. ita peccare videtur, qui se à leonibus non defendit. Neque obijciat quispiam Sanctum Ignatium, qui oratione & ieiunijs à Deo impetrauit, ne feræ, quibus erat obijciendus, (quod cū alijs martyribus sæpius fecerant) ipsi parcerent: & in epist. ad Romanos ita scribit. *Fruar bestijs mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri, quas & blanditijs demulcebo, vt crudeliùs me deuorent, non vt quidam metuentes non attigerunt; & illæ si sponte nolint, ego illas vi adigam.* Etenim respondebo, & hoc procedere in martyrio, & facilè fieri posse, Ignatium habuisse specialē Dei reuelationē, prout ipse insinuat verbis sequētibus, *Ignoscite mihi, quid mihi vtile sit, ego noui.* Sed amplius deliberandum est.

16 Secundus casus est, cum quæritur, an apud iudicem reus factus possit sine peccato defensiones suas ommittere, & quæ illum excusare possent iudici non allegare. Et minimè posse, sed grauè pecca-

peccatū mortale peccare, si exceptiones & defensiones sibi cōpetentes non alleget, censent Palatios Rubios in Rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 70. n. 6. Petrus Plaza in Epitome delictorū c. 23. nu. 3. sub fin. Eo argumento mouentur, quod nemo potest se occidere, neque actum facere directo tēdentem ad mortem, qualis esset, se non defendere. Adducit & Plaza, quod nemo possit renunciare defensionibus suis, de quare statim, sed argumenta præcedentis casus, quæ euincunt, teneri quemquam se defendere, euincunt etiam in hoc casu, defensiones suas apud iudicem allegare debere.

Contrarium videntur sentire Couarr. lib. 1. varia. resolut. c. 2. n. 7. propè initium. Seraphin. de Seraphi. priuileg. iuramenti 132. nu. 4. per tex. in. c. non est nostrū. 23. q. 5. cui in prçcedenti casu respondimus, sed Couar. d. n. 7. ad fin. rem declarat, & distinguit, vt cum reus de propriæ innocentię tutela dubius est, possit defensiones suas nō allegare, subditq; hæc verba. *At si certus esset appellationem allegationemq; innocentiæ plurimum profuturam, & ex ea ipsum à morte liberandum fore, opinor temerariū esse, & fortasse mortale crimē, eam ommittere, cum ex nulla causa ommittat id agere, quo ab iniquę mortis periculo propè, et verè imminenti liberandus est.* Hactenus Couarru. Qui videtur distinguere, an credat reus profuturam allegationem, an nō, quod mihi neutiquā placet, imò & si credat non profuturam, videtur quod debeat facere quod in se est: etenim facillimum est Deo, cor iudicis inclinare, quo vult, nemoq; de Dei auxilio desperare debet, in quolibet statu sit, sed ex parte sua facere quidquid potest, & euentus rerum Dei ordinationi relinquere. Itaq; verius videtur, peccare, qui sine causa defensiones suas apud iudicem non allegat, nisi lege charitatis moueretur, prout in casu Soti de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. conclu. 5.
17 qui ait, quod si amicus meus fecisset crimen, quod falso mihi impingitur, quamuis possem me cōpurgare, liceret nihilominus mihi tacere, vt custodirē famā amici, sicut licet ponere vitam pro amicis: iuxta illud Ioan. c. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suā ponat quis pro amicis suis.* Sentit etiam Soto, pariter licere, tametsi immineat periculū vitæ, cū directo is nō se occidat, neq; actum faciat directo tendētem ad mortem, sed solū cesset, & velit amicū saluare, vt finē, nō se defendere, vt medium, mortē omninò nolit, sed si succedat, tolleret vt effectum præter votū inuitus, neq; velit ab actu virtutis saluādi amicum desistere, prout in eo qui se ab aggressore non defendit, dictum est præcedenti casu.

18 Tertius casus est, cum quæritur, an defensionibus suis in foro

ro exteriori possit quisquam in causis criminalibus renuntiare? & hoc casu creberrimè consentiunt Doctores non posse,& eiusmodi renuntiationem nullius esse momenti: glos. verbo cum liceat.Barto. num.5.Bald.nume.3. Angel.num.5.Paul.Castr.num.6. Ias.num.12. & communis omniũ sententia in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis.idq; Bal.extollit pluribus in locis, prout referunt, & ornant Iason d. num.12. & in l.sed si quis.§.quæsitum.nu. 8.ff.si quis cautio. & in l.pen.nu. 18.C.de pactis.Felyn.in c.pastoralis.§.quia verò.num.15. de officio deleg. & in cap. cum venisset,nu.14. de testibus Hippolyt. in l.1.§.fin.à num.65.ff.de quæst. & in practica criminal.§.examinanda. per totum Menoch.de arbitrar.iudic.lib.1.q.7.nu.9. Ant. Gomez.tomo 3.vari.cap.1.num. 66.& latiùs cap.13. num.33.Couarru.2.par.de sponsal.cap.8. §. fi. num.16. Rojas de hæretic.2. par.num.113.Ioan.Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.par. c.10.& post totam hanc materiã scriptam. Farinac. q.39. nu.51. plures alios sciens prætereo.

Mouentur isti primò, per tex. quem Gl. citat in l. non tantum. ff.de appellat. vbi Vlpia. scribit, non solum illum qui ad supplicium ducitur, verum & quemlibet alium appellare posse à sentẽtia criminali,tametsi repugnet ipse condemnatus, quod etiam concedunt text.in l.addictos.C. de episcop. aud.l.addictos.C.de appellat. cuius rei nulla alia videtur ratio, quàm quod appellatio sit defensio.l.1. ff.de appellatio.c.suggestum.eod.tit.l.1.titu. 23.par. 3. Baldus vocat theriacã aduersus venenũ primi iudicis, in l.vnica.nu.vlt. C.si de momentan.poss.fuer.appellatum. Sentit ergo Vlpian.neminem posse defensionem suam suo consensu excludere.

Verum arbitror illum tex.hoc non probare, neque enim Vlpia. ait, neminem posse se ipsum excludere ab appellando, sed non posse excludere alium tertiũ,qui velit appellare, propter illam cognationem quam inter nos natura constituit:l. vt vim.ff.de iustitia,& iur.Quinimò, prædicti tex. videntur in contrarium posse põderari.text.in d.l.non tantum in illis verbis, *ergo & si ipse acquieuit sententiæ*, quæ videntur innuere, posse reum acquiescere sententiæ mortis, & text. in d.l. addictos,prout ponderat Barto. in l. qui vltimo 29. propè finem. ff. de pœnis. & ibidem extollit Alex.in addition.Infert enim ex eo tex.Bar.posse reum renuntiare appellationi in criminalibus, siquidem ibidem innuitur, infra tempora ad appellandum cõcessa, posse condemnatum ad supplicium duci, quod cũ fieri regulariter non possit, neque enim executio sentẽtiæ fieri potest infra decẽ dies datos ad appellandum.Gl.in l. ex iudiciorm. ff. de

accu-

accusat.& in l.1.ff.nil nou.appel. pendente infert Bart. ideò fieri, quia reus renunciauerat, indeq; deducit valere renuntiationem appellationis in criminalibus, idem tenent Paul. Castr.nu.7. in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis.& Couarr.lib.1. vari.resol.c.2.nu.7.non se satis explicans.

19 Cęterum,tametsi leges istę nõ videantur probare, neminẽ posse renũtiare defensionibus suis, non tamen probant contrarium, vt Bart.putauit, neq; tenendum est,quod ipse dicit, posse in criminalibus renuntiari appellationi,quia verius est non posse;cum appellatio sit defensio, & defensioni non liceat renũtiare: & ita in terminis tenent Gl.& Bald.in d.l. pactum inter hæredem. ff de pactis.Bald.sub nume.4.vers.opponitur quod non possit. in l. fi. §.finautem partes.C.de tempor. appellat. Paris de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. c.4. nume.10.Boueri.in singul.verbo renuntiatio.nu.1.Hippol.in practica crimin. §. examinanda. nu. 6. Tiraquel.post leges connubiales glo.7.nu.77.Seraphin. de Seraphi.priuilegio iuramenti 132. sub num.7.Menoch.de arbitr.iudic.lib.1.quæst.87.num.8.& sine dubio ita sentiunt omnes,qui generaliter dicunt, non valere renuntiationem defensionum in criminalibus.

20 Pariter tenendum non est, qđ pro interpretatione dictarum legum dicebat Bal.in d.l.addictos. C.de Episcopal.aud.nimirũ, executionem sententiæ criminalis fieri posse infrà decem dies datos ad appellandum, limitando regulam prędictam in criminalibus, quia contrarium verius est, prout tenent Saly. in l.addictos. C.de appellati. Guido Papæ decis.74.Robert. Lancellot. de attentatis cap.11.nu.20. Iul. Clar. §.fin.q.96.num. 1.& 2.neq; enim vlla ratio differẽtiæ assignari potest,cur in criminalibus,vbi maius vertitur periculũ,liceat executioni mandare sententiam infrà decem dies datos ad appellandum,cum in ciuilibus non liceat.

21 Quærẽdus ergo est sensus dd. l.addictos. ne in lapidem Bartoli, aut Baldi impingamus, & puto dici posse,eos text. in principio loqui generaliter de eximentibus condemnatos,tam qui adhuc sunt in carcere,quam qui ducuntur ad mortem,& quod in fine dat licentiam appellandi pro reis, si tempora largiuntur, non esse referendum ad eos, qui ducuntur, quia duci nõ possunt intra tempora appellandi,sed simpliciter ad condemnatos, quasi sensus sit,nemo eximat reos, sed si eũ alicuius cura solicitat, præueniat appellando intra legitima tempora, itaque nihil nos cogit dicere,posse sententiam mortis executioni mãdari infrà decem dies datos ad appellãdum, vt dicit Baldus,neque non posse quidem, nisi reus renuntiet, ac

proinde

proinde valere renuntiationem, vt dicit Bartolus.

Secundò, Angelus in d.l.pactũ inter hæredem. num. 5. adducit pro hac sententia tex.in l.custodias.C. de public.iudic.& tex in l.si conuenit.ff.de iurisd.omn.iudic.qui nihil faciũt,& tex.in l.1.§.si quis vltro.ff. de quæstio. vbi post confessionem quæritur de innocentia.l.vnius.§. cogniturũ illo.eod.tit. Sed hæc non inferũt neminem posse renũtiare defensionibus suis. Adducit etiam qđ defensio est de iure naturali,quę autem sunt de iure naturali renuntiari non possunt.l.ius agnationis.ff.de pact.§.fi.Inst.de iure natur.gent.& ciuil.sed hęc collectio non concludit, vti in alio proposito notauit Baeza de inope debitore. c.16. num. 50. quia non necessario infertur, hoc ad me iure naturali pertinet, ergo ei non possum renuntiare,hęreditas enim patris naturali iure pertinet ad filium.l.scripto. ff. vnde liberi.l.cum ratio.ff.de bon.damnat. cui tamen posse renunciari, constat: l.fi.C. de pact.l. si quando.§.& generaliter.C.de inoffic. testam.

Tertiò, Ant.Gomez.tom.3.variar.c.1.nu.66.adducit,quod simplici pacto quis se in seruitutem non redigit: l.nec si volẽs. l.liberos.l.interrogatam.C.de liberal. causa.l.is cuius.§.liberi.ff.de interrog. actio. sed hoc, quantum ad rem faciat,alij viderint.

Vrgens verò huius sententiæ fundamentum in eo situm est, q̃ præcedentibus affatim probauimus.neminem posse se occidere, neque id agere ex quo mors vel membri mutilatio possit euenire, quare, cum renũtiare defensionibus, ad condemnationem ducat, necessario sequitur,neminẽ posse illis renuntiare.

Aduersus hanc receptissimam sententiam tenuerunt aliqui, vt per Ange.in d.l.pactum inter hæredem nu.5.ff.de pactis.Farinac. quęst.39.num.52.per quædam leuia,& per tex.in cap.cum dilecti 18.de accusat. cui respondemus inf.c.19. in vltima limitatione.

Magis autem contra communem facit, quod de iure ciuili licitum est vnicuiq; in corpus suũ sæuire:l.peculium 10. §. si ipse ff.de pecul.vnde videtur inferri quemadmodum potest de iure ciuili se occidere, posse defensionibus suis renuntiare, quod est minus, Nihilominus autem, etiam de iure ciuili dicẽdum est, non valere renũtiationem, quia tametsi in se sæuientibus conniueat, hactenus vt illos impunitos relinquat, non tamen vt authoritate publica immanes ausus cõfirmet,& ita iudex nõ posset voto volentis perire acquiescere,neq; innocentem vltroneũ damnare,l.1.§.si quis vltro. ff.de quæst.l.nõ tantũ, ff.de appel. Vñ in proposito, authoranda nõ est renũtiatio defensionũ,quę ad necẽ tẽdit,quo minus renũtiãs iterũ audiat,si innocẽtię suæ defensiones

siones alleget, cum per eam non fiat renuntians criminosus eius criminis, quod non commisit, l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis l. 2. tit. 5. part. 7. quam dum ad hoc propositum inducit ibi Gregor. Lopez verbo *nō cae en pena de trayçion*, videtur ita sentire.

22 Quartus casus est, cum quæritur, an quis possit renūtiare defensionibus suis in causa status; & hoc etiam casu non valere renuntiationem, volunt Gl. verbo cum liceat. Ange. nu. 5. & cæteri. Scribentes in d. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Salyce. in Auth. iubemus sub nu. 2. C. de iudic. Bald. sub nu. 4. vers. opponitur quod non possit in l. fin. §. sin autem partes. C. de tempor. appellatio. Tiraquel. post leg. connub. gl. 7. num. 77.

Mouentur isti per l. 3. ff. de liberal. causa ibi, *vt causa cognita etiam inuito succurratur*. tex. in l. si perlusorio ff. de appellatio. l. sępè. §. scientibus. ff. de re iudic. l. liberales 19. C. de liber. causa ibi, *si verò consentiat seruituti, tunc iure concesso, adito præside prouinciæ eum inuitum etiam defendere poteris*. Et notissimo iure decernitur, neminem confessione, vel pacto se posse seruum efficere, ideoque illis non obstantibus audiendum esse, cum se velit probare liberū. l. nec si volens. 7. l. liberos 10. l. parentes. 22. l. interrogatam. 24. l. post certi 36. l. liberos. 39. C. de liberali caus. l. si is cuius. §. fin. ff. de interrogat. actio. verba d. l. interrogatam. subijcio, *Interrogatā & professam apud acta se esse ancillam, huiusmodi factum defensionem libertatis non excludit.* Cuius ratio redditur, in d. l. parentes, in vltimis verbis, ibi, *cum serui nascantur ratione certa, non confessione constituantur*.

23 Quintus casus est, cum quæritur, an probationi defensionum liceat renuntiare in causa criminali, & non posse, apertè profitētur Bal. num. 3. Iason num. 12. in d. l. pactum inter hæredem. ff. de pact. Bal. in fi. Fely. num. 4. in cap. cum venisset. de testibus. Bal. nu. 7. ad fin. Saly. nu. 2. in l. iubemus. C. de iudic. Hippol. in l. vnius §. cognitorum. num. 57. ff. de quæst. Idem sentiunt cæteri omnes, & merito, nam idē in effectu esset, renuntiare defensionum probationi, ac renuntiare defensionibus, siquidem à probationibus pendet victoria. l. qui accusare.

24 C. de edendo. neque sufficit defensiones allegare, nisi probentur. glos. recepta in l. 1. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicatur Glos. in cap. non est, de consuetudine. lib. 6. quas ornant Felyn. & Hippoly. relati à Bernardo Diaz. de Lugo reg. 27 & alij passim. Vnde vides vel errasse Paridem de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. cap. 4. nu. 11. dum videtur velle, posse renuntiari probationibus, vel esse mendum prœli.

25 Sextus casus est, cum quęritur, an reus in causa criminali possit renuntiare repetitioni, seu ratificationi

cationi testium, & habere illos pro repetitis, aut ratificatis, & ex hac renũtiatione possit sequi condemnatio. Et quidẽ non posse, neq; valere eiusmodi renuntiationẽ, tenent Iacobus Simancas in Catholicis institutionib. tit.64.nu.25.Ioan.Redin.de maistate princip.in parte sed etiam per legitimos tramites. nu. 114. Ioãnes Roxas in tract.de hæret. 2.par.num. 111. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par.cap.10.nnm.1.ad fin.& nu.3. Gundisaluus de Paz ĩ praxi.par. 5.cap.3.§.9. num.3.cum seq. Salcedo in addition. ad practicam Bernardi.Diaz.cap.128.addit.vltima ad finem.

Quorum fundamentum est, quod qui renuntiat eiusmodi repetitioni, proculdubio renũtiat defensionibus suis, quandoquidem posset esse, quod testis aliter se declaret, vel quod sit absens vel impeditus,ac propterea non ratificet dictum, & constat, repetitione testium nõ facta neminem posse condemnari, dupli ci ex capite. Tum quia, cũ testes in summaria informatione non fuerint examinati parte citata, cõstat eos nullam fidem facere, cap.2.de testibus.l. si quando.C. eodem titu. Tum quia in eadem summaria informatione testes recipiuntur ante litem contestatã, contra regulam tex. in c.quoniã frequenter, vt lite non contesta.
26 quo fit vt nullam fidem faciant, etiam de consensu partium.Bal. num.6.in l.1.ff.de ferijs. Dueñas reg.23.limit.1. ex quibus ommissa testium repetitione reum non
27 posse condemnari, notant Bart. num.9.in l.fi.ff.de quæstion.Saly. in l.fin.in fi.C.eod.tit.& alij plures, quos referunt & sequuntur Hippolyt. in practica criminali. §.nunc videndũ.nu.19. Iul. Clar. §.fin. q.11. vers.item quæro,& q. 45.num.13.vers.cæterum si reus. Redin.vbi suprà, nu.108. Rojas num.107.Bertazol. consil.crimin. 71.num.14.lib.1. hinc sequitur, quod ad priorem casum reducimur,in quo resoluimus, neminẽ posse renuntiare defensionibus in criminalibus.

Contrarium,imò hanc renuntiationem validam esse, & posse reum habere testes pro ritè examinatis,& repetitis, ait Hieron. Gabriel.consf.178.num.18.& 19. lib.1.Baiard.ad Clarum. q.45.nume.25.& seq.& post Foller. Vulpel.Honded.& Chartar.Farinac. q.73.num.149.

28 Mouentur isti,authoritate Baldi nu.14.in l.si quando. C.de testibus.vbi voluit,quod potest dari iudici licentia, recipiendi testes in absentia partium, argum. tex.in l.Herennius. ff.de euict.& quod ita practicatur ĩ causis criminalibus, de quà praxi attestatur etiam Bartol.in l.is qui reus, nume.4.ff. de public.iudic.idem Bald.num.13.in l. vt perfectius. C.de annali exceptione.& in l.si accusatoribus num.4.C. de accusatio. & post plures Iulius Clar. §.fin.

§.fin.quæst.45.num.15.vers.facta autem.Claud.Bertazol.additione D ad consil.91. libr. 1. consil. Barto.Bertazolli patris sui. Concedunt tamen Gabriel,Honded. & Farinac.num.156 quod posset reus, qui testes habuit pro repetitis, infra paucos dies re integra,hoc est ante habitam copiã inditiorum, eiusmodi cõsensum reuocare,quia in his quæ publici iuris sunt, non procedit regula. Quod semel placuit. de reg.iur. lib.6.vt habetur in l. si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iud.sequuntur Claudius Bertazo.& Baiard. vbi suprà. id quod confirmatur authoritate Angeli colum.fin. in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis. qui voluit,quoties renũtiatio defensionis valet, posse eam reuocari,& sequuntur alij prout expendam c.ab hinc 2. nu.vltim.

Ego verò,quoties nõ venit imponenda pœna corporalis, non dubito posse reum habere testes pro repetitis,& ita etiam volunt Paz.& Redin.vbi suprà.Quoties autem venit imponenda pœna corporalis, veriorẽ iudico priorem sententiam,ideò non valere renunciationẽ repetitionis,quia defensionis pars est,neq; ad rem facit, quod postquam pars citatur,nolit adesse ad videndum iurare testes, quod dicunt Bart. & Bald.& cęteri,sufficit enim quod citetur,neq; arctatur si nolit,cõparere:aliud autem est, quando eo non citato testes fuerunt examinati,& consentit ne repetant.

29 Septimus & nunc vltimus casus est,cum quæritur,an termino & dilationi datę ad defensiones allegandas, siue probandas possit renuntiari in causa criminali? & hoc casu, pleriq; ex suprà citatis ita loquuntur,vt dicant, termino & dilationi eiusmodi non posse renuntiari, signanter Angel.num.5.Pau.Castren. nu.6. in d.l. pactum inter hæredem. ff. de pactis.Ange. num.5. in Auth. iubemus.C.de iudic.Hippoly.in pract.crim. §.examinanda. nu.1. Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.par.cap.10.nu.1.Ant. Gomez.tomo 3.vari. cap.13. nu. 33.Non adducunt isti alia fundamenta, nisi quod defensionibus nemo renuntiare possit in causa criminali,quod tamen non concludit, quia aliud est renuntiare defensionibus, siuè probationi earum,aliud renuntiare termino ad probandum, iuxta subtilem considerationem Baldi, de qua statim.

Contrarium,imò quod termino ad probandum possit quisquã renũtiare in causa criminali,scribit Bald.nu.3. in d.l. pactum inter hæredem.ff.de pactis.& iterũ nume.11.& nume.22.in l.fi. ff. de ferijs. idem Bald. nume. 11.in l. si accusatoribus.C.de accusatio. & num.4.in l.raptores.C.de episcop.& cleric.idem Bal.in c.quoniam contra falsam. nume.63.de probatio. & in cap. significante. num.4.de appelationib.quem sequuti sunt Angel. Areti.in tract. male-

maleficior. in parte. qui iudex statuit terminum.8. Paris de Puteo, in tract. syndicatus. verbo condemnatio.cap.4. num. 10. & seq. Alex. in addition. ad Bartol. in l. custodias. ff. de public. iudi. Iason in l. si quis in conscribendo. nume. 18. fall. 1. C. de pactis. Iul. Clar. §.fin. q.49. nu. 16.

Mouetur Bald. primò, quia terminus & dilatio ad probandum nō sunt necessaria ad substantiā defensionis, quæ consistit in allegatione & ꝓbatione, licet enim renuntiatum sit dilationi, manet facultas probandi, & per conse-
30 quens se defendendi, quia probatio sine termino fieri potest in causa criminali, siue terminus ab initio datus non sit, l. in crimine. ff. de adult, siue datus sit lapsus. l. vnius. §. cogniturū, ff. de quęst. ibi, *Quamuis defensionem quocunq; tempore postulāte reo negari nō oportet*. Per quæ iura ita tenēt Iacob. de Arenis & Bartol. num. nu. 14. Bald. 22. Ias. 52. in l. fi. ff. de ferijs. Bart. num. 4. Hippoly. num. etiam 4. in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstion. Felyn. in cap. series. num. 6. de testib. Alex. cons. 148. num. 8. lib. 2. Anton. Gomez tomo 3. var. cap. 13. num. 33. & post hæc scripta Farinac. par. 3. tit. de opposi tio. contra testes. q. 80. nume. 64. imò & post publicationē vt multis probat Farinaz. eod. tit. q. 75. num. 419. cum ergo non pereat defensio per renuntiationem termini, apparet, quod ei poterit renuntiari, & cessabit argumentum contrariæ sententiæ.

Huic rationi Baldi respondet Paul. Castrens. num. 6. in d. l. pactum inter hæredem, ff. de pactis quod sit potius verbalis, quàm realis, sed non probat.

Secundò mouetur Bald. in d. c. quoniam contra falsam. nume. 63. & in d. c. significante. num. 4. hoc argumēto defensionib. ideò non posse renuntiari, vult communis sententia, quia defensio est de iure naturali, atquì terminus & dilatio sunt de iure positiuo, quod patet, quia statuuntur arbitrio iudicis, ergo eis licebit renuntiare, cessante fundamēto communis sententiæ.

Ipse nihilominus verius credo, quod nec termino aut dilationi ad probandum datæ posit renuntiari, quia licet non tollatur copia aut facultas defensionis, fit tamē nimis incommoda, ac rursus abbreuiatur tempus vitæ, cum reus si non renuntiaret dilationi, non posset ante illius lapsum condemnari, quamobrē renuntiando, quodammodo se occidit quoad tēpus illud, quo mortem accelerat, quod nemini permissum est: etenim qui se occidit, totum tempus à Deo præfixum vitæ suæ sibi subtrahit, qui efficit, quo citiùs pereat, partem subtrahit illius temporis, atquì idem est iudiciū de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, & plus & minus non differunt specie: l. Seio amico. ff. de adi. legat. l. q̄ de tota. ff. de rei

K vendi.

vendi. Neque puto dubitaturum aliquem, reis quodlibet temporis spatium propter varios rerũ euentus esse summè vtile, & quod dum anima est, spes esse potest, solent enim siue victoria insignis, siue prosper principis aduetus, siue publica aliqua lętitia, siue necessitas ciuitatis abolitionem generalem vel specialem inopinatò generare, quas spes præcidit, qui termino renuntiat. At rarum id inquis, & vix sine dementia sperandum, sed non impossibile, & ad cauendum vitę hominum etiam quod rarissimũ est, licet considerare: argumento tex. in l. ille à quo 10. §. si de testamento. ff. ad Trebellian. & eorum quæ notat Ripa in tract. de peste. tit. de remed. ad conseruãdam vbertatem. num. 262. expendo tex. in l. non tantum. ff. de appellatio. ibi *perire festinans*, ex quo non malè deduces, non esse deferendum perituro, qui citiùs vult perire.

31 Confirmo ex sententia Glos. & Bartoli in l. custodias. nu. 5. ff. de public. iudic. vbi volunt, ideò in illius tex. specie decerni, iudicem posse ferijs Paschalibus, carceratorum qui absoluendi sunt, causas expedire, eorum autẽ qui damnandi sunt, non itẽ, quia rei possunt illis renuntiare ad suum commodum, vt absoluantur, non ad sui damnum, vt citiùs cõdemnentur: sequuntur Ias. nume. 12. in d. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Felyn. nu. 4. ad fin. in c. cum venissent. de testibus. Corset. in Singul. verbo defensio. nu. 1. Hippoly. in Practica. §. examinanda. nume. 16. & in l. vnius. §. cognituram. nume. 60. ad fin. ff. de quæstionib. licet refragari videantur Alexan. in additio. ad Bartol. in d. l. custodias. Paris de Puteo, & Angelus Aretin. in locis suprà citatis, & Ludoui. Roman. in Rub. de arbitris. n. 42. ad finem. distinguat, an in consequẽtiam tollatur defensio, an non, semper enim abbreuiatur vita, quod non licet reo.

32 Sic etiam Bald. num. 8. in cap. cum non ab homine. de iudicijs quem sequitur Iason. d. nu. 12. & nu. 18. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. in casu admodum simili inquit, quod stante statuto, quod reus condemnetur in centum, quæ nisi intra mensem soluerit, amputetur ei manus, non poterit reus ei mensi renuntiare. Et annectit rationem in hæc verba; *Nam per hoc renuntiaretur defensioni, possibile est enim naturaliter, quod condemnatus moriatur interim, quo casu non fieret executio, nec decederet intestabilis, & defensioni, quæ potest esse naturalis, & perpetua, non potest renuntiari: vt singulariter notatur. ff. de pact. l. pactum inter hæredem; item accidentaliter potest venire defensio, per gratiam Imperatorum, et etiam huic spei renuntiari non potest.* Et licet subdat, quod hæc vltima ratio habet obicem, quod reputatur impossibile, quod pendet à voluntate prin-

principis, tamen concludit decisionem tenendã, & quidem facilè responderi potest, quod cum sæpè concedãtur huiusmodi gra
33 tię, & principes sint soliti eas cõcedere, non debet reputari impossibilis: vt notatur in l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. 1. bonus tex. in l. intercidit. ff. de condit. & demonstrat. Couarr. 2. par. de sponsalib. cap. 3. in princip. num. 8. & alij passim, quos sciens prætereo.
34 Quod si contraria sententia tenenda esset, eam limitat idem Bald. nu. 5. in cap. significante. de appellation. qui censet, omninò non posse renuntiari dilationi à statuto præfixæ, *Quia* (inquit) *statutorum verbis inhærẽdum est, l. prospexit. ff. qui & à quibus. quia cum lex municipalis assignat dilationem per se ipsam, & non per iudicis ministerium, iudex est taxatus in officio suo, Dinus in cap. indultum. de reg. iur. libro 6. ideò melius est verbis edicti seruire. l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercitoria.* Hactenus Bald.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Renuntiatio defensionum non confirmatur iuramento.*
2 *Etiam si agatur tantùm de mutilatione membri, non licet renuntiare defensionibus.*
3 *An liceat defensionibus renuntiare, quando venit imponẽda pœna mortis ciuilis.*
4 *Etiam si reus dicat se nullam habere defensionem, nõ ualet renuntiatio.*
5 *Etiam si dubium sit, an ullam defensionem reus habeat, non ualet renuntiatio.*
6 *Etiam si defensiones essent illiquida.*
7 *Etiam si constaret nullam habere defensionem.*
8 *Exceptioni ne inimicus admittatur ad accusandũ, renuntiari non põt.*

CAP. XVIII.

Ampliationes dictorum in capitulo præcedenti.

1 Amplientur casus relati in cap. præcedenti, quibus resolutum est, neminem posse renuntiare suis defensionibus, earum probationi, siuè etiam termino ad eas probandum, vt nec iureiurando possit renuntiatio confirmari: sed ẽt si illud addatur, non teneat. Bal. in cap. pastoralis. num. 13. in fine. de except. & idem Bal. nume. 27. in l. vnica. C. de confess. Alex. in addit. ad Bar. in l. custodias. ff. de public. iudic. Fely. num. 4. ad fin. in ca. cum venisset. de testib. Ias. in d. l. pactum inter hęredem. nu. 12. ff. de pactis. idem Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. num. 8. ff. si quis caution. Paris de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. cap. 4. num. 9. Hippolyt. in l. 1. §. si quis vltro. nu. 63. ff. de quæstio. vbi alios citat. Idem Hippolyt. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 60. in fi illo eod. tit. & iterũ in pract.

criminali.§.examinanda.nu. 16. Dueñas reg. 190. limit. 4. Anto. Gomez.Tom.3.variar.c.1.nu.66. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.par.c. 10. nu. 8. Tiber.Decian.lib.9.tract.crimin. cap. 1. num. 16.

Huius sententiæ signifer Bald. in d.c.pastoralis.mouetur ex eo, quod notat Innoc. in c. mulieri. de iureiur. vbi nihil ad rem inueni,idem Bald.in d.l. vnica eo argumento vtitur, quod defensio sit iuris naturalis, Clem. pastoralis.de re iudic.ac proinde publici iuris,l.non tantum.ff.de appellatio. indeque non possit tolli etiam addito iuramento,ca.si diligenti.de foro compet.ita enim mentem Baldi explicant Paris de Puteo d.num.9.Gutierrez. d. num. 8.quod fundamentum non admodum vrget. Cæterum eo loci perpendit Gutierrez, ideò eiusmodi renuntiationem nõ valere,quia turpis est, & criminosa: quo fit vt aduersus bonos mores præstitum iuramentũ non sit obligatoriũ.Præterea,qui se non defendit, aut defensiones suas nõ allegat, illisuè renuntiat, peccat mortaliter: ergo si iuramentũ addiderit,cum non possit seruari sine dispendio salutis æternæ,non erit obligatorium.c.licet mulieres. de iureiur. c. quamuis pactum.de pact.lib.6. cumq; iniquissimũ sit, sibi insidiari, defensiones suas non persequendo, iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.

2 Secundò ampliantur, vt non solum procedant,quando agitur de imponenda pœna mortis, verum etiam quando agitur,de imponenda pœna mutilationis cuiuslibet membri: vti annotauit Salyce.sub. nu. 2. in Auth. iubemus.C.de iudic. & cęteri omnes in c.præced.citati sine dubio sentiunt. Neque immeritò, siquidẽ, quemadmodum quis non potest se occidere,ita neque membrum abscindere: c.significauit.de corpore vitiatis.l. 4. §. diuus. ff. ad leg.Corn.de sicar.& mors & mẽbri abscisio æqua lance penduntur:tex. in Auth. de collator. §. vlt. ad fin. coll. 8.

3 Tertiò ampliabat Salyc. in d. Auth.iubemus sum.nu.2.C.de iudic. vt neq; possit defensionibus renuntiari, quoties ex crimine venit imponenda pœna mortis ciuilis,neque huius rei aliud fundamentum adducit, quàm quod nec in causa libertatis liceat renuntiare.

Cõtrarium,quod hoc casu valeat renuntiatio, tenent Anto. Gomez.tom.3.vari.c.13.n. 33. & Gutierrez de iuramento confirmatorio.3.par.cap.10.nu.2.dum coniungunt hunc casum ei, in quo venit imponenda pœna pecuniaria: pro quibus faciunt dicenda cap.seq.in 1.limitat.& ratio vrgens, quod mortem ciuilem hoc est relegationẽ & exiliũ quisquam potest sibi imponere, vnde cessat ratio, quæ prohibet valere eiusmodi renuntiationẽ; neque

neque simile libertatis vrget, cũ multò sit fauorabilior libertas, ideò aduersus Salyce. teneo valere renuntiationem.

4 Quarto ampliatur, vt non valeat renuntiatio defensionũ, tametsi reus dicat se nullas habere defensiones: Ias. in l. pactum inter hæredem. num. 16. ff. de pactis. Farinac. qui plures citat q. 59. nume. 56. Quod verissimum iudicamus, quia non debet per indirectum concedi, quod directo fieri non potest: vt est regula iuris, neq; verborum captiones possunt reo facere potestatem, quam Deus negauit: quis enim non videt, nunquam regulam habituram locum, si dicendo se nõ habere defensiones, ideò illis renuntiare, valeret renuntiatio?

Contrarium nihilominus, imò valere renuntiationem, si reus dicat se nullam habere defensionem, tenuerunt Bald. in l. raptores. num. 4. C. de episcopis & cleric. Angel. num. 5. in d. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. vbi ait, quod est bona practica, & ꝗ sit cautus assessor, facere scribi in actis, quod renuntiauit termino, quia dixit se nullam defensionem habere: idem Angelus. in Authen. iubemus. nume. 6. C. de iudic. idem Angel. & Ludou. Roman. in l. 1. per glos. ibi. ff. de furib. balnear. Iason. nume. 18. sub fall. 2. in l. penult. C. de pactis. Paris de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. cap. 4. nume. 6. Felyn. not. 5. fall. 3. in cap. cum dilecti. de accusatio. Angel. Aretin. in tract. maleficiorum. in parte Qui iudex statuit terminum. num. 5. & 8. qui ait, quod semper ita practicauit, & iubet notari, & quod apponantur hæc verba: *Talis inquisitus, sciens se nullam habere defensionem, imò carere omni defensione, sponte & ex certa scientia dicto termino defensionis renũtiauit.* Corset. sing. 75. verbo defensio. el 1. limitatione 3. Hippolyt. de Marsilijs in practica. §. examinanda. num. 5. Iulius Clarus. §. final. quæst. 49. num. 16.

Mouentur isti primò, quia si nullam defensionem habet, nihil renuntiat. Sed respõdetur, quod non constat illum nullam defensionem habere, neque id sequitur ex assertione rei, qui talia asserendi potestatem non habet: & certum est, quod non statur cõfessioni prohibiti aliquid agere: l. qui testamentũ. & ibi Barto. ff. de probationi. Doctores in l. si fortè. ff. de Castrensi pecul. imò etsi constaret nullam habere defensionem, non liceret perituro, accelerare necem, vt capite præcedenti dictum est.

Secundò mouentur, quia confessio præsumetur vera, & standum erit confessioni in dubio, sed iam responsum est, cõfessioni prohibiti non esse standum: d. l. qui testamentum.

Tertiò per Gloss. in d. l. 1. ff. de furib. balnearijs, sed ea glo. non loquitur in his terminis, prout latiùs expendam. c. seq. limit. 5.

Itaque priori sententiæ standum est, fugiendaq; prędicta praxis, quæ etiam displicuit Angelo num. 3. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. quem ibi sequuntur Fulgos. Roman. & Iason nu. 9. Clarus vbi sup. & alij quos refert Farinac. August. Arimi. ad Aret. vbi sup. nu. 14. & ait Angel. quod caueant assessores, ne inducant reos ad renuntiandum suis defensionibus, ne sanguis eorũ supra se, & filios suos conuertat.

Cæterum, casu quo contraria sententia esset sequenda, limitari debet, ne procedat, quando reus reuocat renuntiationem: Fran. Marc. decis. 60. num. 8. par. 1. Farinac. d. q. 39. num. 57.

5 Quintò ampliantur, vt procedant, etiam quando est dubium, an reus habeat aliquas defensiones: quia licet tunc valere renuntiationẽ, sed reũm posse pœnitere, dixerit Angel. in d. l. pactum inter hæredem. nu. 5. ff. de pactis. & sequantur Areti. vbi sup. nu. 8. Pau. Castren. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 7. ff. si quis cautio. Paris de Puteo d. c. 4. nu. 6. Hipp. in pract. §. examinanda. num. 31.

Contrarium tamen, imò neq; eo casu valere renuntiationẽ, verius est: & ita tenẽt Rubeus Alezand. in l. seruum quoque. §. publicè nu. 28. vers. in dubio tamẽ. ff. de public. iudic. Farinac. d. qõ. 39. nu. 60. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par. c. 10. nu. 5. nã in dubio potius eligẽda est via securior, cum agatur de uita hominis, alioquin nunquam haberet locum regula, cum per negationem omnis res fiat dubia; & quousq; defensiones sint probatæ, semper dubiæ sunt, atque id ipsum, quod est, dubium vel clarum, defensio est, cui nõ licet renuntiare.

6 Apparet ex his, multò minùs admittendam esse sentẽtiam eorum, qui voluerunt, reũ posse renuntiare defensionibus suis, quãdo sunt illiquidæ, quia (inquiũt) præsumitur eas non habere, ac propterea renuntiando, in nihilo læditur, Bald. in l. nam & postea. §. si minor. num. 6. ff. de iureiur. Ias. num. 18. in d. l. pactum inter hæredem. & iterum num. 18. fall. 4. in l. pen. C. de pactis. Ang. Aretin. in d. parte qui iudex statuit terminum. sub nu. 8. additq; Iason, quod præsumitur illiquidas habere defensiones, ex quo renuntiat, argumento Gl. in l. 1. ff. de furib. balne. quę nihil facit vt expendimus c. seq. limitat. 5.

Sextò ergo ampliandi sunt dicti casus, reprobata ista sentẽtia, vt etiam si defensiones sint illiquidæ, illis renuntiari nõ possit, quidquid enim, idest defensionis, quod reus habet, siue liquidum sit, siue illiquidum pars defensionis est, ideò id sibi renuntiando subtrahere non potest.

7 Quid autem si constaret reum nullam habere defensionem? & hoc casu valere renuntiationem, volunt Angel. in d. l. pactum inter hæredem. num. 5. & in d. Authen.

then.iubemus.nu.6.Paris de Puteo de syndicatu cap.4.nu.6. Angel.Aretin.vbi supra nu.6.Felyn. in cap.cum venisset.num.4.de testib.Hippoly.in l. vnius.§.cognitorum.num.60. ff.de quæstion.& in Practica.§.examinanda. num. 14.Farinac.q.39. nu.58.

Mouentur isti, primò ex eo, ꝙ ille qui nullam defensionem habet,nihil renuntiat,quia non habet ius defendendi:l.prouinciarum.C.de ferijs,& per talem renuntiationem non læditur, nisi quia citiùs moritur, de quo non videtur curandum, ex quo constat, cum nullam habere defensionem:argumento l.cum reis.C. de pœnis, ita Aug.Aretin. vbi suprà. Sed hoc argumentum suprà cap.præcedenti sublatum est, cũ probauimus periturum non posse facere,quo citiùs pereat.

Secundò, quia quãdo certum est reum nullam habere defensionem, non est ei danda per iudicem defensio:Grammatic.decis. 36.num. 69. & seq ac alijs quos citat & sequitur Farinac quæst. 39. nume.103. Verum quidquid sit de veritate huius propositionis, non sequitur, iudex potest reum condemnare non datis defensionibus,ergo postquam datę fuerint, reus ipse potest illis renuntiare: hoc enim nõ est in potestate rei,vt in cap. sequenti sæpius probamus.

Ideò ipse contrarium omninò tenerem, eo magis, quod nimis difficilè videtur, posse affirmari, vllum esse reum, qui nullam habet defensionem: etiam in illis casibus in quibus est per Doctores expressum,in quibus solis eã propositionem verificari,concludit Farinac. vbi suprà num.106, videlicet in blasphemo, qui potest probare se fuisse ebrium, vel furiosum: in reperto inflagranti crimine; qui potest probare occidisse ad suam defensionẽ, etiã si proditoriè occiderit: vt per DD.in l.vt vim.ff.de iustit.& iur. potest & alia multa adducere, quæ saltem pœnam ordinariam minuant. Erit itaque ista septima ampliatio.

8 Octauò ampliatur,vt consentire non possit reus,quod ab inimico accusetur. Etenim iure canonico, inimicus ad accusandum non admittitur.cap.repellantur. cap.meminibus.cap.cum P. cap. cum oporteat. de accusat. quod etiam hodie iure ciuili esse seruandum, post alios dicunt Decian.lib. 3.tract. crimin. cap. 25. num.3.Farinac.q.12.num. 38.sed quid si reus non opponat? & iudicem ex officio debere inimicum repellere,ait Marian.Socin. num.20.in d. ca. repellantur.per text. in d. cap. meminimus. subditq; in hæc verba. *Quinimò & fortius, videtur dicendum, quod etiam si accusatus vellet, quod admitteretur, quod iudex tamen debeat ipsum repellere: facit l. vnica. C. si propter inimicitias. lib. 10. quæ tamen Rubric. communiter non habetur, & habetur Rubric. de petitio. ad municip.*

nomi. Ad quod etiam adduco, quia interest Reipublicæ, ne subditi calumniosè, vel iniustè vexentur: vt Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. 1. Hactenus ille. Sequitur Decian. d. lib. 3. cap. 25. num. 19. eo argumento, quod nemo possit facere, quo defẽsiones suę tollant.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Quando non venit imponenda pœna sanguinis, valet renuntiatio defensionum.*
2 *Etiam si resultaret infamia.*
3 *An notorius malefactor possit renuntiare defensionibus.*
4 *Pro latronibus insignibus licitum est aduocare.*
5 *Etiam in notorijs danda est copia defensionis.*
6 *An assassinus possit renuntiare defensionibus.*
7 *Vt specialia assasinij locum habeant, prius debet constare de qualitate assasinij.*
8 *Ad procedendum cum aliqua qualitate, an sufficiat deduci in libello?*
9 *Traditur noua & vera huius controuersiæ resolutio.*
10 *Defensio etiã diabolo neganda nõ est.*
11 *An captus in flagranti possit renuntiare defensionibus.*
12 *Repertus in flagranti an & quando detur terminus ad se defendendum.*
13 *Confessus delictum an possit renuntiare defensionibus, & num. 21.*
14 *Declaratur Glos. in l. 1. ff. de furibus balnear.*
15 *Confesso & conuicto, etiam si eam non petat, danda est dilatio ad se defendendum.*
16 *Confessio reuocari potest, & ea reuocatio est defensio.*
17 *Aduersus confessionem datur reo minori restitutio.*
18 *Confessus homicidium potest etiam ex post facto addere qualitatem, quod occidit ad se defendendum.*
19 *Si non constat de corpore, etiam confessus non potest condemnari.*
20 *Confesso petenti dilationem ad se defendendum danda est.*
22 *Tacitè an possit renuntiari defensionibus.*
23 *Per cõclusionem in causa an excludatur reus à defensionibus. & nu. 25.*
24 *Per lapsum termini an inducatur renuntiatio defensionum. & nu. 25.*
25 *In criminalibus non concluditur, ad effectum excludendi defensiones.*
26 *Exceptioni declinatoriæ fori an possit renuntiari.*
27 *In criminalibus an possit iurisdictio prorogari.*
28 *Exceptionibus dilatorijs an possit renuntiari.*
29 *Exceptionibus de apicibus iuris an possit renuntiari.*
30 *An possit reus consentire, quod feratur sententia non data copia inditiorum, & depositionum testium.*
31 *Intellectus tex. in l. 11. tit. 17. parti. 3.*
32 Cõducho tomado *quid significet.*
33 *Quo iure iudices supremi visitentur non data copia testium.*
34 *Manifestationi apud Aragonenses an possit renuntiari.*
35 *Quando timetur scãdalum, an valeat renuntiatio defensionum.*

36 *In*

CAP. XIX.

Limitationes, id est casus, in quibus valet renuntiatio defensionum.

Limitant Doctores prædicta multis modis an satis exactè, ex infra dicendis apparebit.

Primò limitãt, vt dicta duobus capitibus præcedentib. non procedant, quoties non venit imponenda pęna sanguinis: Bart. nu. 1. Francisc. Areti. col. 1. in d. l. pactum inter hæredem, ff. de pactis Fely. sub nu. 4. in c. cum venisset. de testibus Hippolyt. in l. vnius. §. cogniturum. num. 60. ff. de quæstio. & iterum in practica criminali. §. examinanda. num. 15. Anton. Gomez. tomo 3. variar. cap. 13. nu. 33. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par. c. 10. nume. 2. Paz in praxi 5. par. capit. 3. §. 9. num. 6. Ioan. Redin. de maiest. princi. in parte. sed per legitimos tramites. numero 114. Farinac. quæstio. 39. nume. 65.

Quorum vrgens fundamentũ est, quod illa ratio, neminem posse damnum corporale sibi inferre, ac proinde neque renuntiare defensionibus cum per eam renuntiationem deueniatur ad dãnum corporale, cessat in hoc casu, ideò reducimur ad regulam generalem, quod quisquam potest renuntiare iuri suo: l. si quis in conscribendo. C. de pactis.

2 Sublimitant hanc limitationẽ Aretin. Fely. Hippoly. Paz & Farinac. vbi suprà, vt non procedat quoties ex delicto veniret imponenda pœna, ex qua resultaret infamia: quia tunc (inquiunt) non posset reus defensionibus renuntiare, quia infamia mutat statum, vt notatur in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionib. in causa autem status non licet defensionibus renuntiare. l. nec si volens. l. interrogatam. C. de liberali causa. hæc tamen iura nõ simpliciter in causa status loquuntur, sed in causa libertatis, quæ longè fauorabilior est.

Contrarium, quod imò etiam si resultet infamia, possit reus defensionibus renuntiare, voluerunt Anchar. & Aretin. num. 6. in capi. cum dilecti. de accusation. Couar. 2. par. de sponsal. capitu. 8. §. 12. nume. 16. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. part. capit. 10. num. 1. mouentur primò, per tex. expressos in c. cũ dilecti. & in cap. inquisitionis. de accusationib. qui in causis vbi resul-

resultabat infamia, admittunt eiusmodi renuntiationem. Secũdò, quia vnusquisq; est dominus famæ propriæ, quemadmodum aliorum bonorum fortunæ, vt re soluimus lib. 2. c. 12. ac proinde potest de ea disponere; quare ista sententia tenenda est.

3 Limitantur secũdo prædicta, vt non procedant in notorio malefactore, veluti publico & famoso latrone, quẽ posse suis defensionibus renuntiare, & validam esse eiusmodi renuntiationem, sentit Bald. num. 4. in l. raptores, C. de Episcop. & cleric. & profitentur Angel. num. 5. in d. l. pactũ inter hæredem. ff. de pactis. idem Angel. num. 6. in Auth. iubemus. C. de iudic. Corset. in singul. verbo defensio. Felyn. sub nu. 4. in c. cum venisset. de testibus. & in cap. si diligenti. num. 3. de foro compet. & iterum not. 5. fall. 1. in cap. cum dilecti. de accusation. Ias. nu. 18. fall. 1. in l. si quis in cõscribendo. C. de pactis. Augusti. Arimin. in addit. ad Ang. Aret. in tracta. maleficiorum in parte Qui iudex statuit terminum nu. 12. Paris de Puteo in tracta syndicatus. verbo condemnatio. ca. 4. num. 6. Carret. in tract. de hæret. §. 8. incip. circa igitur tertiũ. nume. 76. Hippolyt. in practica crimin. §. examinanda. num. 2. & 6. & 14. & 19. & iterum in l. vnius. §. cogniturum. num. 60. & 62. cũ sequen. ff. de quæstio. Farinac. qui alios citat q. 39. num. 63.

Mouentur isti primò, quia huiusmodi notorios malefactores, & famulos latrones statim puniri, publicè interest: vt ait tex. in l. constitutiones. ff. de appellat. l. pronuntiarum. C. de ferijs. Verum hæc iura præsupponunt, cũ his legitimo modo prius habitũ iudicium, & fuisse condemnatos: vt est tex. in d. l. constitutiones. ibi *quos damnatos statim puniri, publicè interest.* Text. in l. raptores. C. de Episc. & cleric. ibi *post legitimas & iuri cognitas probationes, sine fori præscriptione durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnẽt supplicio.* Iunctis his quæ notat ibi Bald. nume. 4. ad finem.

4 Secundò, Hippolytus mouetur authoritate Angeli Aretini in tractatu de maleficijs in parte Etiam vestem cœlestem abstulit. num. 12. vbi voluit, quod pro latronibus insignibus, & grassatoribus iudex non debet pati, aliquem aduocare: argumento tex. ind. per omnes 6. C. de defensor. ciuit. idem dixit Felyn. num. 4. in cap. dilectus. el 2. de simonia. & alij plures, quos refert Farinac. quæst. 39. num. 107. Cæterum maximè miror istos Doctores, qui oscitanter illius tex. verba legerunt, neque enim loquitur de patrocinio aduocatorum, sed de his qui pattando sceleri authoritate sua receptacione, & auxilio patrocinium præstiterunt: & minis, ac alijs illicitis artib. reis solẽt impunitatem quærere: quales sunt quidam potentes, qui opera perditorum hominũ abutun-

tuntur, quos per fas, & nefas volũt defendere verba tex. sunt, *Remoueant patrocinia, quæ fauorem reis, & auxilium scelerosis impartiẽdo, maturari scelera fecerunt*. Itaq; verius est, etiam pro insignibus notorijs, & famosis delinquẽtibus aduocatos adesse posse. Imò solet his indigentibus dari aduocatus, & compelli eos defendere, l. ne quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconsulis, & si inopes sunt, aduocatus pauperum tenetur illis adesse. Farinac. d. q. 39. nume. 109. in eo, de quo iam constat esse latronem famosum, admittit, ne pro eo audiatur aduocatus. Sed nec hoc casu repellerem aduocatum, secũdum ius pro reo iusta allegantem. Quis enim negare potest, aduocatorũ allegationem partem esse defensionis? atquì defensio ipso diabolo neganda non est: vt infrà num. 10. ergo neque publico latroni, qui certè non potest dici diabolo deterior. Potest autem esse, & quod pro manifesto latrone dicatur, non nè puniatur, sed ne tali, aut tali pœna puniatur.

5 Tertiò, Hipolyt. in d. §. examinanda. num. 7. cum sequen. mouetur ex eo, quod in notorijs non attenditur ordo, sed iudex potest incipere ab executione denegatis defensionibus. Hoc tamen fundamentum non vrget, quia verius est, quod etiam in notorijs sit danda copia defensionum, & ita est communis opinio: vt per Anton. Gomez. tomo 3. variar. cap. 1 num. 43 & plures, quos refert Farinac. quest. 21. nume. 77. cum sequen. Et præterea, non sequitur, iudex potest negare defensiones, ergo si eas dederit, reus potest illis renuntiare: iudici enim lex dat potestatem reos occidendi, ipsis reis Deus illam negauit.

Quamobrem sublatis huius limitationis fundamẽtis, ipse aduersus omnes iudico, non posse etiam publicos & famosos latrones, ac notorios malefactores suis defensionibus renuntiare, vrgenti & insolubili fundamento, quod renuntiatio defensionum non valet, ex defectu potestatis, quia nemo potest actum facere, ex quo mors sequatur: vnde ergo hæc maior potestas aduenit publico & famoso latroni, quam cæteri homines non habent? certè nõ potest dici, quod delinquendo illam nactus sit, ac propterea remanet semper, & vrget fundamẽtum communis sententiæ, quod non valere renuntiationem euincit.

6 Tertiò limitantur in assassino, quem posse suis defensionibus renuntiare, volunt Paris de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. capit. 4. nume. 12. Carer. in tracta. de heretic. §. 8. incip. circa igitur tertium. num. 70. Hippol. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 64. ff. de quæstio. & in l. vnica. nume. 103. C. de raptu virgin. & in practi. crim. §. examinanda. num. 21.

Anton.

Anton.Gabr.lib.7. commun.opi. conclus.1.nume.26. Petrus Plaza in Epit.delict.cap.19.nu.18. Rolan.à Valle cons.24.num.9.lib.1. Monticell. in pract. crimin. reg. 8.num.31.Farinac.d.q.39.nn.64. Tiber.Decian.lib.9.tracta.criminal.c.30. nu.29.

Mouentur isti ex eo, quod assassinus est hostis publicus, diffidatus à toto populo Christiano, & à quolibet offendi potest: c.1. de homicid. lib.6. & contra ipsum de facto proceditur, Bartol. in l. non solum.§. si mandato. ff. de iniurijs. Et subdunt Hippol. Anton. Gabr. Monticel.& Plaza multa specialia, quæ in assassinio recepta sunt ob criminis enormitatem, ideo concludunt, quod in eo est maior ratio, quam in latrone publico.

Contrarium, imò quod etiam assassinus non possit renuntiare defensionibus suis, voluit Ioannes Gutierrez de iuramento cõfirmatorio.3.par. cap.10. nu.7.

Mouetur primò, quia quo maius est delictum, magis indiget reus defensione, quia maior pœna venit imponenda, & ideò minor est potestas rei, in faciendo actum, ex quo deueniatur ad illam maiorem pœnam: ac propterea magis vrget fundamentum communis sententiæ, quæ ob defectum istius potestatis negat valere renuntiationem.

7 Secundò, quia nõn potest dici assassinus, quousque per sententiam in contradictorio iudicio latam, audito reo, & eius defensionibus declaretur talis: ergo interim quod substantiatur processus, & deuenitur ad sententiã non potest produci iste effectus, quod possit renũtiare defensionibus suis: & hanc obiectionem fatetur Farinac.q.39. num.64. & 109. vbi videtur requirere quod sit notorium, esse assasinum, eoque fundamento mouetur, quod ad hoc vt specialia assasinij locum habeant, prius constare debere, volunt Docto. quod sit assasinus, vt per adductos à Farinac. quæst.7.nu.11.& q.8.num.85. cũ sequen.Mascard.concl.137.num. vlt. & conclus.136. nu.16.

8 Verum hoc fundamentum videtur rem intricare, & tollere omnia specialia assasinij, quomodo enim dum proceditur, potest cõstare de eo, de quo lis est? ideò alij volunt, quod sufficiat qualitatem esse deductam in inquisitione, quoad procedendum prout in tali delicto cum illa qualitate: argum. tex.in l. cum quædam puella.§.fin.ff. de iurisdict. omn.iud. & tex. in l.ordinata.ff. de liberal. causa Bart. num.9. in 1.lect. in l. 2. ff.si quis in ius vocat.non ier.Bald.Fulgos.Alexan. num.6. & cæteri ibid. Sentit Innoc.in c.cæterum.de iudic. & in cap.cum sit, de foro compe.communem dicit Aufrer. ad Capell. Tholosan.decis.211.& magis cõmunem allegando multos Vrsill. ad Afflict.decis.297.& ita obseruari, ait Imola in cap. si clericus laicum.

laicum de foro compe. & fuit iudicatum Tholosæ, vt per Aufrer. vbi suprà. & pluries fuisse iudicatum Neapoli ait Afflict. d. decis. 297. & ibi ait Vrsillus quod semper vidit ita practicari, & qđ ita obseruetur Mediolani, ait Clarus §.fin.q.36.nu.26. vbi etiā testatur de consuetudine Neapolis ex Capic. decis. 112. & 115. Gramma. voto 8. & 11. idem obseruatur in senatu Burdeg. Boer. decis. 69. num. 17. cum duob. seq.

9 Ipse in hoc, diu quæsiui, & nō inueni concludentem resolutionem, puto tamen assignari posse sequentem: quod ad hoc quod specialia assassinij locum habeāt, debeat constare de qualitate assassinij, secundum illam probationis speciem, quæ ad illū actū, qui explicandus est, de iure requiritur: verbi gratia, ad inquirēdum & carcerandum leuia inditia sufficiunt, certè ad formandā inquisitionē de assassinio, & carcerandum reum etiam strictiori carcere ac prout assassinum, sufficiunt leuia inditia de qualitate, imò & leuiora, quia hoc est speciale in assassinio, quod leuioribus probationibus probetur: tex. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Monticel. in pract. crimin. reg. 8. num. 23. Ad torturam vrgentiora & sufficientia inditia requirūtur, sed quidam etiamsi adsint inditia, non torquentur, nisi in assassinio, in hoc non requiro, q̃ concludenter constet de qualitate assassinij, ad hoc vt torqueri possit tanquam in crimine excepto, quia si sufficienter cōstaret iam non esset locus torturæ, sed termino, & deinde condemnationi: neq; sufficient inditia de delicto simplici sine qualitate assasinij, sed oportet, & sufficit, qđ adsint inditia de qualitate assassinij, vrgentiora quam ad carcerandum, sed non adeò vrgētia ac in alijs criminibus, quia semper leuior probatio sufficit in assassinio; quia & per testes de auditu torquetur assassinus: post plures Monticell. d. reg. 8. num. 24. & 28. Merenda cons. 50. num. 6. & alij alibi. Pariter ad cōdemnandū requiritur plena probatio, ad condemnandum de assassinio sufficiet, quod de qualitate constet cum priuilegijs assassinij, hoc est tali probatione etiam priuilegiata, qua lex contentatur.

Ex his apparet, istud argumentum Gutierrez non vrgere, quod non posit dici assassinus, quousque per sententiam declaretur talis, quia ad hūc effectum si alia non obstarent, sufficeret probatio priuilegiata.

Teneo tamen cum Gutierrez aduersus omnium aliorum sentētiam, ex priori argumento, cui non video posse dari congruum responsum: quia cum fundamentum regulæ negātis posse defensionibus renuntiari sit impotentia, non video quomodo crimina posint dare potestatem reis, quam Deus negauit. Adde, quod defensio

defensio quantumcunq; nequis-
10 simo auferenda non est: vnde Hippoly. in l. vnius. §. cogniturũ. num. 47. ff. de quæst. post Cepollam inquit, quod defensio etiam diabolo neganda non est: quod sequuntur alij, vt per Farinac. q. 39. num. 50.

11 Quartò limitantur, quãdo reus captus est in flagranti crimine, quem posse renuntiare suis defensionibus, volunt Ias. numero 15. in l. pactum inter hæredem, ff. de pact. Paris de Put. d. verbo condemnatio. cap. 4. num. 4. & 6. Augu. Arimin. ad Ang. Aretin. d. par. iudex statuit terminũ. num. 11. Felyn. not 5. fall. 2. in ca. cum dilecti. de accusatio. & iterum sub num. 15. in cap. pastoralis. §. quia verò. d. offic. deleg. & nu. 4. in c. cum venisset. de testib. Corse. singul. 75. verbo defensio. limit. 2. Hippolyt. in practica. §. examinanda. num. 3. & 14. & in l. vnius §. cogniturum. num. 60. & 85. ff. de quæstio. & in l. vnica. nu. 91. C. de raptu virgin. Farinac. q. 39. num. 61.

12 Mouentur isti ex eo, quod repertis in flagranti crimine nõ est dandus terminus ad se defendẽdum, quia contra notorium actũ defensio cadere non potest; Gl. in l. ictus fustium. ff. de his qui notã. infam. Bal. num. 2. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & alij plures, quos refert Farinac. q. 21. nume. 142. saltim repertis in flagranti crimine & confessis Monticell. in practica criminali. regula 14. num. 22. Farinac. qui plures alios citat d. q. 21. num. 143.

Sed respondetur, hoc posse procedere, quando omninò constaret, hos nullam habere posse defensionem: sed quia hoc nunquã potest cõstare, etiam repertis in flagranti crimine semper dãdus est terminus ad se defendendũ; vt concludit Farinac. d. q. 21. nume. 144.

Respondeo secundo, prout iã suprà in alia limitatione respondi, quod non sequitur, iudex potest negare terminum reo, ergo si illum dederit, reus poterit termino renuntiare, quia eam potestatem dedit lex iudici, quemadmodum & potestatem occidendi, reo autem expressè negauit Deus potestatem quidquam faciendi, quod in necem suam, vel illius accelerationem conuerti possit.

13 Quintò limitant, quando reus confessus esset delictum, quia tũc valere renuntiationem, scribunt Bald. num. 11. in l. si accusatorib. C. de accusatio. & num. 4. in l. raptores. C. de Episco. & cleric. & nume. 11. in Rubr. ext. de pactis. vbi videtur sublimitare in duobus casibus, si extra iudicium esset confessus, vel si in tormentis, idem Bald. num. 4. in c. significante. de appella. Paul. de Cast. num. 6. & 7. Ias. latè num. 13. in l. pactũ inter hæredem. ff. de pact. & iterum in l. penult. num. 18. fall. 2. C. eod. tit. Hippoly. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 60. & 61. ff. de quæstio.

ctio. & in practica criminali. §. examinanda.num. 13.& 17.Fely. in c.cum venisset.sub nume.4.de testibus.Couarru.2. par.de spon sal.cap.8.§.12.num.16. qui dixit ita praxi receptum.Iul.Clar.§.fi. q.49. num. 16. Farinac. qui alios refert q. 39. nu.62.

14 Pro hac sententiā adducitur primò, Gl.in l.1. ff. de furib.balnear.quam frequentissimè addu cunt DD. in his limitationibus, & eam inducunt à contrario sen su, ait enim tex. *Fures nocturni extra ordinem audiend: sunt*, Subiungit Accursius: *idest, si volebant facere aliquam defensionem, quia negent*. Vnde argumētantur Doctores, ergo si confitentur & nolunt facere defensionem, sed illi renuntiant, valebit renuntiatio.

Respōdeo primò, Glos. authoritatem probabilem esse non necessariam.c.ego solis.8. dist.

Respondeo secundò, hoc esse argumentum à contrario sensu, quod non valet, quādo resultat absonus intellectus, vt hic resultat; Doctores communiter in l. 1. ff.de officio eius.

Respondeo tertiò, non inferri à contrario sensu glos. quod si reus confessus renuntiet defensionibus, valet renuntiatio, sed quod si reus confessus nolit se defendere, non est audiendus extra ordinem, hoc est, non est, ei danda dilatio: quod est diuersum, quia dare vel non dare terminum, est actus iudicis.qui potestatem habet occidendi nocentes, renuntiare defensioni datæ, est actus rei, qui non potest se occidere, neque defensioni datæ renuntiare.

15 Respondeo quartò, id quod colligitur à contrario sensu dictæ glossæ non esse verum, quia reo confesso, & conuicto, etiam si eam non petat, danda est dilatio ad se defendendum, neque aliter poterit condemnari: Foller.in practica criminal. 1. par. 3. parti. verbo & si confitebuntur num.64 Franc.Personal.in tract. de indicijs & tortura. nume. 28. Clarus.§.fin. quæst.49.nume.4. & 13.Farinac.qui dicit magis communem quæst.39.nume.35.& 40. Apparet igitur, ex hac gloss. toties decantata, nullum solidum argumentum posse desumi.

Secundò argumentātur predicti, quod postquam reus confessus est delictum, iam constat, qđ nullam potest habere defensionem, ideo solum renuntiat dilationi & non defensioni.

Respondeo primò, etiam soli dilationi non posse renuntiari, vt sup.c.17. probauimus.

16 Respondeo secundò non esse verum, quod confessus nullam possit habere defensionem, quia imò potest plurimas defensiones habere. Potest enim reuocare confessionem, quæ reuocatio est defensio, l.sancimus.C.de errore aduoca. notant in terminis Paris de Puteo in tract.syndicat.verbo defensio.c.4.nume.1.& 14.Hippol.in l.1. §.fin. nume.61. ff.de

ff.de quæstion. Thom.Grammat. voto 7.num.6. dicit communem post plures Clar. §. fin.quæst.55. versic.sed pone.num.17.& q.64. nu.43.Farin.q.39.nu.100. & seq.

17 Pariter si reus minor est, potest aduersus cõfessionem in integrum restitui. Anton. Gomez tomo 3. cap.1. num.66. & planè post alios tradit Sfortius Oddus in tract.de rest.in integ.q.65.art. 9.nu.37. cum seq.

18 Vlterius, qui confessus est homicidium, potest etiam ex post facto addere qualitatem, quod fecit ad suam defensionem:argumento tex. in ca. cum dilecti. de accusation. per quem tex. tenet hoc Bald.in l.2.in fine. C. de custod.reor.& in ca.1.§. item vasallus.num.7.de controu.inuestitu. Deci.num. 19.Bologne. num.50. in l.vt vim.ff. de iustit.& iur.Natta consi.412. nu.18.cum sequen. Boer.decis.164.num.12.& 13.

19 Potest etiam,qui cõfessus fuit delictum,allegare, quod non cõstat de corpore delicti, ideò nequit condemnari. tametsi fuerit confessus:Bartol.in l.diuus.ff.de milit.testam. Bald.in l. vnica. C. de confess.Clarus.§.fi.q.55.num. 9.ac post multos, quos citat Farinac.q.2.nu.7. Mascar.concl.354.

Eodem modo, qui cõfessus est furtum, potest allegare esse furtum domesticum, quod non punitur: l. aut damna. §. furta domestica. ff. de furtis. vel putasse dominum permissurum, idque probare coniecturis: iuxta doctrinã,Barto. in l.inter omnes. § rectis. ff. de furtis & plures alias defensiones quas confessi habere possunt,cõsequuntur Paris de Puteo, vbi sup. Clarus d. quæst. 55. Mascar. concl. 349.cum seq.

Tertiò argumentantur prædicti, confesso petenti dilationem ad se defendendum,iudex illam dare non debet: vt ait Bald. per tex.ibi in l.à procedẽte.C.de dilation.ergo si perperam data sit, poterit reus illi renuntiare.

Respondeo primò, non sequi, iudex non debet dare dilationem, ergo potest reus illi renuntiare, vt suprà sæpius dictum est.

20 Respondeo secundò,illam doctrinam Baldi non esse veram,quia reo etiam confesso & conuicto petenti dilationem ad se defendendum, danda est: vti est text. in l.desertorem.§. si ad diem.ff. de re milit. per quem ita tenent Salyce.num.7.& 8.in l.1.C.de custod. reorum Hippoly. in practi. §. examinanda. num. 33. Anton. Gomez.tomo 3. varia.cap.1. nu. 43.Paris de Puteo de syndicatu. verbo condemnatio. cap. 4. Iul. Clar.§.fina.quæst.9.versic.quæro etiam. & quæst.64.versic.sin autẽ reus. Farinac. qui plures alios citat, & testatur de communi. tit. de indicijs & tortura, quæst.39. num.32. neque videtur esse posse vllum dubium, quia si etiam non petenti danda est, vt suprà resoluimus, multò magis petẽti.

Quartò,mouetur Paul.Castrẽ. quia per cõfessionem delictum fit

sit notorium, tex. in cap. vestra. c. tua nos c. fin. de cohabitatione cleric. & mulie. & plenè Farinac. q. 21. nu. 31. sed in notorijs reus potest renũtiare defensionibus, ergo & confessus potest.

Respondeo, negando minorẽ, quia suprà probatum est, etiam in notorijs non valere renuntiationem defensionum.

Quintò, idem Paul. Castrensf. perpẽdit, quod appellationi pos sit reus renuntiare.

Respondeo, contrarium esse verius, imò non valere renuntiationem appellationis in criminalibus, vt probauimus suprà c. 17. num. 19. & confessus in crimi nalibus appellare potest: cap. ei qui. §. sunt etiam. 2. quæst. 6. l. cum fideicommissum, ff. de confess.

Contra prædictam limitationem tenet Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par. c. 10. nu. 5. verf. quatenus ve rò. Vbi ait, se non simpliciter sequi dictam limitationem, sed cũ distinctione, quod aut constat, reum confessum aliquam habere defensionem, & non valeat renũ tiatio exclusa ista limitatione; aut non constat, illum habere ali quam defensionem, & tunc pro cedat limitatio: quam in hoc ca su tenet ipse Gutierrez.

21 Ego verò indistinctè teneo, nõ valere renuntiationem, per argu mẽtũ illud fundamẽtale, & insolubile: renuntiatio defensionũ facta per reum non valet ex defectu potestatis, quia non potest id facere, ex quo sequitur mors, vel acceleratur, vel saltem non impeditur, vel differtur: sed hãc potestatem, quam Deus negauit non potest ei tribuere confessio, ergo sequitur, quod etiam confessus non potest renuntiare. Et ita tenendum censeo, præmaximè, cum omnia fundamenta Doctorum in contrarium adducta concludenter sublata sint.

22 Sextò, limitant in tacita renũ tiatione, quę prouenit ex lapsu termini iuxta l. 1. C. si sæpius in integ. restitutio postuletur istã enim tacitam renũtiationem valere, quia fortior est exclusio tẽporis, quàm renuntiationis: argumento. l. ex facto. §. si quis bonorum, ff. ad Trebelli. & vt termi ni datio aliquid operetur, argumento c. pastoralis. de exceptio. ac proinde elapso termino dato ad probandum vlterius reum nõ posse testes inducere, sed ex taci ta sua renuntiatione esse exclusum: voluerunt Bald. num. 43. in l. 1. C. de his qui accusar. nõ poss. idem Bald. num. 3. in l. fi. ff. de ferijs Felyn. sub num. 4. in ca. cum venisset 25. de testib. Paris de Puteo de syndicatu verbo condem natio. cap. 4. num. 9. Menoch. de arbitrar. iudi. lib. 1. quæst. 7. num. 13. Couarruu. secunda par. de sponsal. capitu. fina. §. fina. numero 16.

23 Sic etiam, per conclusionem in causa tacito consensu suo excludi reum à defensionibus, sen-

tit Angel. sub num. 5. in dicta l. pactum inter heredem. ff. de pactis.

24 Sic etiam, cum quis patitur labi tempus ad appellandum, sua illa cessatione, & tacita renuntiatione excluditur ab appellando: Bald. num. 4. in l. fin. §. fin autem partes. C. de tempor. appellatio. Decius in l. 1. in 2. lect. nu. 49. C. qui admitti, & in cap. cognoscentes. in 2. lect. num. 29. de constitutio. & in cap. iurauit. nume. 26. de probation. Tiraquel post leg. connub. glos. 7. num. 77. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. q. 87. nu. 8.

Sic etiam, lapsus termini ab statuto præfixi inducit renuntiationem: l. bonorum. ff. rem ratam haberi. l. 1. & ibi Bald. in princip. C. de in integr. restitu. Tiraquel. de retr. lignag. §. 3. gl. 4. nume. 2. ideò qui permittit, labi terminũ ab statuto pręfixum ad dicendũ de nullitate, ipse se excludit, & videtur renuntiare nullitati: Rober. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 17. num. 130. cum sequen. & & ei licitè denegatur audientia & defensio etiam naturalis: vti argumento tex. in l. sed etsi per Prætorem. §. sed si dum decreto, ff. ex quib. cauf. maior. dixit Bal. num. 4. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Alexand. conf. 105. numero 8. lib. 5. Natta conf. 120. num. 13. lib. 1.

Aduersus istam limitationem sentit Hippolyt. in l. vnius. §. cogniturum. num. 62. ff. de quæstionibus. sed non se satis explicat.

Ego indubitanter credo non esse veram, quia minimè verum est, qđ lapsus termini impediat defensiones in causa criminali; siquidem etiam si terminus labatur, nihilominus potest reus, sine termino defensiones & testes inducere: vt probauimus suprà ca. 17. num. 30.

25 Pariter verũ non est, qđ cõclusio in causa excludat defensiones, qa in criminalibus nõ fit cõclusio, ad effectũ impediẽdi productionem testiũ: & ita nunquã præcluditur aditus defensionib. quinimò etiam post conclusionẽ testes produci possunt per reum Bald. num. 19. in l. si accusatorib. C. de accusatio. Bartol. per text. ibi in l. diui fratres. ff. de pœnis. Bossius tit. de publicatione pro cessus. num. 8. Felyn. sub not. 5. in cap cũ dilecti. de accusatio. Natta conf. 359. num. 1. plenè Hippolyt. qui dicit cõmunem in practica. §. sequẽs à nu. 1. Iul. Clar. §. fi. q. 61. nu. 5. Farinac. 3. par. tit. de opposit. contra exam. test. quæst. 75. num. 264.

Neque obstat, quod si reus intra decem dies non appellet, sententia mandabitur executioni, neque vlterius audietur appellans, quia hoc non nascitur ex cõsensu rei, sed ex natura appellationis, cui opportuit certum aliquod tẽpus asignari, ne alioquin res in infinitũ abiret; hęcq; non est iniquitas, sed iustitia pòsitiua: vt ait Bald. nu. 19. in l. fin.

§. in

§. in cõputatione. C. de iure deliber. Et iura quæ dicunt, non appellantem videri consentire sententiæ, non hoc volunt dicere, quod ex consensu suo robur accipiat, etenim si quis non appellaret, & protestaretur non cõsentire, nihilominus sententia suo iure consisteret, & appellatio vlterius non admitteretur, sed adiungitur præsumptio taciti consensus, ad maiorem exclusionem non appellantis.

26 Septimò, limitant in exceptione declinatoria fori, cui posset renũtiari, quia in ea non cõsistit naturalis defensio: ait Bald. in l. si accusatoribus. nu. 11. C. de accusatio. idem Bal. nu. 9. in l. pen. C. de pactis. num. 8. in c. 1. de iudic. Felyn. sub num. 4. in cap. cum venisset. de testib. Alex. ad Bart. in l. custodias. ff. de public. iudic. Hippolyt. in l. vnius. §. cognitorum. num. 60. ff. de quæstio. & in practica. §. examinanda. nu. 14.

Et mouetur Bald. per tex. in l. 1. C. vbi de crimine agi oporteat, qui tex. allegatur ad similẽ quæstionem, quod in causis criminalibus possit iurisdictio prorogari: ait enim tex. *Quæstiones eorum criminum quæ legibus aut extra ordinem coercentur, vbi commissa, vel inchoata sunt, vel vbi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere, satis notum est.* Vis stat in illis verbis *inchoata sunt*, quæ habent duos intellectus, aliqui enim intelligunt, quod referuntur ad crimina, & ita dicat tex. quod vbi crimina sint commissa, vel inchoata, & iste videtur germanior sensus, secundum quem non probat communem sententiam. Alij intelligunt, qđ referantur ad verbũ, quæstiones, siue iudicia, & ita dicat tex. qđ vbi iudicia sunt inchoata, debẽt finiri, & per consequens velit, valere prorogationem iurisdictionis in criminalibus: & iste sensus est communis, & approbatur per l. 15. tit. 1. parti. 7.

Ideò tametsi Speculator tenuerit, quod in causis criminalibus saltim quando proceditur per viam inquisitionis, nõ possit iurisdictio prorogari, & eum sequantur alij, quos refert & sequitur Hippolyt. num. 199. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. Osascus decis. 64. num. 8. Maranta in praxi par. 4. distinct. 12. num. 14. qui adducunt text. in l. si quis ex consensu. C. de Episcop. audient. cui facilè respondetur, quod loquitur in Episcopo, cui noluit princeps secularis dare cognitionẽ causarum criminalium, quia neque habere posset, neque condecenter punire.

27 Tamen receptior est sẽtẽtia Azonis, qui in summa tit. vbi de crimine agi oporteat. tenet valere prorogationem, & idem vult Accursius verbo, inchoatã. in l. 1. illo tit. idem Accursius glos. fi. in l. 1. ff. de iudic. & ibi Bar. num. 9. Bald. in addition. num. 13. Alberic. num. 4. Curt. Iun. num. 39. qui dicit magis communem. Ca-

gnol. nu.46.qui dicit communiter receptam. Iul.Clar.§.fi.quæst. 42. Farinac.quæst.7. nume.3.qui alios citant: & hæc sententia expresse approbata est per l.15.ti. 1. parti. 7. qui omnes sentiunt, idem esse, etiam si procedatur per viam inquisitionis, præter Clarum d.quæst.42. num.3.

Cæterum, (quod ad nostrum institutum attinet) omnes fatentur, etiam illi tenent cõtra prorogationem, quod valebit in præiudicium prorogantis, vnde videtur receptissima ista limitatio, quod possit reus renuntiare exceptioni declinatoriæ fori.

28 Octauò, limitabat Bald. in exceptionibus dilatorijs, quibus posse renuntiare reos, voluit: quæ non consistit in eis naturalis defensio, ita Bald. per glos. & tex. ibi in l.si accusatoribus. C.de accusation. idem Bald. nu.9. & ibi Ias.num.18.fall.5. in l. pen.C.de pactis.iterum Iason num.14.in l. pactum inter hæredem.ff. de pactis. adducit etiam pro hac sententia Baldus tex. in l.reum criminis.C.de procurator.& in l. si maritus.§.præscriptiones. ff. de adulter.quæ nihil probant.

Et quidem contra Bal. stat doctrina Bart.num.5. in custodias. ff.de publi.iudic.qui dixit, quod non potest reus renuntiare exceptioni feriarum, vt citius condemnetur, & quæ adduximus supra cap.17.num.31.ideò limitatio ista repudianda est.

29 Nonò, limitat in exceptionib. quæ non sunt de iure gentium, sed de apicibus iuris, vel statutorum quibus posse renuntiari, voluit Bal. in vltimis verbis in cap.cum venisset.de testibus idẽ Bald.nu.43.in l.1.C.qui accusar. non poss.Felyn.nu.4.in d. c.cum venisset.Hippoly.in l.vnius.§.cognituru.nu.60.ff.de quæstion. & in practica.§.examinanda. num. 13.Ias.num.17.in d.l.pactum inter hæredem. ff. de pactis. Paris de Puteo de syndicatu.in verbo condemnatio. cap.1.nu.4. & 11. Alexan.in additio.ad Barto.in l. custodias.ff.de public.iudic. Angel.Are.in tract.malefici. in par. qui iudex dictis inquisitis.num. 9.Corset. ĩ sing. verbo defensio. Farinac.quæst.39.nume.67.Gregor.Lopez gl.fina.in l.11.tit.17. part. 3.

Mouetur Bal. primò, quia vbi agitur de bona fide, non conuenit de apicibus iuris disputare: l.si fideiussor.§.quodam.ff. mãd. sed nõ dicit is tex.quod vbi agitur de vita.

Secũdò, per gl.1. in l.si accusatoribus.C.de accusatio.quæ voluit, quod licet de iure non admittantur plures ad accusandũ reum, l.si plures, ff.de accusatio. per Iul. Clar.§.fi.quæst.13.tamen huic exceptioni potest reus renuntiare: sed huic argumẽto potest responderi, quod authoritas Glos.non est necessaria, ideò ab ea non sumitur efficax argumentum, cui potest responderi, deciperis.

30 Ter-

30 Tertiò, pro hac sententia fortiter facit, tex. in l. 11. tit. 17. par tit. 3. quæ ait, quod potest reus consentire, quod feratur senten tia, nõ data ei copia depositionum, neque editis testium nomi nibus, & ita sine copia inditiorum: & ibi Grego. Lopez intelligit, quod hoc procedit, quia ista exceptio est de apicibus iuris, idem sentit Redin. de maiestate principis in par. per legitimos tramites. nu. 148.

31 Sed certè nimis dura mihi videtur ista conclusio, quia maxima pars defensionis consistit in copia inditiorum & nominibus testium, quibus non habitis, reus non potest se defendere, neque aduersus testes opponere, neq; exceptiones suas, dicta testium elidentes, allegare, vt manifestè patet, & constat ex plurib. quos citat Farinac. q. 39. num. 2. quare illa lex partitæ necessario intelligenda est, in casibus in quibus non veniat imponenda pœna mortis, aut mutilationis mẽbri, in quibus reus potest renuntiare defensionibus suis, vt dictum est suprà limi. 1. & illa lex cõtinuatiuè legenda est, à vers. *pero si el Rey.* vsque ad finem, nam in principio ponit regulam, quod sit dã da reo copia inditiorum, & in d. ver. *pero si el Rey.* ponit exceptio nẽ, de mandato Regis, sed nõ generaliter in oĩbus casibus, sed tã tum in inquisitione *de conducho tomado.* hoc est de extorsionibus, & in hoc casu inquit, quod si Rex iubet non dari copiam inditiorum, non est danda: & subdit, idem esse si partes, ita paciscantur, debet ergo intelligi, in illa inquisitione *de conducho tomado* in qua, quia non venit imponenda pœna mortis, vel mutilatio-

32 nis membri, reus potest ita pacisci. Quodque *conducho tomado.* significet extorsiones, constat ex l. 2. tit. 22. parti. 1. l. 6. 7. 10. 11. 16. 17. tit. 3. lib. 6. Recopil. notãt Mõtal. in Repert. eo verbo. Burgos. de Paz. cons. 33. nu. 28.

33 Sed incidenter notabis, in dicta l. 11. titu. 17. partita. 3. esse textum per quem inductum est, in visitationibus iudicũ supremorum, non dari nomina neque depositiones testium reo, quem non vidit Redin. de maiest. princip. in parte per legitimos tramites. à num. 147. vbi laborat in cõ probanda praxi ordinaria, conaturque eam deducere, à l. 11. tit. primo. partita 7. non satis feliciter.

Aduersus istam limitationem sentit Bartol. num. 5. in l. custodias. ff. de publi. iudic. quatenus ait, quod si per statutum inducantur aliquæ feriæ, non poterit reus illis renuntiare, vt citiùs condemnetur.

Concordantur istæ opiniones, distinguendo, vt quando præiudicium sit magnum, vel vti declarat ipse Bald. in dicta l. prima, numero quadragesimotertio, C. qui accusa. non poss. quando exceptiones excludunt

delictũ, vel saltim vt dicit Alex. statim citandus, quando minuũt pœnam, non possit illis renuntiari; quando verò solum consistũt in eo, vt commodius reus audiatur, & præiudicium est paruum, valeat renuntiatio: ita Ludouic. Roman. in Rubri. ff. de arbitris, num. 42. Felyn. num. 3. in ca. si diligenti. de foro compe. Alexand. in addition. ad Bartol. in dicta l. custodias. Corset. in singul. verbo defensio.

Sed vt vides, Bartol. loquitur etiam vbi in nihilo excluditur delictum, aut minuitur pęna, sed tantum elõgatur iudicium, quare securius est, simpliciter tenere, non esse validam renuntiationem.

34 Hinc perpendi posset, vtrùm apud Aragonenses, reus qui petijt manifestationem, posset illi renuntiare, & propensior sum non posse, nisi aliud municipali lege cautum sit: magna enim defensionis pars est, & nimis commoda reis dilatio per eam inducitur: vnde succedunt dicta suprà cap. 17. num. 30. & seq.

35 Decimò limitant, quando immineret scandalum, vti ait Bald. per illum textum in l. cum reis. 18. C. de pœnis vbi ita scribit. *In glos. sine retardatione. facit ad quæstionem, quod si iudex dedit dilationẽ conuicto ad faciendam suam defensionem, & amici procurant tumultum, vel procurant quod fiat adunãtia generalis, in qua liberetur, quod iudex non debet istam expectare, sed debet facere conuictum renuntiare dilationi, & facere officium suum.* Hactenus Baldus. Sequitur post Angel. & Roman. quos citat Hippolyt. in pract. §. examinanda, nume. 30.

36 Et facit, quod in notorijs, qñ timetur scandalum, etiam nõ datis defensionibus reus punitur: vt plures aiunt relati per Anto. Gomez. Tomo 3. var. cap. 1. num. 43. Farinac. quæstio. 21. num. 78. & 145.

Cæterũ, ipse ab eiusmodi executionibus semper abstinerem, vt etiam consulit Farinac. dicto nu. 145. quia, etiã hoc casu reus potestatem non habet renuntiãdi suis defensionibus, & facilè posset innocens inauditus damnari, quod esset imitari Pilatum pessimum iudicem, qui innocentissimum Saluatorem Dominum nostrum crucifixit, propter tumultum Iudeorum: Carer. in practica. crimin. in materia torturæ. q. 7. nu. 26.

37 Vndecimò limitant, in crimine hæresis, in quo posse reum renũtiare defensionibus suis, vult Carrer. in tracta. de hæretic. §. 8. incipient. circa igitur tertium, num. 70. & mouetur ex eo, quod in assassino & famoso latrone dicunt Doctores suprà citati: sed cum illas limitationes reprobauerimus, remanet, quod neque etiam in hoc crimine hæresis liceat reo defensionibus suis renuntiare. Et multò magis, cum ex eo infamia ad totam cognationem

tionem diffundatur.

38 Duodecimò & vltimò, limitat Couar. 2. part. de sponsali, cap. 8. §. 12. num. 16. quando reus in primo termino nihil probauit, & ei datur alius terminus, quia tunc inquit, quod valet renuntiatio, per text. in cap. cum dilecti. 18. de accusation.

39 Contrarium, & melius tenet Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par. cap. 10. nu. 6. quia in casu tex. in d. cap. cum dilecti. non veniebat imponenda pœna mortis, neq; mutilationis membri, ideò in eius specie licuit renuntiare productioni testium, non autem ex eo, quod reus habuisset alium terminum: & ita tenendum est, neque in hoc casu posse renuntiari defensionib. Etenim etiam ille qui vnum terminum habuit, licet in illo nihil fecerit, potest in secundo se defendere, & si ei renuntiet, defensionibus renuntiat, quod facere non potest.

40 Declarantur prædictæ omnes limitationes, casu quo veræ essent, ne procedant, si reus reuocaret eiusmodi renuntiationem, potest enim id facere: vt ait Angelus in dicta, l. pactum inter hæredem. col. fin. ff. de pactis. vbi dicit, quod cautus esse debet aduocatus inquisiti, vel accusati, qui renuntiauit defensionibus suis, vt reuocari faciat ab ipso reo talem renuntiationem, qua reuocatione facta non poterit iudex, aliquam executionem facere contra reum; sequitur Hippolytus de Marsi. in praxi. § examinãda. num. 31. facit Gabriel. cons. 138. num. 19. lib. 1. additio. D. ad Bertazoll. consil. 91. lib. 1. criminal. Mascard. conclus. 350. num. 8.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Membrum sibi abscindens fit irregularis.*

2 *Etiam si prætextu humilitatis se abscindat.*

3 *Consentiens ab alio abscindi, fit irregularis.*

4 *Inuitus abscissus ab alio, si præcessit culpa, fit irregularis.*

5 *Adulter à marito abscissus fit irregularis.*

6 *Mutilans alium casualiter præcedente culpa, fit irregularis.*

7 *Non omnis dans operam rei illicitæ, si inde sequatur homicidium, est irregularis, sed cuius actus illicitus fuit ordinatus ad homicidium.*

8 *Adulter deprehensus occidens maritum ad sui defensionem, an sit irregularis?*

9 *Abscissus iussu iudicis ob sua delicta, fit irregularis.*

10 *Corpore vitiatus est irregularis, si adsit insignis deformitas, vel defectus impediens executionem ordinis.*

11 *Abscindens se ipsum, etiam sine deformitate, aut impedimento executionis ordinis, est irregularis.*

12 *Modica mutilatio non facit irregularem.*

13 *Ad irregularitatem requiritur amissio membri principalis.*
14 *Abscindens se ipsum etiam modicè est irregularis.*
15 *Cum se abscindente solus Papa dispensat.*
16 *Etiam si se absciderit credens placere Deo.*
17 *Inuitus ab alio modicè mutilatus, licet ob culpam suam, non est irregularis.*
18 *Occultus mutilator sui non est irregularis.*
19 *Medicinæ causa mutilatus non fit irregularis.*
20 *Etiamsi ipse se mutilauerit.*
21 *Mutilans membrum superfluum, non fit irregularis.*
22 *Papa non potest opponi, quod se absciderit.*
23 *Se abscindens aduersus clericum in causa criminali testis esse non potest.*
24 *Clericus sibi manus iniiciens incurrit excommunicationem.*
25 *Violentæ manus quando dicantur.*
26 *Clericus zelo deuotionis tundens pectus, non est excommunicatus.*
27 *An clericus leuiter se percutiens sit excommunicatus?*
28 *Leuiter cadens clericum, & si puluere tantùm aspergat, est excommunicatus.*
29 *Religiosi leuiter se percutientes præ indignatione peccant.*
30 *Sanguinem sibi extrahens in Ecclesia polluit eam.*

CAPVT XX.

De pœnis iuris Canonici aduersus vulnerantes se ipsos.

Contra se occidentes, & vulnerantes, quæ pœnæ iure Canonico, & ciuili statutæ sint: pro colophone istius libri dicẽdum nobis est: & prius de pœnis iure Canonico statutis aduersus vulnerantes se ipsos.

1 Prior ergo pœna est irregularitas, quia membrum sibi abscindens fit irregularis, & promoueri non potest: tex. in cap. ex parte 3. cap. significauit 4. de corpore vitiat. tex. in cap. maritum. 33. distin. tex. in cap. si quis absciderit. cap. hi qui se. ca. qui partem. 55. distinct. l. 25. tit. 6. parti. 1.

2 Primò ampliatur, vt procedat etiam si quis membrum sibi abscindat prætextu humilitatis, vel castitatis conseruandæ, quia licet bono zelo videatur moueri, non tamen est secundum sciẽtiam: ideò fit irregularis. tex. in d. c. significauit, 4. de corpore vitiatis. ibi *credens se obsequium præstare Deo*. tex. in cap. maritum. 33. distin. ibi *iusto vel iniusto timore*, tex. in cap. hi qui se. 55. dist. vbi ex Concilio Arelaten. II. cap. 7. referuntur hæc verba. *Hi qui se carnali vitio repugnare nescientes abscindunt, ad clerum peruenire non possunt.* Notat Abbas num. 5. in cap. 3. de corpore vitiat. & omnes in

dictis

dictis iuribus. Grego. Lopez gl. 4. in d.l.25. titu.6. parti. 1. Enriquez in summa lib.14.c.8.§.4.

3 Secundò ampliatur, vt procedat, non solum in eo qui se ipsũ abscidit, sed etiam in eo, qui consensit abscindi ab alio tex. in ca. ex parte 3. de corpore vitiatis: ibi *qui se ipsos absciderint, vel affectauerint, vt ab alijs abscindantur*: tex. in d.l.25.tit.6.parti.1. notãt omnes in d.cap.ex parte. Naua. in Manuali.cap.27.num.198. Enriquez vbi suprà.& citandi in sequenti ampliatione.

4 Tertiò ampliatur vt procedat & si quis non voluntarius, sed inuitus fuerit ab alio mutilatus, si tamen precessit culpa: vt quia dans operam rei illicitæ, casu, vel ab inimicis fuit aliquo membro priuatus: vt euenire posset

5 in eo, cui inuento cum vxore maritus amputaret virilia, ita Hostiens.nu.9. Ioan.And.nu.10. in cap.ex parte.eod.tit. Nauarr. in Manuali.cap.27.num.198. qui dicit communem. Couar. in Cle. si furiosus.1.par.in initio. nume. 6. Salcedo in additi. ad practicã Bernardi Diaz cap.17. de corpore vitiat. num.8. Plaza in Epito. delict.cap.24. num.13. Villadiego de irregularita.c.de corpore vitia. col. 2. notat idem Host. in cap.1.nume.3.de ætate & qualitate.

Pro quibus facit primò, tex.in cap.1.de corpore vitiat.vbi presbyter spontè duellum ingrediẽs in quo partem digiti amisit, est irregularis: tex.in cap.1. de clericis pugnantibus in duello. in final. verbis.ibi, *Dummodo ex ipso duello homicidium vel membrorum deminutio non fuerit subsequuta*. Intelligendo, multò magis si ipsi clerico succedat deminutio, q̃ si aduersario, vti intelligit ibidẽ Hostien.num.5. & idem Hostien in cap.1. de ætate & qualita.numero 3.

6 Secundò facit, quia quando culpa præcedit mortem, vel mutilationem membri in alio factã à clerico, & si casualiter, ille est irregularis: c.1.ca. ad aures.de ætate, & qualitate. Hostiens. in Summa illius tit.num. 4. sic etiã quando dans operam rei illicitæ occasionem dedit, quo alius periret, vel mutilaretur: tex. in cap.dilectus.cap.ex litteris.cap. Ioannes.c.sicut. c.fina. de homicid.explicat Couarr.in Clemen. si furiosus.2. par. §.4. ergo multò magis quando ob culpam suam, dando operam rei illicitæ, effecit, quo ipsemet mutilaretur, quia grauius crimen est, quod in se committitur, cui impendenda est maior charitas.

7 Contrarium in exemplo proposito, imò eiusmodi passum virilium abscisionem à marito, qui eum cum vxore deprehenderat, non esse irregularem: tenet Enriquez in summa libro decimoquarto, capit.tertio.§.4.& cap. octauo, §. etiam 4. dicens ita tenere Recentiores contra Nauarrum.

Pro

Pro quo facit, quod non omnis qui dat operam rei illicitæ, si sequatur homicidium, est irregularis: sed solum ille, cuius actus illicitus est ordinatus sua propria natura ad mortis læsionē, vt explicant Socin. in cap. ad audientiam. nu. 49. de homicid. Couarr. in d. Clem. si furiosus. 2. par. §. 4. nu. 10. inde deducentes, quod si clericus deprehensus à marito cum vxore, dum se defendit, illum occidat, nō erit irregularis. Soto de iustitia & iure. lib. 5. q. 1. art. 9. Medina in prima secundæ quæst. 73. art. 8. & alij, quos citat Enriquez d. cap. 3. §. 4. in gl. P. & ita videtur sublatum vtrumque fundamētum, quia ingressio duelli est actus qui dirigitur ad mortem sua natura, & secundum fundamentum suprà adductum est intelligendum, cum hac distinctione.

Cæterum Nauarr. in Manuali c. 15. num. 7. & cap. 27. nu. 238. ac cons. 30. tit. de homicid. lib. 2. post S. Antoni. 3. par. tit. 5. §. 8. nu. 1. approbans eandem resolutionem, asseuerat, nihilominus in vtroque casu clerici occidentis maritum, & à marito abscisi, illū esse irregularem, & ita declarasse Pium Quintum Pontificem Maximum; quia adulterium suaptè natura, secundum mores hominum, est actus qui tendit ad scandala, & homicidia: & Nauarrum sequuntur alij citati per Enriquez dicta glos. P.

Quare prior sentētia videtur tenenda; tanquam à Pio V. approbata, & ratione concludenti nitens, quia de fide talis viri referentis approbationem Pontificis, non videtur dubitandum, vt fecit Enriquez.

9 Quartò ampliatur, vt multò magis sit irregularis ille, cui ob sua delicta iussu iudicis membrū aliquod fuerit iure abscissum: vt dicunt Nauarr. & Salcedo, vbi suprà, argumento tex. in cap fin. de tempor. ordin. vbi crimina notoria vel in iudicio deducta inducunt irregularitatem: & posset ponderari tex. in c. placuit. in final. verbis. 23. q. 5. prout illū ponderauit Hostiens. in Summa. de corpore vitiat. num. 4. sed alius videtur illius tex. sensus.

10 Quintò ampliatur, vt licet regulariter corpore vitiati ita demum sint irregulares, si defectus ordinis executioni impedimentum præstet, vel insignem inducat deformitatem: textus in c. 2. de corpore vitiat. c. presbyterū. de clerico ægrot. vel debilit. & vtrobique Doctor. Couarru. d. 1. par. Clem. si furiosus. in initio. num. 5. vers. prior regula. & omnes passim. Attamen, in eo, qui

11 membrum sibi abscidit, tametsi sit membrum occultum, & vile, & defectus non generet deformitatem, vel scandalum, neque impediat ordinis executionem, nihilominus inducitur irregularitas: vt est tex. in c. si quis absciderit, & in cap. hi qui se. 55. distin. cap. ex parte de corpore vitiat. & licet

cet aliàs modica deformitas, &
12 mutilatio non faciat irregularē, quia requiritur amissio membri principalis, principale officium
13 facientis: text. in cap. 1. & c. fi. & vtrobique Doctor. de corpore vitiat. & post alios Enriquez in Summa lib. 14. cap. 18. Plaza in Epito. delict. c. 25. & omnes vbi-
14 que. Tamen, in eo qui se ipsum abscidit, licet modicum mutilauerit, & partem tantum membri, tametsi sibi excusserit vnum tantum dentem, vel se solum vulnerauerit, si eiusmodi actus est publicus, & ille de eo diffamatus, efficitur irregularis: text. in cap. qui partem. 55. distin. ibi, *Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt*. Addunt Doctores rationem, quia iste licet non excludatur quia corpore vitiatus, excluditur, tamen quia se abscidit, & probatur in eod. cap. qui partem. in fin. verbis. ibi, *In illis enim voluntas est iudicata, quæ sibi ausa fuit ferrum inijcere*: Ita tradunt Archidiaco. & Turrecrem. num. 13. in cap. maritum. 33. distinct. Innoc. num. 2. in c. significauit. de corpo. vitia. Hostiens. num. 4. Anton. de Butrio num. 6. Ioan. And. num. 13. Abbas nu. 5. Anchar. nu. 2. Bellam. num. 5. in cap. ex parte. el 1. eod. tit. Nauar. in Manua. capit. 27. numero 198. Couarru. 1. par. Clem. si furiosus. in initio num. 6. Salcedo in additionibus ad practicam Bernardi Diaz de Lugo. ca. 17. num. 8. Enriquez in Summa lib. 14. cap. 8 §. 4. Plaza in Epit. delict. capitu. 24. numero 12.

Coniungunt prędicti Docto. quinque rationes huius conclusionis. Prima est, quia qui se abscindit, homicida sui est. cap. si quis absciderit. 55 distinct. Secũda, quia nimis crudelus præsumitur, nam qui sibi non pepercit, alijs multò minus parcet: l. 3. antepen. ff. de bon. eor. qui ante sententiam mortem sibi consciuer. l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edicto. Tertia, quia inuadit alienũ, cũ Deus sit dominus membrorũ nostrorũ, & non ipsi, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, ideò committit furtum, argumēto c. dudum. de electione. Quarta, quia ille eunuchus Deo placet, quem castrauit voluntas, non necessitas: cap. tunc saluabitur. 33. quæst. 5. idest, ille qui crucifixit cum vitijs & concupiscentijs carnem suam, non sæuiendo, sed viriliter resistendo. Quinta, quia videntur Deum redarguere, quasi plus in eis creauerit, quàm fuit necesse; text. in cap. ab exordio. 35. distinct. quæ rationes tametsi non vrgeant, adiuuant.

15 Sextò & vltimò ampliatur, qđ in ista irregularitate solus Papa dispensat, & non alius: Innoc. in cap. cum æterni. de re iudic. lib. 6. idem innoc. nume. 3. Hostien. num. 3. Ioan. And. num. 8. Anton. de Butr. num. 8. Abbas nu. 2. Anania, ante nume. 1. Anchar. in fin. Bel-

Bellam.num. 2. in ca. significauit 4.de corpo.vitiat. Ioan.Andr.nu. 5.in cap.1.eod.tit.Selua de beneficio.par.4.q.7.num.72.Petrus de Baisio in Directorio electio. 2. par.ca.19.nu.3.Nauar.in Manual. cap. 27. num. 200. Couarruui. in Clem. si furiosus. in initio primæ partis num. 7. Salcedo ad Practi. Bernardi Diaz. cap. 17. num. 15. Enriquez in Summa lib.14.c.8. §. 4.Plaza cap.24.nu.14. apud quos alij citãtur,& dicunt communem Couarr. & Salcedo.

Pro quibus est tex.in cap. 1.de re iudic. vbi Papa reseruat sibi dispensationem irregularitatis, & ex eo tex.notant ibi omnes, solũ Papam dispensare super qualibet irregularitate:in terminis est tex. in cap.non confidat. 50. dist. ibi, *Non confidat quisquam Pontificum bigamos,aut coniugia sortiẽtes ab alijs derelicta, siuè quoslibet post pœnitentiam, vel sine literis, vel corpore vitiatos.* Et infrà. *Diuinis seruituros applicare ministerijs.*

Vnde mirum est, quod quidam tenuerint contrarium, quos referunt suprà citati.

16 Subamplia,quod etiam cum illis qui se absciderunt, credentes placere Deo, dispensat solus Papa,prout aduersus Glos.in d.c.significauit.de corpore vitiat. quæ in hoc casu tenebat, episcopum posse dispensare, tenent ibidem Innoc.Hostien. Ioan. And. Anto. de Butrio,Abbas, Anani.Anchar. Bellam.& cæteri suprà citati,quorum traditio pẽdet ab intellectu tex.in d.ca.significauit.ibi, *authoritate nostra, & tua*. Et communis intellectus est,quod illud *tua*, dictum fuit, quia eidem fuerat per summum Pontificem facta illius dispensationis delegatio.

17 Limita istam ampliationem, in eo qui se ipsum non mutilauit,neque consensit ab alio mutilari, sed culpa sua,licet inuitus fuit ab alio modicè mutilatus,vt in duello, quia si modicus est defectus, Episcopus dispensare potest:tex. in cap.1. de corpore vitiat. & ibi notant Ioan.And.num. 5. Anton. de Butrio num. 9. vers. nunquid. Francisc.Panuin.de visitat.par.2. q.6.num.21.

18 Limita primò principalem regulam,quando crimen sibi membrum mutilantis est occultum, quia tunc non esse eum irregularem,voluit Hostien. nu. 4. Abbas nu. 5.Anto.de Butrio nu.6. Ioan. And.nu.13.Anchar. nu. 2.in cap. 3. de corpore vitiat. Couarru. d. par.1. Clemen. si furiosus. in initio num.6.vbi post Villadiegum, & alios dicit communem Plaza in Epito.delict.c.24.nu.13.Et mouetur Hostien. per tex.in c. fi. de tempor.ordin. vbi criminosus occultus post pœnitentiam in susceptis ordinibus ministrat. Sed is text. potius videtur efficaciter probare contrarium, quatenus expressè excipit homicidij reos, quos vult etiam occultos post pœnitentiam non administrare in susceptis:quandoquidem,qui membrum, vel partem sibi abscindit, homi-

homicida vocatur: in c.si quis abscideri t.55. dist. ideò merito dubius est Villadiego, & repudiat Couarru. qui tamen hanc sententiam admittit, quando mutilatio sit non membri, sed partis membri, in quo ipse etiam dubitarem, & amplius deliberandũ erit, cum casus occurrat.

19 Secundò limita in eo, qui medicinæ causa fuerit mutilatus, ca. ex parte 1. cap. ex parte 2. de corpo. vitiat. ca. eunuchus. cap. si quis à medicis. cap. si quis pro ægritudine. cum seq. 55. dist. cap. hoc ipsum. 33. q. 2. cap. tua nos. de clerico. ægro. vel debilit.

20 Neque interest, si ab alio vel à se ipso abscissus fuerit, quia medicinæ causa, cum consilio medicorum, potest se ipsum abscindere: quia & medicus vt alios, ita & se ipsum curare potest, etiam cum incisione sui: Innoc. num. 1. in ca. significauit. de corpore vitiat. Bellame. num. 2. in c. 1. illo tit. Archidiac. & Turrecrem. nu. 3. Præposit. num. 2. in cap. maritum. 33. dist. idem Turrecrem. num. 1. in capit. hi qui se. 55. distinc. & ibi etiam Prępofit. Enriquez in Summa lib. 14. cap. 8. §. 4. gl. E.

21 Tertiò limita, in eo qui haberet aliquod membrum superfluũ, vt si haberet sex digitos, quia iste talis posset illud superfluum præscindere, neque esset irregularis, quia non detruncaret membrum, sed quod erat monstri, sicut & qui secat vngues, ita dixit Glo. in cap. qui partem. 55. dist. & sequitur ibi Præposit. idem Præposit. nu. 2. Archidi. num. 1. ad fin. Turrecrem. num. 3. in cap. maritum. 33. distinct. Enriquez in Summa lib. 14. cap. 8. §. 3. in fine. qui alios citat.

22 Quartò limita in Papa, quia cum eius electioni nihil possit opponi, cap. licet de vitanda. & ibi Abbas num. 10. & cæteri. de electione. non potest etiam opponi hæc mutilatio voluntaria, ita tradit Cardinal. Iacobatius in tract. de consilio. lib. 4. art. 3. numero 54.

23 Secunda pœna de iure canonico fluit ex præcedenti, quod eiusmodi se abscindentes aduersus clericos in causa criminali testes esse non possunt: quia contra clericum testificari non potest, qui non potest fieri clericus: tex. in cap. ipsi Apostoli. 2. q. 7. & ita corpore vitiatos non admitti contra clericos, notant omnes in ca. 1. de exceptio. vbi Decius dicit communem num. 13. Clarus. §. fi. q. 24. nu. 10. Salcedo in addition. ad Bernard. Diaz. ca. 17. num. 15. & ca. 128. addit. C. Farinac. 3. par. tit. de opposit. contra person. testium. q. 61. num. 102.

Quam communem sententiam non esse admittendam, nisi quando labes corporalis prouenit ex vitio, & crimine animi, cum aliàs naturalis, vel casualis defectus corporis non debeat deminuere fidem illius, qui animo integer est, & fide dignus, censet Couar. practicar. qq. capit. 18. numero 2.

cuius

cuius sententia placet Salcedo, Claro,& Farinazio, vbi suprà.

Ex quorum resolutione ad materiam nostram admittenda est communis sententia, vt is qui sibi manus intulit, aduersus clericum testis esse non possit, cum in eo defectus proueniat ex crimine, & ratio legum mirificè adaptetur, quod qui sibi non pepercit, multò minùs alijs parcet: & qui in se ausus est, plus audebit in alios: l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict. l. 3. §. antepen. ff. de bonis eorum qui ante senten. mort. sibi consciue.

24 Tertia pœna de iure Canonico est, quia si iste in se ipsum manus inijciens cleric' est, incurrit excommunicationem canonis si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ita tenet ibid. Archidiac. idem Archidiac. nu. 3. in c. si non licet. 23. q. 5. & ibi Bellam. nu. etiam 3. Ioan. And & Abb. nu. 6. Felyn. nu. 1. in c. contingit. de sent. excom. Bal. nu. 44. in proœmio Rex pacificus. Præposit. nu. 1. in c. si quis absciderit. 55. dist. Turrecrema. in c. qui partem. ead. distinct. vbi dicit cōmūnem. Mantua. singul. 1. num. 1. Ias. in l. 1. num. 7. C. de seruis fugit. Decius num. 5. in l. 2. C. qui testamen. facer. poss. Alberic. in l. peculium. §. si ipse. ff. de pecul. Carrer. in practica. tit. de homicid. q. 8. nu. 5. Grammatic. decis. 44. nu. 2. Benedictus in ca. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore. el 1. nu. 80. Francisc. Marcus 2. par. decis. 879. n. 6. Corneus cons. 195. nu. 1. lib. 2. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 284. nu. 37. Igneus in l. 1. §. si sibi manus. nu. 5. cū seq. ff. ad S.C. Syllani. Peregrin. in tract. de iure fisci. lib. 4. tit. 4. nu. 6. Clarus §. fin. q. 77. nu. 3. Tiber. Decian. lib. 6. tract. criminal. cap. 18. num. 4. & lib. 9. c. 3. nu. 4. & c. 4. nu. 6. Nauarr. in Manuali. c. 15. nu. 11. Plaza in Epito. delict. c. 23. nu. 15. vers. cæterum. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 16. nu. 54. Anto. de Burgos. in c. quæ in Ecclesiarum. n. 188. de constitution.

Pro quibus facit primò, tex. in c. contingit. de sent. excommu. vbi probatur quod clericum volentem percutiens, est excommunicatus, ergo & ipse, si se percutiat: argumento text. in l. filium habeo. ff. ad Macedoni.

Secūdò, quod tex. in d. c. si quis suadente. 17. q. 4. excommunicat eum, qui in clericum violentas manus iniecerit, atqui clericus qui se percutit, vtique percutit clericum, ergo incidit in canonē, quemadmodum præceptum de non occidendo hominem, includit occidentem se ipsum, quia se occidendo hominem occidit, ait Augusti. in c. si non licet. 23. q. 5.

Tertiò, quod etiam Romani, qui licitum putabant in se sęuire, & inultum relinquebant, tamen hoc non permittebant militibus, quinimò illos puniebant: l. si quis aliquid. §. fi. ff. de pœnis l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de

de re milit. Atquì valet argumentum de milite sæculari ad militem cœlestis militiæ: vt per omnes in l. miles. ff. de re iudic. Decian. d. lib. 9. c. 3. nu. 4. ergo & clerici se percutiẽtes puniẽdi sunt, & nulla alia promptior est pœna.

Contrarium, imò quod clericus se ipsum percutiens, licet grauiter delinquat, & puniendus sit, non tamen incurrat excommunicationem canonis si quis suadente, tenent Bald. & Raphael, Fulgos. tametsi subdubij: & apertè Ang. in l. peculium. §. si ipse, ff. de pecul. Ioan. Faber. num. 2. in §. iuris præcepta. inst. de iust. & iure.

Mouentur isti primò, ex d. §. si ipse, quatenus habet naturaliter licere in se sæuire. Cui facilè respondebis, loqui secundum inanem & falsam Romanorum opinionem.

Secundò, quia tex. in d. can. si quis suadente, illum excommunicat, qui in clericum iniecerit manus violentas, & ita considerat agentem, & patientem esse diuersos, cum non possint dici manus violentæ, quæ in vltroneum, & volentem inijciuntur. l. 1. §. vsqueadeò. ff. de iniurijs. l. 3. §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. l. quamuis. ff. de in ius vocã. Huic fundamento respondet Igne. vbi suprà, & clarius Tiberi. Decian. libro 9. tracta. crimin. cap. 3. num. 4. quod illa vox violentas potest ca-

25 pi actiuè, & passiuè, vt declarat Bartol. num. 7. in l. 2. ff. de duobus reis & in l. si ita scriptũ. ff. de milit. testamento licet ergo, respectu clerici vulnerati tanquam patientis, non sit vis, tamen respectu eiusdem vt agentis, est vis, qa eum vulnerat. Sed aliter respondet textus expressus in dicto ca. contingit. de sen. excommun. ibi. *Nos autem fraternitati tuæ super hoc respondemus, quod huiusmodi manus iniectio etsi non violenta, tamen iniuriosa videtur, cum ille canon, non tam in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem ordinis clericalis fuerit ordinatus.* Quæ verba ostendunt, ad incurrendam excommunicationem sufficere, quod manus iniuriosa respectu sui, sed etiã si sit iniuriosa respectu ordinis clericalis tantum. Itaque sine dubio amplectenda est communis sententia.

26 Limitat istam sententiam Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 11. vt non sit excommunicatus clericus, q̃ zelo deuotionis pectus sibi tunderet: ergo si non zelo deuotionis, esset excommunicatus: plus est quod tacitè sentit, quàm quod apertè dicit.

27 Vides ergo, opinionem Nauarri ampliare dictam communem, vt etiam sit excommunicatus clericus, qui ex indignatione leuiter se percuteret: pro quo ego considero.

28 Primò, quod quilibet leuiter percutiens clericum, est excommunicatus, imò, & si tantum puluere aspergat, vel saliua, incidit in excommunicationem: Nauar. in Manuali cap. 27. num. 77. Clarus,

cuius sententia placet Salcedo, Claro,& Farinazio,vbi suprà.

Ex quorum resolutione ad materiam nostram admittenda est communis sententia,vt is qui sibi manus intulit,aduersus clericum testis esse non possit,cum in eo defectus proueniat ex crimine, & ratio legum mirificè adaptetur, quod qui sibi non pepercit, multò minùs alijs parcet: & qui in se ausus est,plus audebit in alios: l. cum autem.§.excipitur.ff. de ædi lit.edict.l.3. §. antepen.ff. de bonis eorum qui ante senten.mort. sibi consciue.

24 Tertia pœna de iure Canonico est,quia si iste in se ipsum manus inijciens cleric' est, incurrit excommunicationem canonis si quis suadente diabolo.17.q.4.ita tenet ibid.Archidiac.idem Archidiac.nu.3.in c. si non licet. 23. q. 5.& ibi Bellam.nu. etiam 3. Ioan. And & Abb.nu.6.Felyn. nu. 1. in c.contingit. de sent. excom. Bal. nu.44.in proœmio Rex pacificus. Præposit.nu.1.in c.si quis abscide rit. 55. dist. Turrecrema.in c. qui partem.ead.distinct.vbi dicit cómunem.Mantua.singul. 1.num. 1. Iaf.in l.1. num. 7. C. de seruis fugit.Decius num.5.in l.2.C. qui testamen.facer.poss.Alberic.in l.peculium.§.si ipse.ff. de pecul. Carrer.in practica.tit.de homicid. q. 8.nu.5.Grammatic. decis. 44. nu. 2. Benedictus in ca. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore.el 1.nu.80. Francisc. Marcus 2. par. decis.879.n.6.Corneus cons. 195. nu. 1.lib.2.Menoch.de arbitrar.iu dic.casu 284.nu.37.Igneus in l. 1. §.si sibi manus.nu.5. cũ seq. ff. ad S.C.Syllani.Peregrin. in tract. de iure fisci.lib.4. tit.4.nu. 6. Clarus §.fin.q.77.nu.3.Tiber.Decian.lib. 6.tract.criminal.cap.18.num.4.& lib.9.c.3.nu.4.& c.4.nu.6.Nauarr. in Manuali.c. 15. nu. 11. Plaza in Epito.delict.c.23. nu.15.vers. cæterum. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 16. nu. 54. Anto.de Burgos. in c. quæ in Ecclesiarum.n. 188.de constitution.

Pro quibus facit primò,tex. in c. contingit. de sent. excommu. vbi probatur quod clericum volentem percutiens,est excommunicatus,ergo & ipse, si se percutiat: argumento text. in l. filium habeo.ff.ad Macedoni.

Secũdò,quod tex.in d.c.si quis suadente.17.q. 4. excommunicat eum, qui in clericum violentas manus iniecerit, atquì clericus qui se percutit, vtique percutit clericum,ergo incidit in canonẽ, quemadmodum præceptum de non occidendo hominem, includit occidentem se ipsum, quia se occidendo hominem occidit,ait Augusti.in c.si non licet. 23. q. 5.

Tertiò, quod etiam Romani, qui licitum putabant in se seuire, & inultum relinquebant, tamen hoc non permittebant militibus, quinimò illos puniebant:l. si quis aliquid. §. fi. ff. de pœnis l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff.

de

de re milit. Atqui valet argumentum de milite sæculari ad militem cœlestis militiæ: vt per omnes in l. miles. ff. de re iudic. Decian. d. lib. 9. c. 3. nu. 4. ergo & clerici se percutiẽtes puniẽdi sunt, & nulla alia promptior est pœna.

Contrarium, imò quod clericus se ipsum percutiens, licet grauiter delinquat, & puniendus sit, non tamen incurrat excommunicationem canonis si quis suadente, tenent Bald. & Raphael, Fulgos. tametsi subdubij: & apertè Ang. in l. peculium. §. si ipse, ff. de pecul. Ioan. Faber. num. 2. in §. iuris præcepta. inst. de iust. & iure.

Mouentur isti primò, ex d. §. si ipse, quatenus habet naturaliter licere in se sæuire. Cui facilè respondebis, loqui secundum inanem & falsam Romanorum opinionem.

Secundò, quia tex. in d. can. si quis suadente, illum excommunicat, qui in clericum iniecerit manus violentas, & ita considerat agentem, & patientem esse diuersos, cum non possint dici manus violentæ, quæ in vltroneum, & volentem inijciuntur. l. 1. §. vsqueadeò. ff. de iniurijs. l. 3. §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. l. quamuis. ff. de in ius vocã. Huic fundamento respondet Igne. vbi suprà. & clarius Tiberi. Decian. libro 9. tracta. crimin. cap. 3. num. 4. quod illa vox violentas potest ca
25 pi actiuè, & passiuè, vt declarat Bartol. num. 7. in l. 2. ff. de duobus reis & in l. si ita scriptũ. ff. de milit. testamento licet ergo, respectu clerici vulnerati tanquam patientis, non sit vis, tamen respectu eiusdem vt agentis, est vis, qa eum vulnerat. Sed aliter respondet textus expressus in dicto ca. contingit. de sen. excommun. ibi. *Nos autem fraternitati tuæ super hoc respondemus, quod huiusmodi manus iniectio etsi non violenta, tamen iniuriosa videtur, cum ille canon, non tam in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem ordinis clericalis fuerit ordinatus.* Quæ verba ostendunt, ad incurrendam excommunicationem sufficere, quod manus iniuriosa respectu sui, sed etiã si sit iniuriosa respectu ordinis clericalis tantum. Itaque sine dubio amplectenda est communis sententia.

26 Limitat istam sententiam Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 11. vt non sit excommunicatus clericus, q zelo deuotionis pectus sibi tunderet: ergo si non zelo deuotionis, esset excommunicatus: plus est quod tacitè sentit, quàm quod apertè dicit.

27 Vides ergo, opinionem Nauarri ampliare dictam communem, vt etiam sit excommunicatus clericus, qui ex indignatione leuiter se percuteret: pro quo ego considero.

28 Primò, quod quilibet leuiter percutiens clericum, est excommunicatus, imò, & si tantum puluere aspergat, vel saliua, incidit in excommunicationem: Nauar. in Manuali cap. 27. num. 77. Clarus,

rus.§.fin.q.77.num.14. sed parificatur ipse clericus extraneis, ergo & se ipsum leuiter percutiens est excommunicatus.

29 Secundò, licet laici non peccent mortaliter, se ipsos ex indignatione leuiter percutientes, religiosos tamen peccare, ait Archidiacon.in cap.qui diuina.num.5. 13. quæst.2. sequitur Gregor.Lopez glos.1.in l.44.tit.4.parti.1. ergo percussio quæ inducit mortale peccatum, inducet etiam excommunicationem.

In contrarium facit, quod quilibet potest modicè se ipsum percutere, alapauè cedere: Bartol.in l.1.§.vsqueadeò.nu. 2. ff.de iniur. & diximus suprà c.9.nu.8.nihilominus prior sententia videtur vera, & ita quod sit excõmunicatus.

Ex facto dubitatum scio, an excommunicationem incurrerit clericus, qui cum nobili quodam iurgans, illi alapam impegit cumq; nobilis euaginato gladio eum peteret, ipse optimè se defendit, & incolumis euasit, postmodum autem, considerans quod si aliquo vulnere affectus fuisset, nobilis putaret honori suo satis consultum, quo non subsequuto, immortales inimicitias manere, & de vita sua se non posse vnquam reddi securum: duobus vel tribus vulnusculis sibi vltro illatis, publicauit se à nobili illo in rixa vulneratũ, quo commento, & illius nobilis honori, & vitæ suæ cõsuluit. Hunc sanè clericum, tametsi non temerarias, sed prudentes manus sibi intulisse videatur, iuxta prædicta non sumus ausi à peccato & excõmunicatione excusare, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.

30 Quarta pœnà de iure canonico est, quia si quis in Ecclesia se percusserit, & sanguinem extraxerit, & hoc sit publicum, perinde erit violata Ecclesia, ac si alium percussisset. Ioan.And.num.3.Gemini.nu.9.Philip.Fran.nu. 5. in c. vnico, de consecr.Ecclesiæ vel altar.lib.6.Bal. nu. 45. in proœmio Rex pacificus.Ias.nume.8. in l. 1. C. de seruis fugit. Guiliel. Benedictus in cap. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore.num.86. Tiber.Decian.lib.9.tract. crimin. cap.1. num. 33. Ioannes de Selua in tracta.beneficio.par.1.quæst.5. nume.170. Iacob. de Graphijs in decis.aureis.2.par.libro 2. ca. 15. num. 19.

Intelligunt isti, hoc non procedere in eo, qui dum esset insanus, se vulnerauit, & merito, quia à furioso factum habetur pro casuali: l.fin.in fi.ff. de administrat. tutor. l. sed & si quemque. §. 1.ff.ad leg. Aquil. & casualis emissio sanguinis Ecclesiam non violat: ca.proposuisti.cap. fi. de consecrat. Ecclesi.vel altaris.& ibi omnes.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Vulnerans se ipsum an de iure communi puniendus sit* 2 . . . .

Miles

2 *Miles vulnerans se ipsum de iure communi punitur.*

3 *Aduocatus fisci, & etiam aduocatus priuatus & clericus, puniuntur si vulnerant se ipsos.*

4 *Amputans sibi virilia, iure communi punitur.*

5 *Hodie puniendus est vulnerans se ipsum.*

6 *Qui se debilitat, ne ad triremes mittatur, arbitrariè punitur.*

7 *Qua pœna puniti sint debilitantes se detrectandæ militiæ causa.*

8 *Condemnatus ad triremes qui casu debilitatur, an alia pœna sit puniendus.*

9 *Quando pœna statuta imponi non potest, in aliam est commutanda.*

10 *Si hoc procedit ante sententiam, non post.*

11 *Mendicantes, qui se, vel alios debilitant, vt plus corradant, qualiter puniendi.*

12 *Qui patiuntur se ab aliis debilitari, qualiter puniendi.*

13 *Medicus, aut barbitonsor qui docet, qualiter quis possit debilitari, quomodo puniendus.*

14 *Stante statuto, quod vulnerans aliquem violenter puniatur tali pœna, non punitur eadem, vulnerans se ipsum.*

15 *Conditio de morte violenta, non verificatur in eo qui se occidit.*

16 *Vulnerans se ipsum, an puniatur pœna statuta in vulnerantem aliũ.*

17 *Statutum imponens pro homicidio pœnam capitis, & publicationis bonorum, non comprehendit occidentem se ipsum.*

18 *Accusatus de crimine qui se tentat occidere, & non perficit, habetur pro confesso illius delicti, de quo erat accusatus.*

19 *Debilitans se ne possit torqueri, an habeatur pro confesso?*

20 *Indicium est contra impedientem testes aduersarij.*

21 *Et contra subtrahentem vnum testem.*

22 *Et contra occultantem instrumenta, & probationes.*

23 *Et contra subtrahentem aduocatum aduersario.*

24 *Tentans se occidere, non ex conscientia criminis, sed tædio vitæ, aut alia causa, an sit, & qua pœna puniendus.*

25 *Non esset iusta lex, quæ tentantem se occidere, morte condemnaret.*

26 *Et quid si in nihilo læsus fuit, & ita delictum stetit in simplicibus terminis attentati.*

27 *Attentata delicta de consuetudine communi non puniuntur.*

28 *Tentans se occidere si se læsit, qualiter puniendus.*

29 *Qui venenum fecit necandi se ipsum causa, qualiter puniendus.*

CAP. XXI.

De pœnis iuris Ciuilis aduersus vulnerantes se ipsos.

IN hoc articulo, qualiter de iure ciuili puniãtur vulnerantes se ipsos, quia Doctores diuersas quæstiones confundũt, vt distinctius, & apertius procedam; aliquot casus considero.

1 Primus casus est, cùm quæritur, an ille qui se ipsum vulnerauit, de iure communi puniendus sit? Et puniendum esse, tenent Bartol. num. 17. in l. transigere. C. de transaction. idem Bartol. & Alex. per tex. ibi in l. si quis aliquod 38. §. fi. ff. de pœnis. idem Bar. per tex. etiam ibi in l. 3. §. sic autem. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciu. Paul. Castren. nu. 2. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. Dec. num. 5. in l. 3. C. de pactis. Corneus consil. 195. n. 2. lib. 2. Franc. Marc. decis. 879. nu. 2. par. 1 Grammat. decis. 44. num. 4. & 5. vbi ait, quod punietur ea pœna, qua puniretur, si alium vulnerasset, & hanc esse communem opinionem, ait Menoch. casu 284. numero. 22. Peregrin. lib. 4. de iure fisci. tit. 4. num. 4.

Adducitur ab istis primò, tex. in d. l. 3. §. sic autem. ff. de bonis eorum qui ante sentent. mortem sibi consciu. ibi, *Sicuti cum quaeritur, an is qui sibi manus intulit, & non perpetrauit, debeat puniri, quasi de se sententiam tulisset, nam omninò puniendus est, nisi tadio vitæ, vel impatientia alicuius doloris, coactus est hoc facere.* Cæterum, is tex. loquitur in eo, qui accusatus de aliquo delicto voluit se occidere, neque I.C. vult dicere, quod vulnerans se ipsum sit puniendus, pro crimine se vulnerandi, sed quod habeatur pro confesso illius delicti, de quo accusatus est. Quinimò is textus apertus est contra prædictos, in illis verbis. *Nam omninò puniendus est, nisi tædio vitæ, aut impatientia alicuius doloris, coactus est hoc facere.* quæ manifestè dicunt, nõ esse puniendum eum, qui tædio vitæ, aut impatientia doloris se ipsum vulnerat: ex quo consequens est, idẽ esse in alijs casibus, de quibus infrà cap. 23. & hoc est quod modo quærimus.

Secundò, adducitur text. in l. si quis aliquod. §. fin. ff. de pœnis. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. vbi milites se vulnerantes puniuntur, sed ex eis manifestè apparet, loqui solum in militibus, vnde contrarium constat esse in paganis, vt infrà proximè expendam.

Tertiò, adducitur tex. in l. 4. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de sicar. vbi abscindens sibi virilia morte punitur, sed & is text. specialis est in abscisione virilium, vt pariter dicam infrà proximè.

Quartò Corn. adducit argumentum d. consil. 195. nu. 8. lib. 2. quod leges ciuiles non relinquunt impunitos se occidentes, quod credant hoc illis licere; maximè enim detestantur sui occisionem, sed quia morte crimina extinguntur, at in se vulnerante ista ratio cessat, ideò merito puniendus est. Idem sentit Peregrin. lib. 4. de iure fisci. tit. 4. nu. 9. sed miror istos Doctores, oscitanter iura ciuilia legentes, quia ius quidem ciuile se occidentes impunitos relinquit, quia putauit

uit hoc illis licere, & se occidere non esse crimen: & hanc rationem in indiuiduo assignat text. in l. 3. §. Papinianus. ff. de bon. eor. qui ante sentent. mortem sibi consciue. ibi, *Non enim facti celeritatem esse obnoxiam*. Tex. in l. factum. C. de accusation. l. peculium 10. §. si ipse. ff. de pecul.

Contrarium, imò de iure ciuili nullam esse pœnam impositam se vulnerantibus, sentiunt infrà referendi, affirmantes tentantem se occidere non puniri, & ego constanter affirmo: per tex. in d. l. 3. §. sic autem. ff. de bonis eorum qui ante sent. mort. sibi consciue. suprà ponderatum, & per textū in d. l. peculiū 10. §. si ipse. ff. de pecul. vbi text. est express' dicēs, licere se vulnerare.

2 Limitatur primò, in militibus, isti enim si se vulnerant, siquidem tædio vitæ, aut doloris impatientia, vel alia simili causa, ignominia mittuntur: sin autem sine causa, capite puniūtur. tex. in d. l. si quis aliquod 38. §. fi. ff. de pœn. & in l. omne delictum 6. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. & esse in militibus speciale, notant Grammat. decisiō. 44. nu. 4. Menoch. casu 284. num. 24. Decian. lib. 9. tract. crim. cap. 3. nu. 4. & c. 4. num. 7. rationem assignamus suprà cap. 4. nu. 7.

3 Ampliat istam limitationem ad aduocatos fisci, & clericos, Decianus & refert ex Ioanne Andræa fuisse ampliatam ad aduocatum simplicem, idem sentit Hierony. à Laurentijs decis. Auenion. 123. num. 5. iudicio meo parum exactè, nam si ad leges moresq; Romanos respicias, non est admittenda ampliatio, si ad mores Christianorum non est necessaria, quia in omnibus id scelus plectēdū est, vt inf. lim. 3. dicim'.

Limitatur secundò, in eo qui sibi virilia amputauit, is enim vltimo supplicio punitur, tex. in l. 4. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. notant Hippolyt. ibid. Iul. Clar. §. fin. quæst. 68. nu. 7. Farinac. q. 20. num. 153. rationem pariter assignamus suprà cap. 4. nu. 8. & 11. An verò puniatur etiam publicatione bonorum? disputat, & negatiuè concludit Hippolyt. in d. l. 4. §. constitutum. ff. ad leg. Cornel. de sicar. à nu. 13. vsque in fin. Abagarus manus amputatione puniebat: Eusebi. lib. 6. de præpar. Euangel. cap. 8. Sed nec in hoc casu practicarem tam rigidam pœnam, neque triremes temporales excederem, quod posset comprobari opinione Menochij, qui in nouis additio. ad tractat. de arbitrar. casu 570. num. 16. post Fabium Monteleon. in praxi arbitrali. 4. parte. num. 932. nescio qua ratione dixit, quia non reperitur certa pœna lege definita, istum arbitrariè puniendum, cum in d. §. diuus. certa pœna diffinita sit.

5 Limitatur tertiò, attento præsenti rerum statu, quia licet olim Romani iudicauerint, licere vnicuique in se sæuire, ac proinde

ius nostrum ciuile, quod ab illis deducitur, nullam pœnam imponat se vulnerantibus: nos tamen Christiani, qui veritatem docti, scimus nefas esse inferre sibi manus, cap. si non licet. 23. q. 5. non debemus tale crimen inultum relinquere. Ac proinde iudex extra ordinem arbitrio suo puniet se vulnerantem: vt tradunt Anton. Gomez. tomo 3. varia. cap. 3. nu. 14. vbi refert, vidisse se, quendam iudicem exilio, & alium fustigatione punisse quosdam, qui in se sæuierant. Petrus Plaza in Epitome delictor. cap. 23. num. 19. in fine. Menoch. casu 284. num. 25. Gregor. Lopez glo. 5. in l. 24. titulo primo partita 7.

6 Ex quo infero, illum qui se debilitauit, ne ad triremes mitteretur, esse arbitrariè puniendum: vt tradunt Grammat. d. decis. 44. Decian. lib. 9. tract. crimin. ca. 2. num. 5.

7 Fuit iudicio populi Romani in simili casu punitus C. Vatienus, de quo Valerius Maximus lib. 6. ca. 3. exemplo 3. in hæc verba. *Ne in C. quidem Vatieno, qui sinistra manus digitos, ne bello Italico militaret, sibi absciderat, seueritas senatus cessauit, publicatis enim bonis eius, ipsum æternis vinculis puniendum censuit* Simile etiam fuit iudicium Octauij Augusti, vt refert Suetonius in Augusto. cap. 24. in hęc verba. *Equitem Romanum, quod duobus filijs adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum, bonaque eius subiecit hasta, quem tamen, quia imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, vt relegatum in agros pro libero esse sineret*. Traiani quoque temporibus, is qui delectu per bellum indicto, filium debilitasse dicebatur, vt inhabilis esset militiæ, deportatus est. Marcellinus lib. 15. Suntq; de hac re duæ leges Constantini Imperatoris in Codice Theodosiano l. 1. de fil. milit. l. 4. de tyran.

Sed in eo qui se debilitauit, ne ad triremes mitteretur, si iam condemnatus erat, vlterius noto, eum lege Aquilia vel actione in factum illi simili teneri, vt qui fiscum operibus sibi debitis priuauerit: argumento tex. in l. qua actione, l. item Mela. §. sed & si seruus, l. liber homo. §. Iulianus. l. si dominus. ff. ad legem Aquiliam.

8 Rursus, si nondum esset condemnatus, sed immineret condemnatio ad triremes, lege in eo delicto statuta, etsi casu fuisset debilitatus, nō dolo, in aliam æquè grauem ea pœna esset commutanda: quia quando pœna statuta imponi non potest, quia ea non est capax reus, debet in aliā commutari: tex. in l. 2. C. vt intra cert. tempus. tex. in cap. 1. de calumniat. & ibi notat Anani. num. 9
2. Socin. numero vlt. Clarus qō. 85. nu. 11. Farinac. q. 19. nu. 28.

10 Hæc autem commutatio non videtur posse fieri, si post condemnationē se debilitaret, quia cum iudex tulerit sententiam,

tali-

taliter est functus officio suo, quod nequit illam amplius mutare: l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. & ideò, licet regulariter pœna pecuniaria per iudicem commutetur in corporalem, si reus inops est, id fit ante sententiã, quia post eam non potest cõmutari: ita post Blãcum, & alios Farinac. q. 26. num. 19. itaque si dolo se debilitauit omisso veteri delicto, pro illo nouo se debilitandi arbitraria pœna imponenda erit, in qua vtriusque ratio haberi poterit: argumento eorum quæ tradit Bartol. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 26. ff. de pactis.

11 Infero etiam, quod mendicantes validi qui se ipsos debilitãt, aut filios suos, vel sibi, aut illis, herbis, medicaminibus, aut suppositorijs faciunt tibias, vel manus intumescere: vt maiorem in gerãt hominibus miserationem, & vberiorem stipem corradant, sunt arbitrio iudicis puniendi, tàm facientes, quàm patientes! Glos. & Bartol. num. 7. Angel. in final. verbis. Platea in princip. Rebuff. nu. 4. in l. vnica. C. de mendicant. validis. lib. 11. Igneus in l. 1. §. excusantur. num. 23. ff. ad Syllania. Ripa in tract. de peste. tit. de remed. præseruat. nu. 173. & seq. Menoch. in tract. de arbitr. iud. centu. 6. casu 532. nu. 4. neque solet, nec debet imponi alia pœna, quàm exilium, aut leuis fustigatio, tametsi pœnam falsi esse imponendam, asserat Auendan. in Dictionario. verbo mendicantes validi. Quod posset comprobari authoritate Lapi allegat. 18. ac Menochij, vbi supra num. 19.

12 Neque immeritò dixi, etiam patientes se debilitari, esse puniendos, cum Ripa d. n. 174. quia cum nemo possit se debilitare, consentire non potest, vt debilitetur ab alio: argumento tex. in l. filium habeo. ff. ad Macedon. ac proinde qui se patitur ab alio vulnerari, puniẽdus est arbitrio iudicis: Anton. de Butrio num. 7. Ioan. And. nu. 2. Abbas num. 7. Anchar. nu. 5. in ca. contingit. de sent. excom. Bartol. in l. 1. §. vsqueadeò. ff. de iniur. pro quibus est text. in l. 4. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. cap. ex parte 3. de corpore vitiat.

13 Et notabis quod subdit Ripa, eod. loco. n. 175. quod medicus, aut barbitonsor, qui docet, qualiter debilitari quis possit, seuerissimæ pœnæ venit subijciendus: allegat tex. in l. 3. ff. de crimine stellion. & in argumentum tex. in l. idem iuris. & in l. item si obstetrix. ff. ad leg. Aquil. facit tex. in l. 4. §. idem diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. ibi, *Medico qui exciderit capitale erit*. Conducunt quæ de medico sub prætextu medicinæ vulnerante, cum medica manu opus non esset, dixi suprà ca. 12. num. 15.

14 Secundus casus est, cum quæritur, an stante statuto, quod vulnerans aliquem violẽter, puniatur

tali pœna, puniatur ista pœna, ille qui se ipsum vulnerauit? Et nõ includi, quia verbum illud *violenter* non potest verificari, cum violentia non fiat volēti: l. 1. §. si quis vltro. ff. de iniurijs. l. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhiben. & statutum loquens de violentia, debeat intelligi de illata ab alio, nõ à se ipso: text. in l. qui insulam 33. §. colonus. ff. locati. Tenent Bald. nume. 44. in procœmio Rex pacificus Iason. nu. 8. in l. 1. C. de seruis fugit. Decian. lib. 9. tract. criminal. c. 4. nu. 6.

15. Ex hoc decidit Franc. Castracanius in tractat. de societ. quæ fiũt super officijs Romanæ Ecclesiæ. cap. 22. quod stante pacto, quod officialis qui recepit pecuniam ad societatem officij, teneatur illam restituere, in casu, quo dans mortuus fuerit morte violenta, si ille se ipsum occiderit, non tenebitur, quia est intelligendum de violentia illata ab alio, nõ à se ipso: per d. §. colon⁹.

In contrarium facit communis resolutio, de qua in cap. præced. num. 24. quod clericus se ipsum percutiēs incidit in excommunicationem canonis si quis suadente. 17. quæst. 4. tametsi loquitur de manibus violentis, & ita videtur residere Decian. d. num. 6. ad fin. Sed non est recedendum ab opinione Baldi, quia alia ratio est dicti canonis, si quis suadente, nã ad incurrendã eius tex. censuram, sufficit quod illatio man⁹ sit iniuriosa, etsi nõ violēta, & iniuriosa dicitur etiã in volentem, quia iniuria fit vniuerso ordini clericali: textus in ca. contingit. de sententia excommun. facit ca. si diligenti. de foro compet.

16 Tertius casus est, cum quæritur, an stante statuto simpliciter disponente, sine illo verbo *violenter*, quod vulnerans aliquem puniatur tali pœna, sit ea pœna puniendus, qui se ipsũ vulnerauit? Et cõprehendi hoc statuto, ac proinde illa pœna puniendũ ab statuto imposita, verè dixerunt Bald. num. 44. in procemio Rex pacificus. Bonifaciusin tractat. de malefic. tit. de insultu nu. 34. Ias. num. 8. in l. 1. C. de seruis fugit. Corn. consil. 195. num. 2. & 12. lib. 2. Grammat. decis. 44. nu. 4. Hippoly. de Marsil. in practica. §. aggredior. num. 19. Carrer. in practica. tit. de homicidio. q. 1. nu. 4. Decius nu. 5. in l. 3. C. de pactis. Plaza de delictis. c. 23. nu. 16. in fine. Peregri. de iure fisci. lib. 4. tit. 4. num. 7. Decian. lib. 9. c. 1. num. 33.

Pro istis facit primò, quod statutum, dicens quod vulnerans aliquem puniatur illa pœna, intelligit de vulnerãte hominem, at, qui se vulnerat, hominem, vulnerat, ergo comprehenditur in statuto: tex. qui hoc argumentum facit in ca. si non licet. 23. q. 5. & deducit Decian. d. lib. 9. ca. 3. num. 4.

Et licet huic collectioni respõderi posset, non ꝓcedere de iure

ciui-

ciuili, quod non habuit pro delicto, occidere se ipsum, sicut occidere alium, ideò lex Cornelia, quę loquitur de occidente hominem, non habet locum in occidente se ipsum: prout in proposito considerant Ioan. Andr. ad Specul. tit. de pœni. Corn. d. consil. 195. nu. 6. lib. 2. tametsi balbutiat Decius. num. 14. in l. 2. C. qui testamenta facer. poss.

Vrgēter replicatur, quod etsi procedat hoc de iure ciuili, qđ non habuit pro delicto se occidere, aut vulnerare, non debet procedere in statuto Christianorum, quod habet hoc pro grauissimo delicto: & ita videtur vrgere text. in d. cap. si non licet. 23. quæst. 5.

Contrarium, quod imò non comprehendatur in statuto vulnerans se ipsum, & quod ita multis videtur, & communiter seruatur, dicit Ioan. Andr. ad Specul. titu. de pœnis. in addit. verbo prœlibatum. versic. secūdo quęro. & cum eo videtur trāsire Ias. num. 6. in d. l. 1. C. de seruis fugitiuis. tenent Francisc. Marc. decis. 882. num. 7. part. 2. Curti. Iun. cons. 182. num. 3. Menoch. casu 284. nu. 36. Tiberi. Decian. lib. 9. tractatu crim. c. 4. nu. 5.

17 Et pro istis facit, quod respon derunt Cur. Iun. d. cōs. 182. Deci. cōs. 438. Paris cons. 155. lib. 4. Soci. Iun. cons. 51. li. 1. statutum, imponens pro homicidio pœnam capitis, & publicationis bonorum, non comprehendere occidentem se ipsum. Sed responderi potest, illos moueri, quia verba statuti non possunt verificari in occidente se ipsum, cum nequeat decapitari, & quia delictum morte fuit extinctū, quod non procedit in vulnerante se ipsum, & ita in terminis declarat & distinguit Corneus d. cōs. 195. lib. 2.

Considerant etiam isti, quod statutū videtur requirere duas personas, agentem, & patiētem, quæ in eodem homine dari non possunt, c. fi. de iure patronatus. cap. debitum. de baptismo. Sed respōdetur, quod idem dici posset in pręcepto decalogi, non occides, & tamen Augusti. dicit, quod comprehendit occidentē se ipsum: d. cap. si non licet. 23. quæst. 5.

Ideò prior sententia, vt receptior, ita & verior videtur.

18 Quartus casus est, cum quæritur, an quemadmodum accusatus de crimine se interficiens habetur pro confesso, ita & habeatur pro confesso qui se non quidem interfecit, sed tentauit, & non peregit, & qua pœna sit puniendus. Et verè in hoc casu dicendum est, haberi pro confesso illius delicti, de quo erat accusatus, & esse puniendum pœnis illius delicti: ita est casus in l. 3. §. sic autem. ff. de bonis eorū, ante sententiam mortem sibi cō sciuer. notant Cynus num. 5. Alberic. num. 3. Iason num. 5. in l. 2. C. qui testam. face. pos. Guliel.

Benedict.in cap.Raynutius. verbo mortuo itaque testatore.el 1. num.45.& 76. Iacob.Boulene in repetitione,l.capitaliũ.§. famosos,ff.de pœnis. nume.86. Anto. Gomez.libro 3.variar.cap.3. nu. 14.Decianus lib.9.trac.crim.c.3. num.4.

19 Ex quorum doctrina diceba- tur in occurrenti casu, quẽdam accusatum de grauissimo delicto qui se debilitauit, ne posset torqueri, debere pro confesso illius delicti,de quo erat accusatus,reputari. Facit,quia subterfugiens iudicium habetur pro confitente: cap.nullus de præsumptio.&

20 quemadmodum indicium est, contra impedientem testes aduersarij, vt per adductos à Farinac.q.67.num.251. imò & cõtra subtrahẽtem vnum testem, adeò

21 vt videatur inditium sufficiens ad torturam. Bossi.titu.de falsis. num. 165. imò & ad condemnationem Hosti.in cap.peruenit.el 1.de testibus cogen.de qua re Farinac. q.78.num. 144.cum sequẽtibus.& pariter præsumptio est, contra occultantem instrumen-

22 ta,& probationes, vt per adductos à Menochio lib.2.præsump.

23 91.num.4.& contra subtrahentẽ aduocatum aduersario: l.prouidendum.§.vlti.C.de postu.ita & erit contra subtrahentem fisco modum istum probandi per torturam. Nihilominus, durum videt, ex hoc solo de crimine plenè non probato condemnare: & pondero, quod d.l.3.§. sic autẽ, ff.de bonis eorum qui ante sent. mort.sibi cõsciu. loquitur in eo, qui se volebat occidere, nec perfecit, non autem in eo qui tantũ voluit se vulnerare,aut debilitare,ideò cum casus occurrat,amplius deliberãdum erit, illud nõ videtur dubitandum,omninò esse arbitrariè nec leuiter puniendum.

24 Quintus & nunc vltimus casus est,cum quæritur, an tentans se occidere & non perficiens, nõ ob conscientiam criminis, sed tædio vitæ,aut doloris impatientia,seu qualibet alia ex causa,puniendus sit, & istum non esse pu-

25 niendum pœna mortis, certum est, & tradit Petrus Nauarra in tract.de restitutione.lib.2.capit. 23.nu.38. vbi dicit, nõ esse ęquã legem, quæ se occidere volentẽ suspendij damnaret: quæ tamen lex vel forsan acrior fuit apud Locros lata per Zaleucum, vt dicimus lib.2. c.7. num.5.

Et simpliciter istum nulla pœ esse puniendum, tradũt Bonifac. d.titu.de insultu.num.34. Benedict.d.num.45. & 76. Gomez. d. num.14.Iacob.Boulene.d.nume. 86.Decian.lib.9.cap.3.num.4. & cap.4. num.7.

Contrarium, imò puniendum esse, dicunt Cynus num.5. Paul. nu.2.Alberi.nu.3.Fulgos.in fi. in l. 2. C. qui testamen. facer. poss. Ioan. de Platea nu.4.in l.fina. C. de iure fisci.lib.10.Francis.Mar. decis.879.num.7.par.2. Plaza d. cap.23.num.18.& apertius num.

19. &

19. & dicit communem Clarus q.68. nu.38.

Fundamenta vtriusque sentẽtiæ sunt ea,quæ adduximus sup. in primo casu de se vulnerante. Ioan.Fab.in l.1. num.2. C.de bonis eorum qui ante sen. mortem sibi consciue. distinguit,an ipse destiterit,& ita non perfecit, qa noluit: an fuit impeditus, & ita non perfecit, quia non potuit: sed suprà citati loquuntur, etiã in eo qui fuit impeditus, & per contrarium,etiam illum qui destitit, esse puniendũ, quia in hoc casu non prodest pœnitentia, dixit Geminian.in cap.1.§.sacri. num.10.vers.gl. in verbo mandauerit.de homicid.lib 6. idem volunt Ioan.Monach.ibidem,num. 7.Francus num. etiam 7. ad fina. Capici.decis. 155.num. 20.

Ego de iure Romanorum constanter aio,istum nulla pœna puniri,& ita est casus in l.3 §.sic autem,ff.de bonis eorum qui mort. sibi consciuer. sed attento præsenti rerum statu ita puto distinguendum.

26 Aut quis se tentauit occidere tali instrumento,& modo, quod postea desistente ipso, vel impedito, in nihilo læsus fuit, & ita quod fecit, non est delictum de per se,sed stat in simplicibus terminis delicti attentati, & tunc quia de generali consuetudine nõ punitur affectus non sequuto

27 effectu,vt per adductos à Farinacio q.37. num.13. istum non esse puniendum,volũt Carrer. de homicid.q.8 nu 9.Clarus quæst.68. num.38. vel leuiter puniendum, Plaza cap.23. nu. 19.

28 Aut tali instrumento & modo se tẽtauit occidere, quod se vulnerauit,vel læsit, vel tale quid fecit,quod hoc solum de per se cõsideratum, si fieret in alium tertium,esset delictum: & hunc putò puniendum esse aliquãto grauius,arbitrio iudicis,ita videtur notasse Plaza c.23.nume.11.col. 4.vers.qua in re pensitandum.Licet posset teneri, esse puniendũ illa pœna, qua per statuta municipalia puniretur, si id in alium admisisset: iuxta ea q̃ dicta sunt suprà in priori casu. Et comprobari posset ex Corneo cons.195. num.6.lib.2.qui dicit, puniri le-

29 ge Cornelia de sicarijs, qui venenũ fecit necãdi se ipsum causa, quemadmodum punitur faciens alterius necandi causa:l.3. ff.ad legem Cornel. de sicar.

Cæterum, ego pęnam in hoc casu crederem esse debere medicinalem, ne alio tempore perficiat,quod semel tentauit:neque enim volenti perire mors potest negari,tot sunt ad illam viæ, itaque prius religiosis viris commendarem,neque vllo casu leue exilium excederem.

SVM-

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Se occidens damnatus est.*
2 *Se occidens non est in ecclesiastica sepultura humandus.*
3 *Quilibet notorius peccator caret sepultura ecclesiastica.*
4 *Qualibet ex causa se occidat.*
5 *Idem sanxit olim Plato.*
6 *Apud Athenienses manus se occidentis abscindebatur.*
7 *Neque sepeliuntur in cœmeterio.*
8 *Neque iuxta ecclesiam, aut cœmeterium, sed tam procul vt vox clericorum cantantiũ non possit audiri.*
9 *Neque clerici possunt corpora taliũ comitari.*
10 *Occisus ab alio in actu illicito caret sepultura ecclesiastica.*
11 *Et si casu vel errore fuissent in ecclesia sepulti, debent exhumari, & proijci.*
12 *Repertus in puteo, vel suspensus præsumitur ab alio proiectus, vel suspẽsus, & traditur sepultura ecclesiastica.*
13 *Furiosus se occidens, habet sepulturã ecclesiasticam.*
14 *Furiosi actio inuoluntaria est.*
15 *Dormiens se occidens traditur ecclesiasticæ sepulturæ.*
16 *Et quid si ante somnum habuit imaginationem se occidendi.*
17 *Ebrius se occidens traditur ecclesiasticæ sepulturæ.*
18 *Dũmodo ebrietas fuerit talis, quæ induxerit voluntatis exilium.*
19 *Vel nisi se ebriauit, vt ebrius se occideret.*
20 *Vel nisi ebrietas ipsa fuit mortale peccatum, vt quia assidua.*
21 *Fugiens aliquem se præcipitans, traditur sepulturæ ecclesiasticæ.*
22 *Se præcipitans de ponte cum spe enatandi, traditur ecclesiasticæ sepulturę.*
23 *Etiam si ex iniusta causa fugeret.*
24 *Qui antequam in totum moreretur, pœnituit, traditur ecclesiasticæ sepulturæ.*
25 *Pro se occidente non est orandum.*
26 *Orandum non est pro his, quos constat decessisse in peccato mortali.*
27 *Posset tamen orare priuatim, qui crederet illum in vltimo vitæ spiritu pœnituisse.*
28 *Legatum pro sepultura, vel orationibus, si testator se occidat, an sit reuocatum. & nu. 33.*
29 *Reuocato onere reuocatur legatum.*
30 *Electa in alia ecclesia sepultura est reuocatum legatum alteri ecclesiæ relictum, vbi testator iusserat sepeliri corpus suum.*
31 *Adempta conditione non dicitur ademptum legatum.*
32 *Alienata ob necessitatem rei familiaris re legata, nõ videtur ademptũ legatum.*
34 *Per inimicitiam superuenientem facto testatoris non adimitur legatum.*
35 *Modus mixtus si casu impleri non potest, habetur pro impleto.*
36 *Conditio mixta si casu impleri non potest, habetur pro defecta.*
37 *Conditio vel modus qui facto superioris non possunt adimpleri, habentur pro impletis.*
38 *Conditio faciendi ecclesiam in domo testatoris, nolente episcopo dare licentiam, habetur pro impleta.*

CA-

CAP. XXII.

De pœnis iuris Canonici aduersus occidentes se ipsos.

1 PRior, maximaq; se occidentium pęna est, quod cum decedant in grauissimo peccato mortali, & nullum salubris pœnitentię sibi locum relinquãt, in ignẽ æternum damnati abeunt: text. in c. si non licet. 23. q. 5. text. in prologo titu. 27. part. 7. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. Simanc. in Catholi. Instit. tit. 18. num. 22. Menoch. casu 284. num. 38. significat Virgil. lib. 6. Aeneid. dum sui occisores fero & inutiliter in inferno pœnitere describit.

2 Altera pęna de iure canonico est iactura sepulturæ ecclesiasticæ, quia ille qui se occidit, non debet in ecclesia sepeliri: tex. in c. ex parte. el 2. de sepul. ibi. *Quocirca mãdamus, quatenus cum illa non spõtè præcipitauerit se de põte, sed (sicut superius est expressum) casu eciderit, corpus eius tradi facias ecclesiastica sepultura.* Ergo si spontè se præcipitasset, non traderetur ecclesiasticę sepulturę: & ita notãt ibidem ex eo tex. omnes Scribentes text. in c. placuit. 23. q. 5. ibi: *Neque cum psalmis cadauera eorum ad sepulturam deducantur.* Et ibidẽ etiam notant Glo. & omnes Scri-

3 bentes: Et ratio est, quia non traditur ecclesiasticæ sepulturæ ille, quem cõstat, decessisse in peccato mortali, vt vsurarius publicus, capit. quia in omnib. de vsuris, blasphemus impœnitens, ca. statuimus. de maledicis, monachus proprietarius, ca. monachi. §. qui verò. cap. super quodam. de statu monachor. exigens noua pedagia, cap. innouamus de cẽsibus & quilibet peccator impœnitens: argumento tex. in capit. non æstimemus. cap. pro obeuntibus. cap. quæsitum. 23. q. 5. notant Gl. Hostien. num. 6. & cæteri in d. cap. ex parte. Menoch. lib. 6. præsumpt. 94. nu. 7. Nauar. in cap. si quis positus. num. 3. de pœnit. dist. 7.

Et ita se occidentem non esse in ecclesia sepeliendum: notant Roma. singul. 268. Ias. num. 5. in l. 1. C. de seruis fugit. Ioan. Ign. in l. 1. §. si sibi manus. num. vlt. ff. ad Syllan. Guiliel. Benedict. in capi. Raynuntius. verbo mortuo itaq; testatore. el 1. num. 50. Correr. in practica. tit. de homicidio. q. 8. num. 5. Menoch. de arbitrar. iud. casu 284. num. 36. Palat. Rubi. in Rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 70. num. 7. Iacobin. in inuestitura. verbo dicti vasalli promiserunt non committere felloniam. nume. 19. Socin. Iun. consi. 51. nume. 2. lib. 1. Roland. consil. 20. nume. 36. lib. 3. Franc. Marcus decis. 789. par. 2. Gregor. Lopez glo. 1. in l 2. tit. 27. part. 7. Didacus Perez in l. 9. titu. 13. lib. 8. ordinam. Salcedo ad practicã Bernar. Diaz. cap. 17. num. 11. Ioan. Gra-

Gratian.reg.55.num.3.Couarr.libro secundo varia.resolut.cap.1.num. 11.versic. illud.Tiber. Dec. lib.9.tract.crimin.cap.3. num.3. & cap.4. num.8 Petrus Plaza in Epito.delict.capi.23.num. 14.

4 Et licet ius ciuile distinguat, an cõscientia criminis, an tędio vitæ quis se occidat, ius tamen canonicum non distinguit:vt patet, & notat Ias.num.4.ad fi.in l. 2.C.qui testam.facer.poss.

5 Fuit & hęc pęna statuta à Platone libro 9. de legibus. in hæc verba. *Qui se ipsum vita, & sorte fatorum priuarit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & ineuitabili fortuna casu coactus, nec externo aliquo pudore compulsus, sed ignauia, & formidolosi animi imbecillitate, iniustè sibi mortē consciuerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius nemo cõdatur, deindè in his locis sepeliatur, q̄ de duodecim partibus vltima, deserta, innominataq; sunt, sic obscurus, vt neque statua, neque inscriptione notetur.* Referunt è nostris Menoc. vbi sup. Tiraquel de nobili.c.31.nu.561. Tiber.Decia.lib.9.trac.crim.c.1. num.4.

6 Fuit & apud Atheniẽses mos, manum eius qui sibi mortem intulisset, à corpore abscindere, & seorsũ humare: vt refert Aeschines in orat. in Ctesiphontem. & è nostris referunt Tiraq.d. c.31. nu.562. Menoch.d. casu 284.nu. 3.Hieron.à Laurent. decis. Auenio. 123.num.4.Plaza d. cap.23. num.14.Decian.d. lib.9. capit.4. num.9.id etiam retulit Iosephus lib.3 de bello Iudaico. capi.14. & Egesippus lib. 3. de excidio Hierosolym.cap.17. cuius verba non grauabor adscribere, inquit enim. *Hæc non solum moribus hominum, sed etiam legibus interdicta accepimus, namq; alij insepultos proijci iubent eos, qui se in ferrum deiecerunt, dignum est enim, vt qui patris imperium non expectauerũt, priuentur, quasi quodam matris gremio, terræ sepulchro: alij dexteram manũ abscindunt defunctis, vt separetur à membris sui corporis, quæ aduersus corpus suum vesano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt, aut proditores, aut percussores parentum, qui verum patrem non agnouerunt, nec se recognoscunt, ideò aut penitus sepeliri prohibentur, aut non toti sepeliuntur.*

7 Ampliatur primò, vt neque in cœmeterio possint sepeliri se occidentes: Glos. verbo non spontè. in cap. ex parte. el 2. de sepul. Frãcisc. Marcus decis.879. nu.5. par.1. & ita ferè omnes loquuntur de cœmeterio.

8 Ampliatur secundò, vt neque iuxta ecclesiam, vel cęmeterium sepeliri possint, sed debeãt procul abijci, & tam procul, vt vox clericorum cantantium non possit audiri, notant Abbas antiquus. numero 3. Anton. de Butrio num.10. Ioan. Andr. num.3. Panorm. num.3. Anani. nume.5. Anchar.num.6. in cap. sacris. de sepultur. pro quibus facit tex. in eod.cap. sacris. ibi, *procul ecclesiastica sepultura iactari.* Et text.in c.

sio.

quod in te. de pœniten. & remissio. vbi tempore interdicti generalis permittuntur officia, ita submissa voce, quod exterius exaudiri non possint: ita etiam sanxerat Plato, (vt dictum est) sepeliendos esse in parte vltima, & deserta: Gloss. in ca. placuit. 23. q. 5. & in c. quicunque. ead. causa. q. 8. dicit, in canina sepultura: Plaza d. nu. 14. Didac. Perez & alij ex citatis dicunt, sepeliendos in sterquilino, vel proijciendos in flumina: pro quibus tex. in c. monachi. & in cap. cum ad monasteriũ & ibi Glos. & DD. de statu monacho. Guil. Bened. d. nu. 50. dicit, ꝙ in aliquib. partib. non sepeliũtur, sed relinquũtur volatib. cœli.

9 Ampliatur tertiò, vt neq; clerici possint corpora talium comitari, & psalmos canere. tex. in cap. placuit. 23. q. 5. c. 2. de raptorib.

10 Ampliatur quartò, vt non solũ procedat in eo, qui se ipsum occidit, verum etiam in eo, qui in actu illicito occisus fuit ab alio, vti esset in eo qui in torneamento, vel duello fuisset occisus: tex. in cap. 1. & 2. de torneamentis. text. in cap. quicunq;. 23. q. 8. Cõcil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 19. text. in l. 10 titu. 13. part. 1. Quod est limitandum in eo, qui venit in locum torneamenti, nõ vt luderet, sed ob alium finem, licet casu ibidem perierit: text. in c. 2. de torneamentis. Summa Tabiena verbo torneamenta. nu. 2. vbi etiam ait, non procedere in vulnerato in torneamẽto, qui postea moritur ex eo vulnere, & dubitatur an ex solo vulnere, an ex alia causa, puta mala curatione. Gregor. Lopez in gl. 1. in d. l. 10. tit. 13. part. 1. ait, non procedere in eis, qui venerunt ad vidẽdum idem volunt Anani. num. 1. Soci. nu. 3. in d. ca. 1. de torneam. Summa Tabiena verbo ludus. nume. 13. Summa Angelica verbo torneamenta. nu. 2. In quo notandũ est, ꝙ Concil. Trid. contrariũ statuit in spectatorib. duellorum.

11 Ampliatur quintò, vt non solùm procedat ab initio, sed etiã ex post facto; ideò si casu, vel per errorem, vel alio modo se occidentes fuissent ecclesiasticæ traditi sepulturæ, si postea appareret se occidisse, deberent exhumari, & proijci procul ab ecclesiastica sepultura: ita Tiber. Decian. lib. 9. tracta. criminal. cap. 3. num. 3. pro quo facit tex. in cap. sacris. de sepultu. qui hoc disponit in excommunicato sepulto, tex. in l. 8. tit. 13. parti. 1. tex. in c. ecclesiam in qua paganus. ibi *iactari forás*, de consecra. dist. 1. ita & hæretici post mortẽ damnantur: c. sanè profertur. 24. q. 2. cap. à nobis. de sent. excomm.

12 Limitatur primò, vt procedat ĩ eo, de quo clarè cõstaret ecclesiæ, ꝙ se occiderit: nã in dubio, si quis reperiat in puteo, pięctus, suspẽsus, vel aliter mortuus, nõ ꝑsumetur se ipsũ occidisse, cũ potuerit proijci, suspẽdi, & occidi ab alio: vel cecidisse casu, & ita tradetur ecclesiasticæ sepulturę.

Ber-

Bertran.conſ.134.nu.2.lib.3.Decius conſ.438. ante num. 1. Soc. Iun.conſ.51.nu.1.li.1. Caſtracan. de ſociet.offic. c.22.nu.16.Petr. Plaza in Epito. delict.c.23.num. 15.Palat. Rubi.in Rubr.de dona. inter vir.& vxor.§.70.num.7. Didac.Perez.in l.9.tit.13.li. 8. ord. Salcedo ad practicam Bernardi Diaz.cap. 17.nu. 12. Couar.lib.2. lib.2.varia.reſolut.ca. 1. num. 11. Deci.in l.2.nu.13. C. qui teſtam. facer.poſſ.Menoch.de arbitr.caſu 284.num.36. & li.5. præſump. 13.nu.7. Clarus §.fina. quæſt.68. num.38.Tiber.Decia.lib.9.tract. criminal.cap.3.num.3. & nu. 16. & cap.4.num.8. in fine.

13 Limitatur ſecundò,ſi cõſtaret vel inditijs probari poſſet, ſe occidiſſe furore percitum, Franc. Marc.deciſ.879. num.9. Plaza d. cap.23.num. 14.Couarru. vbi ſuprà.Benedictus in c.mortuo itàque teſtatore el 1. nu. 72. Iacob. Boulene in repetit.tex.in l.capitalium.§ famoſos num.86. ff. de pen. furioſus enim non peccat, vt habetur per omnes in 2. ſent. diſtin.22.quia non intelligit, qđ agit:§ furioſus.Inſti.de inutil.ſtipulatio. & voluntatem non habet.l.furioſi.ff.de regul.iur. ideò proindè habetur,quod à furioſo fit,ac ſi caſu aliquo, effectum eſſet.l.fi.in fi.ff.de adminiſtr. tutorum.l.ſed etſi quemcumque.§.1. ff.ad leg.Aqui.vnde furioſi actio

14 omninò inuoluntaria eſt:vt per plura Couarr.3.part. clement. ſi furioſus in initio num. 1. Tiraq. de penis temper. cauſa 3. plura Plaza de delict. c.29.

15 Limitatur tertiò, in eo qui dormiens ſe occidit, quem in ecclesia ſepeliendum, ait Guiliel. Benedict.d.num.72. eadem profectò ratione, quia dormiens nõ peccat:cap. teſtamentum.diſtin. 6.S.Thomas in 2.2.q.154. arti.5. Clem.ſi furioſus. de homicid.vbi æquiparatur furioſo, prout & in cap. maiores. §. ſed adhuc. & §. item quæritur.de baptiſmo.Plaza de delict.c.31.

16 Sed an hoc declarandum eſt, in caſu,quo vigilans habuerit vehementem imaginationem ſe occidendi, & demum cum ea dormiens,ſe occidat: maximè,quando ſciebat, ſolitum ſe dormientẽ ſimilia patrare, ac propterea in culpa fuerit, non faciendo ſe vinciri, & ligari? Facit dubitationem,quia hoc caſu imputatur ei quod dormiens facit;vt plenè tradunt citati per Tiraqu. de penis temper.cauſa 5.num.10. Sed contrarium videtur,quia ea imaginatio non eſt cauſa certa,ideò non inducere irregularitatem, ait Couarru.d.3. par.Clement.ſi furioſus.in initio num.6. Ad ſepulturam autem prohibendam requiritur certitudo, vt dictum eſt ſuprà in priori limitatione. Sic etiam, quoties ob peccatum prohibetur, oportet vt prius cõſtet expreſsè de peccato: Anto. de Butrio nu.3. Anan. nu.2.in c. ex parte ſecunda de ſepultur.

17 Limitatur quartò, in eo qui

dum

dum ebrius esset, se occidit: vti in terminis dixit Benedictus d. nume. 72. est enim ebrius similis furioso: tex. in cap. venter. 35. distinct. plura Plaza de delictis. capitu. 30. quod videtur tripliciter declarandum.

18 Primò, vt procedat in eo ebrio cuius tãta est ebrietas, quæ quasi induxit mentis exilium, & volũtatem abstulit, non in ebrietate leui, quæ à delicto non excusat: Bald. in l. 1. C. vnde vi. Tiraquel. de pœnis temper. causa 6. nu. 11. & 12.

19 Secundò, ne procedat in eo, qui ea intentione se inebriauit, vt ebrius se occideret: hic enim iam sobrius voluit, & in peccato decessit, iuxta tradita per Tiraq. d. causa 6. nume. 10. Couarru. in initio 3. par. clem. si furiosus. nu. 3. ad fi.

20 Tertiò, ne procedat in eo, cuius ebrietas fuit peccatum mortale, vt quia erat assidua, quæ est mortalis: c. vnum orarium. §. alias ea demum 25. distin. ita est tex. in c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. vti intelligũt ibi Glos. & Abbas nu. 2. Ioan. Andr. nu. 8. Hostien. nu. 12. Anton. de But. num. secundo, Anchar. nu. 3. idem notauit Gl. in c. pro obeuntibus. 13. quæst. 2. quia decedit in peccato mortali quod sufficit, vt priuetur sepultura ecclesiastica.

21 Limitatur quintò, in eo qui cũ fugeret aliqua ratione, cecidit in flumen, vel cecidit, & casu mortuus est, prout est text. expressus in d. capit. ex parte. el 2. de sepultu. & ibi notant Hostien. num. 1. Ioan. Andr. numero 3. Anton. de But. nu. 2. & 6. Anan. nu. 1. Anch. num. 2. & alij.

22 Limitatur sexto, & notabilius vt nõ procedat in eo, qui fugiens aliquem spontè se præcipitauit de ponte, cum spe enatandi, vel volens à carcere fugere, desilijt de muro, cum spe euadendi, & mortuus est: ita dicunt Gloss. & DD. in d. cap. ex parte de sepult. Benedict. in ca. Raynuntius, verbo mortuo itaque testatore. el 1. num. 80. Gl. & DD. in cap. nerui testiculorum 13. dist. Quod intelligendum est, quãdo verosimiliter sperauit euadere, non quando uoluit se occidere: & quãdo dubium erit de hac uoluntate, ex altitudine muri, & affectibus se præcipitantis, erit coniectandum: Gloss. Turrecrem. nume. 8. Bellam. num. 6. Præposit. num. 15. in d. c. nerui. Anto. de Buttrio nu. 6. in d. c. ex parte.

23 Cęterum illud notandum est, quod tex. in d. cap. ex parte, meminit eius, qui fugiebat ex iusta causa, & hoc uidetur requirere gl. in cap. placuit. 23. quæst. 5. Sed reuera hoc nõ est requisitum necessarium, quia non pẽdet à causa fugæ, sed à mente se præcipitantis, an uoluit se occidere, an uerò fugere, ut notant Hostiens. nu. 5. Io. And. nu. 2. Anto. de But. num. 6. in d. cap. ex parte de sepultu.

24 Limitatur septimò, ut nõ procedat

cedat in eo qui antequam in totum obierit, pœnituerit, vel ostẽderit signa contritionis: vt euenire posset in eo, cui se occidenti fuerit per familiares occursũ, iste enim posset in ecclesia sepeliri, cum non sit certum decessisse in mortali. argumento text. in c. 1. de pœni. dist. 7. & in terminis scribit Spino. in Specul. testa. gl. 2. de elect. sepult. nume. 19. licet obstare videatur tex. in cap. 1. de torneamentis, sed in pœnis non valet argumẽtum etiam à maioritate rationis post alios Vincent. de Fran. decis. 315.

25 Tertia pœna de iure canonico est, quod pro se occidente nõ est orandum: text. in ca. placuit. 23, quæst. 5. ibi, *Nulla prorsus pro illis in oblatione cõmemoratio fiat*. Tex. in c. quicunque. 23. quæst. 8. ibi, *Neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur*. Ex quibus ita notant Glo. & DD. in c. pro obeũtibus 13. quæst. secunda Ias. num. 5. in l. 1. C. de seru. fugi. Menoch. de arbitra. casu 284. num. 36. Couar. lib. 2. var. resolut. ca. 1. nu. 11. Decian. lib. 9. tract. crimi. c. 3. nu. 3. & c. 4. nu. 8. In vol. 6. Biblioth. Sanctor. patrum habentur excerpta quædam Gregorij Papæ III. vbi c. 32. de hac re.

26 Et ratio est, quod non est orandum pro illis, quos constat decessisse in peccato mortali: tex. in c. pro obeuntibus. 13. quæst. 2. ibi, *non tamen pro impijs*. tex. in cap. si quis episcopus, aut Abbas, iũcta gloss. verbo pro hæreticis. 11. q. 3. tex. in c. Cyprianus 21. quæst. 3. & cap. si. 88. distin. quia cum decedentes in peccato mortali sint damnati, nulla est spes: vt habetur Prouerb. ca. 11. & Matth. cap. 25. *Ite maledicti in ignem æternum*. Ideò nõ magis orandum est pro illis, quàm pro diabolo: vt ait August. lib. 12. de Ciuit. Dei. cap. 24. quia Deo non placet talis oratio, notant S. Thomas & omnes in 2. 2. quæst. 83. artic. 7. Nauar. in Manuali. de ora. & hor. can. c. 14. num. 64. Turrecremata qui latè agit in d. c. pro obeuntibus.

Ampliari, & limitari potest hæc pœna eisdem modis, quibus præcedens pœna sepulturæ ampliata & limitata fuit: quia iura & Doctores promiscuè loquuntur de vtraq;, & in eis omni modo est eadem ratio.

Circa eum qui furiosus se occidit, ita respondit Timotheus Alexandri. Episcop. vnus ex 150. Patribus qui Cõstantinopoli cõuenerunt, respõso canonico 14. (habetur vol. 6. Bibliothecæ San. Petrum.) *Si qui cum sui compos non esset, sibi manum attulerit, vel etiam se præcipitauerit, sitne oblatio an nõ? Resp. Hoc debet clericus discernere, an reuera hoc fecerit cum esset emotæ mentis; sæpè enim ij, qui ad eum cui hoc accidit, attinent, volentes assequi oblationem, & orationem pro ipso, mentiuntur, & dicunt eum non fuisse apud se: Nonnunquam autẽ propter insultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit tunc autem non est super eum facienda*

da oblatio, est enim sui homicida, oportet ergo clericum accuratè sciscitari, ne in iudicium incidat. Et Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochen. ibid. latius explicat.

27 Limita præterea, quia pro se occidēte posset priuatim orare, ille qui crederet, eum in vltimo vitæ spiritu pœnituisse, & dolorem contritionemq; habuisse: vt sentit Gl. in capitu. fi. verbo Dei. 88. dist. & tradunt Petrus de Palude in 4. dist. 20. q. 1. Couarru. lib. 2. variar. c. 1. nu. 11. vers. illud profectò. Petrus Plaza in epitome delictor. c. 23. num. 14. Salcedo ad practicam Bernardi Diaz. cap. 17. nume. 11. Menoch. lib. 6. pręsump. 94. num. 12. & hoc dicit Nauar. in cap. 1. de pœnit. distin. 7. num. 3. tanquam quotidianum, & raro decisum, se mirabile ducere; & huius sententiæ ratio est, quia in illo vltimo spiritu potuit conuerti, & saluari. iuxta tex. in d. c. 1. de pœn. dist. 7.

Esset etiam limitandum in aliquo sancto viro, qui oraret pro vita & resurrectione illius qui se occidisset. Quemadmodum S. Martinus Turonen. Episcopus, de quo Sulpitius Seuerus cap. 6. sic scribit. *Nec multò post, dum agrū Lupicini cuiusdam honorati secundū sæculum viri præteriret; clamore & luctu turbæ plangentis excipitur, ad quam solicitus cum astitisset, & quis esset hic fletus inquireret: indicatur, vnum, e familia seruulum laqueo sibi vitam extorsisse: quo cognito, cellulam, in qua corpus iacebat, ingreditur: exclusisq; omnibus turbis, prostratus corpori, aliquantisper orauit: mox viuiscente vultu, marcescentibus oculis, in hora illa defunctus erigitur: lentoque conamine enisus assurgere, apprehensa beati viri dextera, in pedes consistit: atque ita cum eo vsque ad vestibulum domus, turba omni spectante, processit*.

28 Circa has iuris canonici pœnas incidit quæstio, an sit testator legauerit alicui ecclesiæ quātitatē aliquā, si vel ita vt eum in ecclesia sepeliāt in tali loco, aut si vel ita, vt pro eo tot missas celebrent, & tot præces vel orationes fundant, & postea superuiuens se suspendat, ita quod, neq; in ecclesia sepeliri possit, neque pro eo possit orari, vt dictum est, an ecclesiæ debebitur legatū? & non deberi, allegatur tenere Raphael Cuma. in l. in testamento. la 2. ff. de condit. & dem. tametsi

29 in meo lib. non repererim.

Pro quo facit primò, quod testator reuocando onus adiectū legato, videtur reuocare ipsum legatum: tex. in l. alūnę. §. Seia. l. filio. §. matri. ff. de adim. leg. notāt Mantic. de coniect. vlt. volunt. li. 12. tit. 2. nu. 27. Menoch. lib. 4. pręsum. 169. nu. 3. & inde si testator

30 legauit centum ecclesiæ, in qua elegit sepulturam, & mutata voluntate elegerit, eam in alia ecclesia, legatum erit extinctum: vt dicūt Anchar. num. 9. in c. filius. de testamen. Mantica d. libro 12. tit. 2. nu. 31. igitur, & erit reuocatum legatum in casu proposito,

N cum

cum testator se occidendo, onus sepulturæ, & orationis ademisse videatur; quia non minus declaratur voluntas factis, quàm verbis, l. de quibus. ff. de legib. & facto etiam adimitur legatum, l. cũ tale. §. pen. l. cum ita datur, l. si quis seruum, ff. de condit. & demonstr.

31 Huic argumento respondet Soci. in d. l. in testamẽto la 2. nu. 3. ff. de condit. & demonstr. quod procedit in modo, quo adempto videtur ademptum legatum, nõ autem in conditione, qua adempta, legatum ademptum non dicitur: l. si quis seruum. ff. de condit. & demonstr. Mãtica vbi sup. num. 30. sed non placet hæc solutio Menoch. lib. 4. præf. 183 num. 34. quia & conditione adempta ex coniecturata mẽte testatoris, videtur ademptum legatum: vt argum. l. 3. §. cõditio. ff. de adim. legat. dixit Craue. cons. 80. nu. 2.

Aliter respondet Menochi. testatorem postea excommunicatum in excommunicatione morientem, (de hoc enim loquitur) non præsumi reuocasse legatum, imò magis confirmasse, vt magis tegeret peccatum, vt faciunt vsurarij, qui multa relinquunt pijs locis, vt significent se malos non fuisse: sed hæc solutio non tollit obiectum, quod sublato onere videatur ademptum legatum: præterea non potest obtinere in se occidente.

Secundò pro Cumano facit tex. in l. cum tale. §. falsam. el pe. ff. de condit. & demonstrat. vbi testator legauit libertatẽm Pamphilo, si solueret quod Titio debebat, & post testamentum pecuniam soluit, & ita effecit, ne conditio impleri posset, ac respõdet ibi Papinian. defecisse conditionem, & non deberi libertatem. Et stringitur fortius, quia magis videtur ademptum legatum, quã do conditio non potest impleri facto testatoris, quam si non posset impleri casu: patet in d. §. falsam. vbi facto testatoris soluẽtis creditori suo illa conditio deficit in legato libertatis, coniuncta l. cum ita datur libertas 93. ff. de condit. & demonstrat. vbi eadem conditio, si decem Titio dederit, quæ casu impleri non potest, vt quia Titius mortuus fuit, habetur pro impleta in eodem legato libertatis: ergo cum facto testatoris effectum est, ne onus sepeliendi aut orandi impleri posset; vtique defectam conditionẽ dicendum esset.

Huic argumento respõdet Soci. d. nu. 13. distinguendo, quod testator aliquando remouet solum conditionem, & nõ videtur ademptum legatum: l. si quis seruum. ff. de cond. & demonst. aliquando facit, quod conditio nõ possit impleri, & tũc videtur ademisse legatum, d. l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & demonstra. aliquando impeditur conditionis implementum propter factum necessarium testatoris, & tunc nõ videtur ademisse legatum: argu-

mento

mento tex. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. vbi si testator
32 rem legatã necessitate rei familiaris constrictus alienauerit, nõ videtur reuocasse legatum, l. rem legatam. ff. de adim. lega. & hanc solutionem probare vidẽtur Mãtica lib. 11. de coniect. vlti. volũt. tit. 16. nu. 26. Menoch. lib. 4. præsump. 183. nu. 59.

Cæterum non video, vbi isti reperiant istam necessitatem in casu proposito, cum nulla possit cõsiderari ad se occidendum, vel ad decedendum in excommunicatione, vnde ex ea resolutione esset dicendum, se occidentem videri ademisse legatum relictũ pro sepultura, cum voluntariè & non necessitate constrictus se occidẽdo, effecerit, ne cõditio, aut onus posset adimpleri.

33 Contrarium, imò & in eo casu legatum non esse ademptum, sed deberi ecclesiæ, communis est omnium sententia: ita namque voluerunt Dyn. & Bart. per text. ibi in l. miles. §. reã. ff. ad leg. Iul. de adulter. Bald. in fina. verb. in l. vnica, C. de his quæ pęnæ nomine. idem Bal. num. 27. Paul. Castr. nu. 8. Saly c. num. 6. Alex. nu. 11. Iason nu. 9. in l. 1. C. de insti. & substi. Card. in clem. dudum. §. verũ, nu. 11. in fi. de sepult. Pet. de Anchar. nu. 1. Ioan. de Anan. num. 4. Ioan. de Imola nu. 8. in c. cum filius. de testamentis. idem Io. de Imo. nu 3. ad fi. Bart. Soci nu. 13. in l. in testamento la 2. ff. de condit. & demonst. Andr. Barbat. cõsil. 56. col. fin. lib. 1. Catteli. Cotta in memoralib. verbo inimicitiæ, sub finem Bertachin. verbo legatum ecclesiæ, num. 54. Angel. de Gambilion. in tracta. de testam. gl. 8. Petr. Plaza in Epit. delicto. c. 23. nu. 14. Guiliel. Benedict. in c. Raynũtius. verbo mortuo itaque testatore, el 2 nu. 50. & 295. Mantica de coniect vltim. volũt. lib. 11. tit. 16. num. 26. Menoch. de pręs. lib. 4. præs. 183. nu. 46. Spino, in Speculo testam. gl. 2. de elect. sepulturæ. nu. 34. Simon de Pretis lib. 4. de interpret. vltim. volunt. interp. 3. dubit. 1. nume. 11. fol 457. & dicũt communem Socin. Mantica, & Menoch.

Ampliat Capra cõs. vlt. etiam si per testatorem fuisset adiectũ, quod alias legatum non valeret, & videtur sequi Simon de Pretis vbi suprà, Sebastian. Medicis in tractatu de sepultur. par. 1. quæstio. 25.

Pro quibus facit primò, quod cum impedimẽtum iuris ortum fuerit ex facto testatoris, non potest dici, quod culpa ecclesiæ nõ sepeliatur: argumento tex. in d. l. miles. §. ream. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Secundò, quod ista cõditio est mixta, quia implenda est per ecclesiã in cadauere testatoris, atqui conditio mixta quæ impleri non potest, neque stat per legatarium quominus eam impleat, habetur pro impleta: l. in testamento. la 2. l. vter ex fratribus. l. iure ciuili. l. Titius si statuas. ff.

de condit. & demonstr. l. si post diem.§.si qua conditio. ff. quando dies legati cedat.

34 Tertiò, quia quidquid alij velint tamen communis sententia est,quod per inimicitiam superuenientem facto testatoris non videtur reuocatum legatum, vt constat ex adductis per Manticam.lib.12.tit.5.nu.9. Menochi. lib.3.præsumpt.37.nu.22.cum sequen. ideò per inimicitiā superuenientem cum ecclesia facto se interimentis, non debet videri reuocatum legatum factum ecclesiæ.

Quartò, quod id onus,siue ea conditio sepeliendi testatorem in ecclesia, effecta est impossibilis de iure, ideò habetur pro non apposita. l. 1. ff. de condit. instit.

Circa hanc quæstionem nota primò, in praxi nullum futurum dubium, quin hæc posterior sententia debeat obtinere: in puncto iuris, argumenta contraria non videri benè resoluta.

Nota secundò, quod Socin. & Menochi. videntur constituere differentiam, inter dispositionem cōditionalem, & modalem: & ita sentiunt magnam limitationem ad istam communem resolutionē: videlicet,quod quando legatum relictum esset ecclesiæ sub modo, vt sepeliatur in ea testator,(qui casus erit frequentior) non habeat locum hæc cōmunis,& ita se occidente postea testatore vel decedente excommunicato nō debeatur legatum

35 ecclesiæ. Quæ limitatio non videtur admittenda, cum facilius habeatur modus mixtus pro impleto, quia si casu impleri non potest, habetur pro impleto. l. si Titio.ff. de lega. 1. Menochi.lib. 4.præsumpt.184. quam conditio

36 mixta, quæ si casu impleri non potest,habetur pro defecta. l.legatum C.de condit. insert. Menoch. lib. 4. præsumpt. 183. numero 40.

Nota tertiò, facilius defendi communem in testatore defuncto excommunicato, quàm in se occidente, quia cum excommunicatus fuerit à superiore, verè

37 dici potest,quod siuè modus sit, siuè conditio, non potuit adimpleri facto tertij superioris. & ita habetur sine difficultate pro adimpletis: iuxta latè adducta per Manticam. d. lib. 11. titu. 16 Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 183. neque potest dici, quod testator effecit quicquam, propter quod videatur velle ademisse legatū, quia cum delictum commisit, propter quod fuit excommunicatus, nō potuit habere intentionem reuocādi legatum, & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem: l. non omnis. ff. si certum petat. In desperatò autem se occidente, potest coniecturari mens reuocans omnia bona & pia opera; saltem virtualiter, vt qui non vult saluari, nolit ea, quæ iuuant ad saluationem.

38 Fa-

38 Facit pro prædictis, quod dixit Bald. in l. 1. num. 9. C. de insti. & substi. quod si quis fuerit institutus sub conditione, si ecclesiã ædificauerit in domo testatoris, habetur pro impleta conditio, Episcopo nolente dare licentiã: sequitur Mantica d. li. 11. tit. 16. num. 19.

S V M M A R I A
Ex Capite sequenti.

1 *Iure ciuili in se occidentes nulla pœna statuta est.*
2 *Etiam si sint serui.*
3 *Etiam si sint milites.*
4 *Siue tædio vitæ se occidant.*
5 *Siue impatientia doloris.*
6 *Siue iactationis causa.*
7 *Hodie verò qui dicens se esse Deum, se occideret, vt hæreticus, etiã post mortem esset puniendus.*
8 *Etiam si furore amoris se occideret.*
9 *Vel pudore æris alieni.*
10 *Vel mærore aut luctu aliquo.*
11 *Vel ob quaslibet miserias.*
12 *Dormiens se occidens iure ciuili nulla pœna punitur à fortiori.*
13 *Feudatarius se occidens non amittit feudum.*
14 *Neque maioratum.*
15 *Condemnati ad mortem ciuilem vel naturalem, an efficiantur intestabiles, & quando.*
16 *Iidem quando amittant bona.*
17 *Occidens se ipsum conscientia criminis efficitur intestabilis.*
18 *Donatio causa mortis facta vxori, per mortem illatam à iudice confirmatur, aliis facta, reuocatur.*
19 *Cautela pro maritis.*
20 *Donatio causa mortis facta vxori, nõ confirmatur per mortem à se ipso illatam.*
21 *Occidens se ipsum metu pœnæ, efficitur intestabilis, etsi crimen, de quo accusatus est, non habeat pœnam publicationis bonorum.*
22 *Oportet tamen, quod pœna delicti, de quo accusatus erat, tolleret testamenti factionem.*
23 *Se occidens conscientia criminis non dicitur decedere intestatus, sed intestabilis.*
24 *Stante consuetudine, quod bona decedentium ab intestato applicentur Episcopo, non applicantur bona se occidentis.*
25 *Iure Hispanico hodie cessat hæc pœna.*
26 *Bona se occidentium conscientia criminis publicantur, si illud crimen erat tale, propter quod esset imponenda pœna publicationis bonorum.*
27 *An requiratur etiam, quod esset imponenda pœna mortis.*
28 *Occidens se conscientia criminis videtur illud confiteri.*
29 *Et non punitur pro delicto se occidendi, sed pro priori delicto cõfessato.*
30 *Confessio ficta regulariter non transit contra hæredes.*
31 *Limitatur in confessione ficta, quæ resultat ex morte sibi illata.*
32 *Se occidens habetur pro condemnato.*

bus fertur sententia.

66 *In criminibus læsæ maiestatis, & similibus etiam post mortem reus potest condemnari.*

67 *Si non accusatus se occidit, fiscus potest probare se occidisse metu pœnæ.*

68 *Et quomodo id probabit.*

69 *Cadauera accusatorum decedentium naturaliter non sunt suspendenda.*

70 *Nisi iam cõdemnati essent de grauissimis, & atrocissimis delictis.*

71 *Tædio vitæ, aut doloris impatientia se occidentium cadauera non suspenduntur.*

72 *Occidentis se ipsum metu pœnæ cadauer an sit suspendendum?*

73 *Cadauer clerici se occidentis non degradatur.*

74 *An sine causa se occidentes de iure communi aliqua pœna puniantur.*

75 *In dubio præsumitur quis se occidisse tædio vitæ.*

CAP. XXIII.

De pœnis iuris Ciuilis aduersus occidentes se ipsos.

1 IVre ciuili regula constituenda est, in se occidentes nullam pœnam esse statutã, ideoque eos neque bona amittere, neque eorum testamenta irritari: tex. in l. factum 12. C. de accus. l. in fraudem 45. §. eius bona. ff. de iure fisci. l. si qs filio 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. l. 2. C. qui testamen. facer. poss. l. 3. §. si quis autẽ tædio. ff. de bonis eorum qui ante sent. mor. sibi consciu. l. 1. C. eod. tit. l. 1. §. si quis non metu. ff. ad S.C. Syllani. l. omne delictum 6. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. l. si quis aliquod 38. §. fi. ff. de pœnis. l. liberorum 11. §. nõ solet. ff. de his qui not. infam. l. id quod 9. §. fi. ff. de pecul. legat. l. peculiũ 10. §. si ipse. ff. de pecul. l. in lege Cornel. 7. ff. ad leg. Corn. de fica. tex. in l. 24. tit. 1. part. 7. tex. in l. 1. & l. 2. tit. 27. part. 7. verba d. l. 2. hæc sunt. *E los otros desesparados que se matan ellos mismos, por algunas de las raçones que digimos en la ley ante desta, non deuen auer pena ninguna.*

2 Ampliatur primò, vt procedat etiam in seruo: tex. in l. peculiũ 10. §. si ipse. ff. de peculio. l. bouẽ, §. mortis. ff. de ædilit. edicto.

3 Ampliatur secundò, vt procedat etiam in milite, quia licet in militibus se vulnerãtibus sit speciale, quod puniantur: l. si quis aliquod. §. fin. ff. de pœnis. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. tamen circa testamentum, & bona militis se occidentis idem seruatur, quod in paganis. l. si quis filio 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto.

4 Ampliatur tertiò, vt procedat in eo, qui tædio vitæ se interfecit. l. 1. §. si quis non metu. ff. ad Syllani. l. 3. §. si quis autem. & §. sic autem. ff. de bonis eorum qui ante senten. mortem sibi consciuer. l. 1. C. eod. titu. d. § eius qui deportatur. & d. §. qui se vulnerauit. notant Bald. num. 1. Alber.

nu.1.Deci.nu.3.in l. 2. C. qui testam.fac.poss.Igne. num.78.in d. §.si quis non metu. Paris. consil. 155.num.3.lib.4. Deci.cons.438. num.1.Benedict.in cap. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore.el 1.nume.76. Couar. lib.2. variar.cap.1.nu.11. Menochi.casu 284.nu.16.Iul.Clar.§.fi. q.68. num.38.

5 Ampliatur quartò, vt procedat etiam in eo, qui impatientia doloris, vel valetudinis aduersæ se occidit:d.§.eius qui deportatur. d. §.si quis non metu. d. §. si quis autem. & d. §. sic autem. d. §. qui se vulnerauit. & d. l. si quis aliquod. §. fi. ff. de pœnis, l. 2. C. qui testamen. facer. poss.l.1. C. de bonis eorum qui mort.sibi consciu. Bald.Alberic. Dec.Menoch. vbi suprà, l.24. tit. 1. part. 7. l. 1. & 2. titu. 27. ead. par. 7.

6 Ampliatur quintò,etiam in eo, qui iactationis causa se occideret: cuiusmodi fuit Empedocles Philosophus, vt pro deo coleretur,vt ait Horatius. *Deus immortalis haberi,dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam insiluit.* Refert Lactantius lib.3. de falsa sapient.c. 18.Alti. lib.4. parerg.iuris.cap.4.& alij passim.nã & huic nulla est de iure ciuili imposita pęna,l.si quis filio.§.eius qui deportatur,ff.de iniusto rupto.Baldus,Alberic.Deci.& alij,vbi sup. tametsi refragari videatur Menoch.cas.284. nu.19.

7 Declaratur tamen hæc ampliatio,vt non procedat hodie apud nos Christianos, nã qui se occideret,vt Deus haberetur,quia diceret se esse Deum,vel qui diceret sua virtute resurrecturum,esset hæreticus, Auth. Gazaros.C. de hære.& vt talis,etiã post mortem damnaretur:in terminis Roland.cons.20.nu.5.lib.3. nam certum est, hæreticos post mortem damnari:tex.in cap. à nobis. de hæret. capit. sanè profertur. 24. quæst. 2.

8 Ampliat sextò,vt procedat in eo,qui furore amoris, vel multò magis si insania correptus se occidit: text.in l.2.C. qui test. fac. poss. tex. in l. omne delictum, §. qui se vulnerauit.ff.de re milit.l. 1.C.de bonis eorum qui mor. sibi consciuer.l.24. titu.1.l.1. & 2. tit.27.part.7. omnes vbi suprà.

9 Ampliatur septimò,in eo, qui pudore æris alieni se occideret: l.in fraudẽ 45. §.eius bona, ff.de iure fisci.d.§.qui se vulnerauit.l. 1.& 2.tit.27.part.7. Glos. & DD. in d. l. 2. C. qui testamen. facer. poss.

10 Ampliatur octauò in eo, qui mœrore, siue luctu se occideret: l.si quis aliquod 38.§.fi. ff. de pœnis.l.24.tit.1. parti.7. omnes vbi suprà.

11 Ampliatur nonò,in eo, qui ob quaslibet miserias huius vitæ fugiendas se occideret : vt est de mente omnium iurium & Doctorum citatorum. Benedictus in capit. Raynuntius verbo mortuo itaque testatore.el 1.nu.72.

12 Am-

12 Ampliatur decimò, in eo, qui dormiens se occidit, quod nullum habet dubium, quandoquidem neque iure canonico punitur: vt diximus cap. præced. & notat Benedictus vbi proximè.

13 Ampliatur vndecimò, vt propterea feudatarius se occidens non amittat feudum, quia antequam moreretur, non inducitur damnatio, post morte feudũ fecit transitum ad successorem: Bald. nu.4. in cap. 1. an ille qui interfecit fratrem domini sui. Iacobin. de Sancto Georgio in tracta. de feudis. verbo, Et dicti vasalli promiserunt non committere felloniam. nu. 19. Palat. Rubi. in Rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §.80. num. 2. Gregor. Lopez gl. 10. in l. fi. tit. 24. part. 7. Petrus Plaza in Epito. delictor. cap. 23. nu. 11. paulò ante finem Franc. Niconit. in repetit. Rub. de testamentis. numero 310. Peregrin. lib. 4. de iure fisci. titulo 4. numero 12.

14 Ampliatur duodecimò, vt pariter se interficiens non amittat maioratum: Mieres 2. parte de maioratu. quæst. 4. illat. 1. nu. 23. Gratianus regula 55. num. 2.

Limitatur nunc dicta regula, in eo qui conscientia criminis commissi, metuens pœnam ne quid grauius pateretur, se occidit: istum enim puniunt iura ciuilia amissione bonorum, & testamenti factione.

15 Et pro declaratione istius limitationis prænotandum est primò, quod de iure digestorum: condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilẽ efficiebatur seruus pœnę, & intestabilis: ideò neque vlterius poterat testari, & testamentũ prius factum reddebatur irritum: l. eius qui §. 1. ff. de testam. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupto. l. qui vltimo. l. quidam sunt serui. l. quod ad statũ. ff. de pęnis De iure verò Authenticorum, ingenui condemnati ad mortem ciuilem non fiebant serui pęnę, neque intestabiles: in condemnatis ad mortem naturalem, manebat prior dispositio digestorum, text. in Authent. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. & in corpore vnde sumitur & concord. l. 15. tit. 1. parti. 6. Cæterum, hoc intelligitur, post condemnationem, quia si ante sententiam moreretur, imò & si post sententiam appellatione suspensam, testamentum eius non reddebatur irritũ. l. si quis post accusationem. ff. de testam. l. post contractum. ff. de donatio. dicta l. 15. titulo 1. parti. 6. Denuò iure Hispano, fuit ius digestorum generaliter correctum: per l. 4. Tauri hodie l. 3. titulo 4. libro quinto. Recopilat. per quam disponitur, condemnatos ad mortem naturalem, vel ciuilem posse testari.

16 Prænotandum est secundò, quod de iure digestorum, bona omnium condemnatorum ad mortem naturalem, vel ciuilem confiscabantur: l. 1. ff. de bonis dam-

damnatorum.l.in metallum.l.de portati.C.eodem titulo. de iure verò Authenticorum, hoc fuit correctum, quando exiſterent aſcendentes, vel deſcendentes, vel collaterales vſque ad tertiũ gradum: quibus dicta bona relinquuntur, Authent. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. l.5.tit.31. partſ. 7. & hoc pariter procedit in eo, qui deceſſit iam condemnatus, quia ſi ante condemnationem decederet, bona nõ confiſcarentur:l. in fraudem. §. bona eorum. ff. de iure fiſci. l. defunctis. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer.

17 His ſuppoſitis, ſe occidentibus conſcientia criminis prior pæna imponitur de iure ciuili, quod fiunt inteſtabiles, & prius facta teſtamenta irritantur: l. 2. C.qui teſtam.facer.poſſ.l. ſi quis filio 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniuſto rupto.l.1. §.ſi quis nõ metu.ff.ad Syllania. l. parricidij. ff.ad leg.Pompe.de parricid.notant vbique Doctores,& concordant etiam iura in ſequenti pœna citanda.

18 Ampliatur primò, quod licet aliàs donatio facta vxori p maritum,qui poſtea fuit de delicto capitali accuſatus, & condemnatus,non reuocetur, quinimò, quemadmodum ſolet morte cõfirmari.l.donationes quas parentes.C.de donat. int. vir. & vxor. ita illa morte habeatur pro confirmata. l.res vxoris. 24. C. eod. titulo. tametſi ſit donatio cauſa mortis. l. ſed ſi mors. 14. ff.eod. titu. quod eſt ſpeciale in donatione facta vxori, quia aliæ donationes cauſa mortis extraneis factæ, reuocantur. l. ſi aliquis.7.
19 ff.de donatio. cauſa mortis.Vnde datur cautela, faciendi eiuſmodi donationem cauſa mortis vxori, quia commiſſo poſtea delicto, & reo punito non venient donata in confiſcatione, & ſi ſuperuiuit, quia deportatur, poteſt reuocare, & ſibi acquirit: Bald. num.35. in l. executorem. C. de executione rei iud. Peregrin.de iure fiſci.lib.5. tit. 1. nu, 148. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ.124. num. 71. Farinac.q. 25.nu.131. Tamen, ſi quis mortem ſibi conſciſcit conſcientia criminis, eiuſmodi donatio,quę morte naturali illata ex condẽnatione vera confirmaretur,non cõfirmatur:quinimò irritatur ex
20 iſta condemnatione ficta, text. ſingul.in l.cum hic ſtatus 33. §.ſi maritus vxori. ff.de donatio. inter vir.& vxor. vbi Vlpia. ſcribit in hæc verba. *Si maritus vxori donauerit, & mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, vel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit: reuocabitur donatio, quamuis ea quæ aliis donauerit valeant, ſi non mortis cauſa donauerit.* Notant,rationemq; eſſe tradunt, propter immanitatem criminis: Bartol. nu.10. Paul.de Montepico.num. 64.cum ſeq. Ioan. Annibal.num. 190.cum ſeq.Alti.nu.15.in l.poſt contractum.ff.de donatio. idem

Alciat.

Alciat.lib.6.parerg. iuris. ca.27. Palat.Rubi.in Rubr. de donat. inter vir.& vxor.§.70.nu.2. Tiber. Decian.lib.9.tracta.criminal. ca. 4.num.12.Peregrin.vbi suprà.Farinac.q.25.num.135.

Ampliabat secundò istam pœnam Igneus, quodcunq; fuisset delictum per prius commissum, cuius conscientia,& pœnę metu quis se interfecit, quia prędicta iura inter crimina non distinguunt, sed sufficit metu criminis, non distincto aliter crimine mortem sibi consciuisse: ita Ign. nu.15.in l.1.§.si sibi manus.ff.ad Syllan.

21 Sed Igneus declaratione indiget,quia si intelligit de distinctione,quæ fit in sequenti pœna, an delictũ sit tale, propter quod bona erant confiscanda, necnè; planè verum dicit:quia hoc non attenditur,vt patet in dictis iuribus, & tradunt Fulgos. nu.3. ad fi.Corn. nu.5. & 10. Paul. de Castro.nu.8.Alex.nu.10. Ias.nu.11. in l 2. C.qui testam. fac. poss. Et est ratio,quia hæc priuatio testamenti factionis non causatur à publicatione bonorum,sed à seruitute pœnæ: prout argumento text. in l. eius qui apud hostes. §.1.ff.de testam. tradũt ibi Glos. & omnes.Ign.in eod.§.si sibi manus. numero 83. latè nostrates in l.4.Tauri.

22 Sed si intelligit,etiam si ex eo crimine non veniat imponenda pœna mortis, notandus est,quia nihilominus requiritur, quod delictum sit tale, per quod esset imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, quæ tollit testamenti factionem:Cyn.nu. 7. Ias. nu.2.& proximè citati in d. l. 2. C.qui testam.fac.pos. Tiber.Decia.lib.9.tract.crimi.c.4.nu. 1. & est de mente omnium iurium in hac materia loquentium, præcipuè l. 3.ff. de bon.eorum qui ante senten. mort. sibi consciu. Et facit,quod ratio huiusmodi pœnæ est,quia videtur confessus, & condemnatus de delicto,de quo accusabatur, vt infrà dicemus, ideò,si non erat tale,quod tolleret testamenti factionem, quando verè fuisset condemnatus,nõ debet tollere quando fictè:& ita est tex.in l.24.tit.1.parti. 7.

23 Declara, quia iste taliter se occidens conscientia criminis, nõ dicitur decessisse intestatus, sed intestabilis. Cyn.nu.7. Bald. nu. 4.Alber.nu.3.Paul.nu.4.& 7.Fulgos.nu.3.Alex.nu.10.Ias. & Deci. vterq; nu.2.in l.2. C. qui testam. facer.poss.Benedict.in c.Raynutius. verbo mortuo itaque testatore.el 1.nu.45. Petrus Plaza in Epito.delictor.c.23, num.16. Rolan.cons.20.nu.fi.lib.3. Iul. Clar. §.fi.q.68.nu.38. Gratian. reg.55. num.5.Peregrin.de iure fisci.lib. 4.tit.4.num.8.

24 Et ex hoc inferunt Cynus, & Alber.vbi supra,quod stante cõsuetudine,quod bona ab intestato decedentium applicentur episcopo,non applicabuntur ei,bona se occidentis,quia non decedit

dit inteſtatus, ſed inteſtabilis: plura Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus. à nu. 78. ff. ad Syllan. vbi tamen num. 118. videtur variare.

25 Sed cum hodie, vt ſuprà dictũ eſt, per l. 4. Tauri cõceſſum ſit cõdemnatis ad mortem teſtari, ceſſabit iſta pœna, etiam in eis, qui conſcientia criminis ſe occiderunt, & eorum teſtamenta non irritabuntur: ita notat Grego. Lopez. gl. 7. in l. 24. tit. 1. parti. 7.

26 Altera pœna ſe occidentium conſcientia criminis eſt publicatio bonorum, quia bona eorum confiſcantur: tex. in l. 2. C. vbi cauſæ fiſcal. l. parricidij. ff. ad leg. Põpe. de parricid. l. 3. ff. de bonis eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciu. l. 1. & 2. C. eod. tit. l. defunctis. C. ſi reus vel accuſat. mort. fuer. text. in l. 24. tit. 1. partita 7.

Declaratur hæc pœna, vt tunc demum bona publicentur, ſi crimen illud, propter metum pœnæ cuius mortem ſibi conſciuit, erat tale, propter quod veniebat imponenda pęna publicationis bonorum, aliàs non: tex. in l. in fraudem. §. eius bona. ff. de iure fiſci. l. 3. §. idem reſcripſit. ff. de bonis eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciu. vbi Martian. ſic ait. *Ergo, ita demum dicendum eſt, bona eius qui manus ſibi intulit, ſiſco vindicari, ſi eo crimine innexus fuerit, vt ſi conuinceretur, bon. s careret*: notant ibi omnes, & in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. Bart. & alij in l. fi. C. de iure fiſci. lib. 10. Bertran. conſ. 134. nu. 2. lib. 3. Deci. conſ. 438. nu. 1. Corn. conſ. 195. nu. 4. & 11. lib. 2. Didac. Peréz. in l. 19. tit. fi. lib. 8. ordin. Menochi. de arbitra. iudic. caſu 284. nu. 14. Petr. Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 10. Peregri. de iure fiſci. lib. 4. tit. 4. nu. 3. & concordat l. 24. tit. 1. part. 7.

27 Cæterum, iſta lex Partitæ duo videtur copulatiuè requirere, ibi, *Si el yerro era tal, que ſi le fueſe probado, deue morir por ende, e perder ſus bienes.* vbi Greg. Lopez. gl. 3. verbo *ſus bienes*, notat duo requiri, vt bona occidentis ſe ipsũ metu pœnę confiſcentur, quod crimen ſit capitale, & quod ex eo bona perdantur: idem tradit Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 11.

Pro quibus expēdi poteſt tex. in l. 3. ff. de bonis eorum qui ante ſent. mortem ſibi conſciuer. vbi in §. Papinianus. ſcribuntur hæc verba: *Vt autem Diuus Pius reſcripſit, ita demum bona eius, qui in reatu mortem ſibi conſciuit, fiſco vindicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuit, vt ſi damnaretur, morte vel deportatione afficiendus eſſet.* Et in §. idem reſcripſit. ſequenti ſubdit. *Ergo ita demum dicendum eſt, bona eius, qui manus ſibi intulit, fiſco vindicari, ſi eo crimine innexus fuerit, vt ſi conuincatur, bonis careret.* Ex quibus videtur vtrũque requiri.

Nihilominus credo cõtrarium eſſe verius, quia vis conſiſtit in eo, quod ſe occidens habetur pro condemnato de illo crimine: de quo erat accuſatus, vt in ſequentibus dicemus, ideò ſi in illo crimine veniebat imponenda

da pœna confiscationis bonorũ, etiam citra mortem, ea videbitur incursa, sed quia raro, aut nunquam sine morte naturali, aut ciuili ea pœna imponitur, ideò de morte leges faciunt mẽtionem.

28 Et ratio fundamentalis, ob quam iste pœnę imponuntur, est, quod se occidens conscientia criminis, videtur illud crimen cõfiteri: tex. in l. 3. §. Papinianus. ff. de bonis eorum qui ante sent. mortẽ sibi consciu. ibi, *Non enim fati celeritatem esse obnoxiam, sed conscientia metum in reo, velut confesso teneri placuit.* Et videtur etiã se ipsum condemnare: d. l. 3. §. sic autem. ibi, *quasi de se sententiam tulisset*: text. in l. si quis filio 6. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. ibi, *qui mori magis, quàm damnari maluerunt*. Et quia cum dolo malo se occidentis factum fit, quo minus sequatur condemnatio, haberi debet pro condemnato: argumento l. quoniam. ff. de his qui not. infamia. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonst. l. parem. ff. de regu. iur. ita tradunt Bald. num. 9. in l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. Faber nu. 2. in l. 1. C. de bonis eorum qui ante sent. mort. sibi consciu. Fulgos. nu. 4. Alex. & Iason vterque nu. 2. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. Corn. cons. 195. nu. 11. lib. 2. Roland. cons. 20. nu. 11. lib. 3. Igneus in l. 1. §. si sibi manus. nu. 113. ff. ad Syllani. Plaza in Epito. delicto. cap. 23. num. 8. Peregrin. de iure fisci. lib. 4. tit. 4. in fine. Decia. lib. 9. tract. crimi. ca. 3. num. 6. & 8. Simancas in Catholic. Institut. tit. 18. nu. 31. Franc. Niconitius in repetit. Rub. de testamentis. nu. 309.

29 Ex quo infertur, quod huiusmodi pœnæ non imponuntur, pro delicto & facinore se occidẽdi, sed pro illo priori delicto, cuius conscientia se occidit: tex. in d. l. 3. §. Papinianus. ff. de bon. eor. qui ante sent. mortem sibi consciu. ibi, *Non enim fati celeritatem obnoxiam esse*. Ex quo ita notant Bald. nu. 9. in l. fi. C. de iure fisci. lib. 10. Salyce. nu. 3. vers. quæro modo in l. 1. C. de bonis eor. qui mort. sibi consciu. Cyn. nu. 4. ad fin. Alberic. nu. 2. ad fi. in l. 2. C. qui testam. facer. poss. Corne. vbi supra. Roland. d. cons. 20. num. 13. lib. 3. Peregri. de iure fisci. lib. 4. tit. 4. nu. 8. Decian. lib. 9. c. 3. nu. 6. & 15. & c. 4. nu. 3.

Propter hanc rationem decidendi, & illationem ex ea deductam, oriuntur aliquot dubia.

30 Primum dubium est, quomodo in hoc casu, ex ista ficta confessione, post mortem publicantur bona, & irritatur testamentum, cum regula sit quod confessio ficta non egreditur personam confitentis, neque transit contra hæredes: l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & ibi notat Bartol. & cæteri Sebastian. Medicis qui plura citat in tracta. mors omnia soluit par. 2. nu. 70. Farinac. q. 24. nu. 176.

31 Huic dubio respõdetur, quod pro-

procedit in confessione ficta inter viuos, non in confessione ficta, quæ nascitur ex morte, quia ista non tollitur eadem morte, per dicta iura: ita notant Bald. num. 11. in d.l.fi.C. de iure fisci, lib. 11. idem Bald. nu. 2. Fulgos. numero quarto. qui allegat tex. in l. Titio non mouetur. ff. de vsucapion. Paul. Castrens. nu. 3. qui adducit rationem quod ista confessio trahit secum executionem. Corn. num. 2. Roman. nu. 3. qui allegat text. in l. Imperatores quæ est 2. ff. de bonis eorum qui ante sent. mortem sibi conscíu. vbi in simili est tex. quod tacita confessio, procedens ex corruptione accusatoris, transit contra hæredes: & denique Alexan. nu. 3. in d.l. 2. C. qui testam. facer. poss. Sebastia. Medicis vbi supra nu. 71. vers. quinto fallit. Anto. Gome. tomo. 3. variar. resolut. c. 3. nu. 3. ad fin. & est vrgens ratio quia cũ ex tali morte, non solum habeatur pro cõfesso, sed etiam pro condemnato, vti dictum est, patet condemnationem transire ad hæredes: vt post alios ait Farinac. q. 10. nu. 58.

Secundum dubium est, quomodo ista tacita confessio sine sententia operatur istas pœnas, cum expresse confessus in iudicio, non habeatur pro condemnato, sed requiratur sententia: l. si confessus. ff. de custod. reorum & ibidem Bartolus.

32 Rñdetur, quod hoc non procedit in tacita confessione resultante ex morte, quę trahit secum executionem, & habetur pro cõdemnatione. dicta l. tertia. §. sic autem. ff. de bon. eorum qui ante sentent. mort. sibi conscíu. ibi, *quasi de se sententiam tulisset.* l. 2. C. vbi causæ fiscales. vbi pro condemnato habetur, cum vlterius non quæratur de delicto. l. 2. C. qui testamenta facer. poss. cum simil. de quibus supra, vbi irritatur testamentum, sicut si condemnatus esset, & ibi notant Fulgos. nu. 4 Castrens. nu. 3. Corne. nu. 13. Alexand. & Ias. vterq; num. 2. & inferius iterum expendendum est.

33 Tertium dubium est, qui fieri potest, vt puniatur iste se occidẽs pro priori illo delicto, cuius conscientia se occidit, & non pro crimine se occidendi, siquidem, omne delictum morte extinguitur, neque post eam potest de eo quæri: l. defuncto. ff. de publi. iudic. l. 1. cum sequen. C. si reus vel accusat. mort. fuer. tradunt Doctores passim Dueñas reg. 13. Farinac. q. 10. à nu. 36. Sebasti. Medicis in tracta. mors omnia soluit. par. 2. num. 86. etiam si moriat reus, postea quã fuit accusatus, quia vt dictum est, testamentum eius non irritatur. l. si quis post accusationem. ff. de testam. neque bona eius publicantur. l. defunctis. C. si reus vel accusat. mort. fuer. l. in fraudem. §. bona eorum. ff. de iure fisci.

34 Respondetur, quod hoc operatur occisio sui ipsius, quia inducit

ductis confessionem, & condemnationem, ideò transit contra hæredes, ita Bald. nu. 11. in l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. Cyn. num. 3. Fulgos. nu. 4. Paul. Castr. num. 3. Alberic. num. 2 Corn. nu. 18. Ias. num. 2. in l. 2. C. qui testam. facer. poss. Corn. cons. 195. num. 8. lib. 2. Paris. cons. 155. num. 7. lib. 4.

Et comprobatur ex eo, quod in reo confesso crimen non extinguitur morte, sed transit pœna ad hæredes. Bald. nu. 9. in l. vnica. C. ex delicto defuncto. Farinac. qui plures citat quæst. 10. num. 56.

Quartum dubium est, an hodie dictæ pœnæ cessent, stante dispositione text. in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscripto. per quam tollitur confiscatio, & duo casus considerandi sunt, prout duas pœnas supra enumerauimus.

Primus casus est, cum quæritur, an sublata & correcta sit pœna inhabilitatis testandi, & in hoc Cyn. & Alberic. vterque in final. verbis in l. 2. C. qui testam. facer. poss. videntur velle, quod hæc pœna sit correcta.

36 Sed cōtrarium, quod imò hæc pœna nō sit correcta, sed adhuc se occidens conscientia criminis sit intestabilis, quia publicatio bonorum nō erat causa, quæ olim irritabat testamentum, sed quia per condemnationem efficiebatur reus seruus pœnæ, & sic intestabilis, ideò correcta publicatione bonorum, non debet videri correcta intestabilitate, quę aliundè pendet: tenent Gl. in l. eius qui apud hostes. §. 1. ff. de testam. Fulgos. nu. 3. Paul. Castrens. num. 8. Corn. num. 5. & 10. Alex. num. 10. Ias. nu. 11. in d. l. 2. C. qui testam. fac. poss. Goffred. nu. 36. in l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. Ign. in l. 1. §. si sibi manus. nu. 82. ff. ad Syllani. Guiliel. Benedict. in ca. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore. el 1. nu. 48. Tiber. Decia. lib. 9. tract. crimin. cap. 4. num. 4.

37 Secundus casus est, cum quæritur, an sublata sit pęna publicationis bonorum, & in hoc casu, sublatam non esse, sed adhuc nō obstante Auth. bona damnatorum, bona se occidentium conscientia criminis, per quod veniebat imponenda pęna mortis, & per consequens de iure antiquo publicatio bonorum, esse confiscanda, tametsi iam hodie, pro illo delicto lata sententia, non confiscarentur, propter dispositionem d. Auth. bona damnatorum, tenuit Iacob. de Rauenna in d. l. 2. eo argumēto ductus, quia d. Auth. bona damnatorum solum voluit tollere confiscationem, quando ea veniebat imponenda pro vnico delicto, nō autem in hoc casu, in quo vltra delictum prius, adest secūdum hoc se occidendi, quod illud aggrauat: argumento l. nemo. C. de episcopali audien. & l. relegati. ff. de pœnis. & pro hac sententia

Ia-

Iacobi de Rauenna. Ign. in d.§. si sibi manus num. 111. ponderat tex. in l. defunctis.C. si reus vel accusat. mort. fuer. ibi, *Pendente accusatione, præterquam si mortẽ sibi consciuerit, bona successoribus non denegari.* Vbi videtur ponderari conscita mors, velut causa huius publicationis, & eodem modo posset ponderari text. in l.si quis filio.§. eius qui deportatur.ff. de iniusto rupto. ibi, *Proinde si ante decesserit, vtique testamẽtum eius valebit, nisi mortem sibi consciuerit*: text. in l.2. C. de bonis eorum qui mort. sibi consci. ibi, *Eorum qui in reatu diem suum defuncti sunt, si non perduellionis causam sustinuerunt, nec ob metum criminis mortem sibi consciuerũt, bona ad successores transmittuntur.*

Sed nihilominus contrarium, imò hanc pęnam correctam esse, tenent Glos.in d.l.eius qui apud hostes. §.1.ff. de testam. gl. vni. in fi. Bartol. nume.2. Platea nume.4.in l.fi.C.de iure fisci. li.10. Ioan.Faber nu.4 Salyce.nu.3. in l.1.C. de bonis eorum qui mort. sibi consciu.Goffred.in d.§.eius qui deportatur. nu. 36. Petr. de Bellapert. & Cyn. num. 4. Bald. nu.5.Alberic.num.2. Roman.nu. 4.Corn.nu.20. Alex.num.10.Ias. num.11. in l.2. C.qui testam.fac. poss.Igneus in d.§.si sibi manus. num.115. Decian. d. lib.1. tract. crimin. capit.4. num.3. Gratian. reg.55.num.1.

Quorum fundamentum est, quod intentio legum est, ita demum inducere confiscationẽ bonorum, in eo qui metu criminis se occidit, si induceretur, quando peruentum fuisset ad sententiam.l.3.§. idem rescripsit. ff.de bon. eor. qui ante sent. mortem sibi consciu.sed in hoc casu,non posset per veram sententiam is condemnari ad confiscationem bonorum, stante decis.d.Authẽticæ bona dãnatorum. ergo neque per fictam condemnationẽ, resultantem ex eo,quod se occidit:ne plus operetur fictio in casu ficto, quàm veritas in casu vero.l.qui ad certum. ff.locat.

Non obstat fundamentum Iacobi de Rauenna, quia respondent oẽs prędicti,quod ad hanc bonorum publicationem,nõ habetur consideratio delicti se occidendi, sed alterius tantùm delicti,de quo accusatus erat, vt in d.l.3. §.idem rescripsit. & suprà dictum est:ideò qualitas illa impertinẽs ad rem, de qua agimus, non attenditur: iuxta Gl.& DD. in cap. à collatione. de appellatio.lib.6.

Nõ obstant illa iura suprà põderata pro Iacobo de Rauenna, quia considerãt conscitam mortem, non tanquam causam confiscationis, sed tanquam inducentem confessionem, & condẽnationẽ de priori delicto, quod tempore eorum iurium inducebat confiscationẽ, sed hodie nõ datur confiscatio, ergo neq; accedente ficta confessione, & condẽnatione ex occisione sui ipsi*

Opi-

38 Opinionē verò Iacobi de Rauenna approbari per legem Partitæ 24. tit. 1. part. 7. dicit ibidem Gregor. gl. 7. & eo tacito Petrus Plaza in Epito. delict. cap. 23. nu. 9. ponderantq; eam ibi, *Estonce deuen tomar todo lo suyo para el Rey*. Quę etiā post Authen. bona dānatorum, dicit bona se occidentis confiscanda, adduntq;, quod l. 5. tit. 31. part. 7. vbi recitatur dispositio dictæ Authen. bona dānatorum. subdit hæc verba, *Fueras ande alque fuese juzgado por traydor, o en otros casos señalados, que son escritos en las leyes deste nuestro libro, en que señaladamente los deuen tomar:* & signanter dicitur in d. l. 24. tit. 1. part. 7. Adiungunt etiam, quod l. 9. tit. 13. & l. fin. tit. fin. lib. 8. ordin. hodie l. 8. tit. 23. libro 8. Recopilat. expresè dispo nunt, bona se occidentium esse confiscanda, & licet ab aliquibus intelligantur in se occidente metu, & conscientia criminis, tamē saltem in hoc se occidente conscientia criminis, debent operari, vt bona confiscentur secundum iura antiqua, etiam si illud crimen sit tale, quod ex eo hodie non veniat imponenda publicatio bonorum.

39 Ipse nihilominus contrarium credo verius, imò septimpartito iure non esse recessum à dispositione iuris ciuilis, & resolutionis communis, à quibus, nisi expresè dicant, nunquam illæ leges recedunt: vt notant idē Gregor. Lopez gl. 3. in l. 9. tit. 13. par. 6. Burgos. de Paz. in l. 1. Tauri. à num. 571. Couarru. 2. par. de sponsal. cap. 7. §. 7. num. 4. & alij passim.

Neque obstant verba d. l. 24. titu. 1. partita 7. supra ponderata, qā subsequūtur post illa: *Si el yerro era tal, que si le fuese probado, deue morir por ende, e perder sus bienes*: Disponit ergo expresè, non esse cōfiscāda bona se occidētis, nisi crimen, cuius metu se occidit, sit tale, quod præseferat publicationem bonorum: cuiusmodi iam ex dispositione d. Authen. bona damnatorum. & l. 5. tit. 31. part. 7. non est quodlibet delictum morte dignum, ideò volens ex ea lege inducere publicationem bonorum se occidentis, necesse habebit probare, ex illo delicto, cuius metu se occidit, bona publicari, & reincidet in idem, quod vult dicta communis resolutio, esse correcta iura antiqua iura inducentia publicationem bonorum, etiam in se occidente, quod verius loquendo diceremus, in se occidente manere eandem dispositionem, quę tantùm habet, tum demum bona eius publicari, si se occidit metu criminis inducentis publicationem bonorum; ideò iure antiquo, secūdum quod omnia crimina morte digna inducebant publicationem bonorum, confiscabantur: iure nouo, secundum quod iam illam non inducunt, cessat confiscatio.

40 Non obstat l. 5. tit. 31. parti. 7.

quæ recitata dispositione d. Authent. bona damnatorum. subijcit exceptionem, præterquam in casibus, in illis legibus expressis, quia respexit cōmunem opinionem, quæ habet, Auth. bona damnatorum. solum correxisse iura antiqua inducentia confiscationem bonorum in consequētiam pœnæ mortis, vel deportationis non quādo specialiter, & expressè ab aliqua lege imponeretur: vt uoluit Barto. post num. 3. in l. 1. ff. de bon. damnat. & post alios dicūt communem Farinac. q. 25. num. 8. Molina lib. 2. de Hisp. primogen. c. 10. num. 69. qui dum dicit ita quotidiè practicari, obstat alijs relatis per Farinac. vbi sup. num. 10. dicentibus contrarium de cōsuetudine obseruari: hæc autem dispositio incidit in idem, quia cum d. l. 24. tit. 1 par. 7. non imponat se occidentibus pœnam publicationis bonorum, nisi se occidant metu criminis illam præseferentis, necessario perueniendum est ad ostendendum illud delictum, si sententia ferretur, fuisse publicatione bonorum puniendum.

Ad l. 9. tit. 13. l. fin. tit. fin. lib. 8. ordin. hodie l. 8. tit. 23. li. 8. Recopil. (de quarum intellectu in c. seq. latius agemus) respondeo, quod aut generaliter loquuntur in se occidente, etiam non conscientia criminis, aut si restringūtur ad dispositionem iuris communis, vt non afficiant nisi se occidentes conscientia criminis, vti quidam ex nostratibus volūt debent intelligi secūdum declarationes eiusdem iuris communis,

41 quia lex noua vel statutum disponens idem quod ius commune, recipit omnes declarationes iuris communis. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi Bartol. & alij. ff. ad legem Falcid. l. 2. C. de noxalibus. Aymon. Crauetta consil. 923. nu. 8. Menochius consilio 100. num. 123. & alij passim.

Istā pœnam publicationis bonorum ita declaratam, ampliat Igneus in l. 1 §. si sibi manus. nu. 134 & 136. ff. ad Syllanian. in se

42 occidentibus metu criminis, cui per nouas leges, statuta, siuè consuetudinem imponeretur publicatio bonorum. Quod vtique verum censeo, cum possit noua constitutione, statuto, vel consuetudine bonorum confiscatio deli-

43 ctis imponi: vt plenè per adductos à Farinacio quæst. 10. nume. 10. & 18. Thesauro decis. 198. pedem. & cum lex. semper loquatur, l. Arrianus. C. de hæret. post eam legem latam, verificabuntur verba l. 3. §. idem respondit. ff. de bonis eorum qui ante sententiā mortem sibi consciuerunt.

Quod autem Igneus inuoluit ex Baldo, Angelo, Salyc. & Alexan. num. 8. in dicta l. 2. C. qui testamen. facer. poss. dicentibus, statuta esse leges priuatorum iudiciorum, ideò imposita morte à statuto non venire publicationem bonorum, etiam attento iure digestorum, ideò etiam vltra

ter-

tertium gradum collateralium, ad quos restringitur dispositio Authen.bona damnatorum. succedere agnatos: non attinet ad materiam nostram, ideò non immoramur.

Interim admonentes, agere censura, quod subdit Igneus dicto num.36.hanc publicationem bonorum non habere locum in se occidente, quando se occidit cõscientia delicti, propter quod

44 lege, statuto, vel consuetudine nõ imponitur cõfiscatio, tametsi iudices soleant illam imponere, qa iudices nõ possunt imponere confiscationem bonorum, vbi à lege non imponitur: l. vnica. & ibi Angel.C.fine iussu principis. Clarus §.fi.q.78.num.5. Farinac. q.10. nu. 19.

45 Declaratur nunc ista limitatio regulæ firmatæ initio istius capitis, vt prædictæ pœnæ prohibitionis testandi, & publicationis bonorum procedant, & habeant locum, prout loquitur prædicta limitatio in eo, qui conscientia criminis, propter quod illæ veniebant imponendæ, se occidit, & de hoc constet, quia in dubio non præsumitur quis se occidisse conscientia criminis; sed à fisco hoc erit probandum.gl.fin.in l.3.§.fi.ff.de bonis eorum qui ante sentent. mortem sibi consciu.glo. verbo probationibus.& omnes Scribentes communiter in l.2.C.qui testam. facer.poss.Bal.num.3. in l.si quis filio.§.eius qui deportatur.ff. de iniust.rupto.Igne.in dicta.l. 1. §. si sibi manus.nume.28.ff.ad Syllani. Benedictus in cap.Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore. el 1. nu.86. Dec. cons.438. nu.2.Rolan.cons.20. nu.2. lib. 3. Plaza in Epito.delict.c.23. nu.9. Peregrin.lib.4.de iure fisci tit.4. nu.1.& rursus in fi.Tiberi.Decia. lib.9.trac.crimin.c.3.nu.11. Mantica de coniect.vltim.volunt.lib. 12.tit.17.nu.21.

46 Limitatur autem ista declaratio, vt si deprehensus in crimine: vel de eo accusatus se occiderit, præsumatur cõscientia criminis se occidisse, & incidat in prædictas pęnas, si verò non erat accusatus, nec in crimine deprehensus, procedat ista declaratio tex.in l.3.ff.de bon.eor. qui ante sent.mort. sibi consci. ibi, *qui rei postulati, vel qui in scelere deprehensi* & §. Papinianus eiusdẽ legis ibi, *qui rei criminis non postulati manus sibi intulerint, bona eorum fisco non vindicantur.* l.1. C.eodem tit.ibi, *qui conscientia delati, admissiq; criminis.* l.parricidij 8.ff. ad leg. Pompei.de parricid.ibi, *parricidij postulatus.* & ita notant Glos. verbo metu.in dicta l.3. & verbo postulati in d.§.Papinianus.& ibi etiã Barto. idem Bartol. & Platea in l.fin.C.de iure fisci lib.10. Faber & Salyc.in d.l.1. C. de bonis eorum qui mortem sibi cõsciu.Bal. num.1.Fulgos.num.2. Alber. nu. 1.Roman.num.2.Salycet. num.3. Corn.nu.6.& 11.Alex.nu.6. Ias. nu.4.in dicta l.2.C.qui test. face.

poss.Goffred.num.33.in l. si quis filio.§.eius qui deportatur. ff.de iniusto rupto.Decian.lib. 9. tracta.criminal.cap. 3. num. 6, & 7.

47 Neque vlla differentia constituenda est, inter se occidentes conscientia criminis, & se occidentes metu pœnæ, aut etiam metu criminis, quia iura, & Doctores promiscuè loquuntur, & pro eodem accipiunt: quidquid insipidè disputent Igneus in l. 1. §. si sibi manus.nu. 27. ff. ad Syllan.Decian.d.lib.9.c.2.nu.6.& 7.

48 Isti verò casus sunt separati, quod sit accusatus, vel quod sit in scelere deprehensus, & sufficit alterū adimpleri: vti notant Alexan.num.6.in dicta l.2.C.qui testam.fac.poss.Decian.d. lib. 9. cap.3.num.7. & ita loquuntur leges,& Doctores.

49 Subdit Alexan. dicto loco, quod deprehensus intelligitur, quando in flagranti crimine cōpertus est: argumento tex.in l.palam.§.qui adulterio.ff.de ritu nupti.quam ad hoc allegat glo. verbo deprehensi.in l.3. §. Papinianus. ff. de bonis eorum qui ante sentent.mortem sibi consciu.

50 Dicetur etiam deprehensus, qui insequutus à familia se occidit.Igneus in dicta l.1.§. si sibi manus. numero 38.ff.ad Syllani. Decianus dicto lib.9. cap.2. nu. 8. qui allegant Paul. Castrens. in d.l.2.C.qui testamē. facere poss. apud quem non reperi.

51 Quod verò dicitur *accusatus*, intellige idē, si fuerit inquisitus vel delatus: dicta l. parricidij.ff. ad leg. Pompei. de parricid. ibi *postulatus*. dicta l. 1. C. de bonis eorum qui mortem sibi consciu. ibi *delati*. & est de mente omniū, Paris.cons.155.num.1.lib.4.

52 Et procedit ista resolutio, nō solum in inquisito, vel accusato se occidente intus carceres, sed etiam si extra, & existens in sua libertate se occideret: ita sentiunt Bald. nu.33. in fi. Paul. nu. 10.Fulgos.& Salyc.nu.17.Ias.nu. 7.in l. 1. C.de seruis fugitiu.cum adductis supra c.10. nu.15. quatenus aiunt, non excusari bannitū se occidentem prætextu statuti,qđ permitteret occidere bannitos: quia cū bannitū delatum esse, necesse sit, & non puniatur se occidens,nisi de aliquo crimine sit delatus, Doctores, qui dicunt, hunc bannitum se occidentem non excusari, necessario intelligunt,à pœnis quæ imponuntur pro delicto, de quo delatus erat, de quo habetur ꝓ cōfesso: idē est de mente omniū in l.2.C. qui testam.facer.poss.& leges in materia loquentes ita sentiunt.

53 Ampliauit hoc Claudius ad eum, qui non quidem se occidit, sed mortis liberum arbitriū postulauit, aduersus Asiaticum, sed hoc dolo Vitellij factum est, refert Dio libro 60.nam conspirationis, aduersus Claudiū delatus Valerius Asiaticus, cum nemo testium,qui aduersus eum producebantur, de facie illum cognosceret, & miles qui se cō-

filijs

filijs Asiatici interuenisse, pro testimonio dicebat, caluastrũ quẽdam, forte fortnna astantem, loco Asiatici designasset: ac proinde accusatio in risum esset versa, & Imperator de absolutione meditaretur, Vitellius dixit, oratũ se ab Asiatico, vt mori sibi liceret, qua morte, ipsemet optauisset, & Claudius existimans conscientia victum, sese calculo suo damnauisse, hominem interfecit. Aliter tamen hanc Asiatici mortem narrat Tacitus lib. 11. annali. neque apud Christianos potest habere locum hæc ampliatio.

Cæterum, non sufficere quod iste se occidẽs fuerit accusatus, sed requiri etiam litis contestationem, tenent Gl. mag. circa medium. & Angel. ante num. 1. in d. l. 2. C. qui testam. fac. poss. Azo num. 2. in Summa. C. de bonis eorum qui mortẽ sibi consciu. Goffred. in d. l. si quis filio. §. eius qui deportatur. num. 33. ff. de iniusto rupto. & approbat expresse tex. in l. 24. titulo 1. parti. 7. ibi, *E seyendo ya el pleyto començado por demanda e por respuesta*: vbi notant Gregor. Lopez. glo. 4. & plaza in Epito. delictor. capi. 23. nume. 9. & ita in Hispania erit obseruandum.

Sed de iure communi verius est, quod non requiratur litis cõtestatio, sed sufficiat, quod sit accusatus, vel delatus: vt est text. in d. l. 3. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciuer. & omnia iura ita loquuntur, notat Paul. Castren. num. 7. dicens, quod dicitur deprehensus ex quo crimẽ venit ad lucem, argum. l. 2. cum ibi notat. C. de custod. reorum. l. 1. C. vbi senatores vel clariss. & Alexan. num. 6. in d. l. 2. C. qui testamen. fac. poss. Igneus in d. §. si sibi manus. nu. 40. Decia. d. lib. 9. c. 3. nu. 7.

Amplius videt̃ requirere Bal. nu. 3. in dicta l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. quod crimen eius iam esset in iudicio decisum, & cessaret spes defensionis. Et mouetur per text. ibi qui, in postulato, accusato & detento videtur distinguere, an conscientia criminis, an tædio vitæ se occidat. Sed reuerà ille tex. non adhibet in carcerato eam distinctionem, vt probè intuentibus apparebit, & si adhiberet, procederet iuxta limitationem sequẽtem, vt videtur vel le Corn. num. 8. in l. 2. C. qui testamen. face. poss. pro Bal. etiam põderari posset l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. prout põderat Igneus in dicto §. si sibi manus. num. 67. versic. tertia est. sed nihil vrget.

Ideò verius est, sufficere solã accusationem: vt est tex. Clarus in d. l. 3. in princip. & in §. Papinianus. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciue. cum alijs suprà ponderatis, notant Imola in d. §. eius q deportatur. Corn. num. 7. in fin. in d. l. 2. C. qui testamen. facer. poss. & est de mente omnium.

Habet ista limitatio duas partes. Prior est, quod accusatus, vel inquisitus, vel in crimine deprehensus se occidens, præsumitur metu, & conscientia criminis se occidisse, ideò punitur dictis pęnis. Altera, quod se occidens nō accusatus, neque in crimine deprehensus non præsumitur se occidisse metu, & conscientia criminis, ideò non erit dictis pęnis afficiendus.

54 Sublimitatur nunc prior pars dictæ limitationis, vt non procedat, quando alia coniectura sumi potest, vt si accusatus, vel in scelere deprehensus graui aliquo dolore premeretur, quia tunc, magis esset præsumēdum ex causa eius doloris, quam conscientia criminis se occidisse: tex. in l. 3. §. si quis autem tædio. ff de bonis eor. qui ante sent. mort. sibi cōsciuer. cuius verba sunt. *Si quis autem tædio vitæ, vel impatientia doloris alicuius, vel alio modo finierit vitam, successorem habere, Diuus Antoninus rescripsit: videri autem, & patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur, filium suum occidisse, magis dolore filij amissi, sibi mortem irrogasse, & ideò bona eius non esse publicanda, Diuus Hadrianus rescripsit.* Ecce patrem accusatum de morte filij se occidentem, non conscientia criminis, sed dolore filij amissi pręsumi se occidisse: ita notant Goffred. nu. 35. in d. §. eius qui deportatur. Alberi. nu. 2. Fulgos. nu. 3. Paul. Cast. num. 7. Alex. nu. 6. Corn. nu. 8. in l. 2. C. qui test. facer. poss. Igneus in d. §. si sibi manus. nu. 29. Franc. Marc. decis. 879. num. 9. par. 1. Grego. Lopez. glo. 2. in l. 24. tit. 1. par. 7. Plaza in Epitome delictor. c. 23 nu. 10. Didac Perez. in l. 19. tit. fi. lib. 8. ordin. Decian. lib. 9. tract. crimi. c. 3. num. 13.

55 Sublimitatur secundò dicta limitatio, si hæres contrarium probare vellet, quia non obstante dicta præsumptione, admittendus esset: tex. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. ibi, *Eiusq; innocentia liquidis probationibus commēdari potest à te.* Tex. in l. fi. §. fi. ff. de bonis eorum qui ante sent. mortem sibi consciuer. cuius verba sunt. *De illo videamus, si quis conscita sibi morte, nulla iusta causa præcedente, in reatu decesserit, an si parati sint hæredes, causam suscipere, & innocentem defunctum ostendere, audiendi sint, nec prius bona in fiscum cogenda sint, quam si de crimine fuerit probatum, an verò omnimodo publicanda sint? sed Diuus Pius Modesto Taurino rescripsit, si parati sint hæredes defensionem suscipere, non esse bona publicāda, nisi de crimine fuerit probatum.* Ita notant cō muniter Scribētes in d. l. 2. C. qui testam. fac. poss. Rol. cons. 20. nu. 11. lib. 3. Decia. lib. 9. tract. crimi. cap. 3. nu. 8. & c. 4. num. 1. Plaza c. 23. nu. 10. & 17. Anton. Gomez. tomo 3. varia. c. 3. nu. 3.

Et sufficiet hoc casu hæredib. vnum de tribus probare, vt signanter præ alijs declarāt Corn. num. 7. in l. 2. C. qui testamen. fac. poss. Peregr. de iure fisci. li. 4. tit. 4. num.

4.num.3.el 1.nam duplicatus est ille numerus.

56 Vel quod defunctus non se occidit metu criminis, quod poterunt indirectè probare, ostendẽdo illum habuisse alium dolorẽ, vel causam, ob quam se occidit, iuxta sublimitationem precedentem, ita in terminis Bartol. num. 2. in l.fin.§.de illo.ff.de bonis eorum qui ante sent. mortem sibi consciu. Bald. num. vlti. in l.fin.C. de iure fisci.lib.10. Alex. num.4. Corn.nu.7.in d.l.2.C.qui testam. fac.poss. Igneus nu.41. in d. §. si sibi manus Benedict. in d. verbo mortuo itaque testatore.el 1.nu. 86.Grego. Lopez.gl.2. in d.l.23. titulo 1. part. 7. Peregrin. vbi suprà.

57 Vel quod delictum illud prius de quo erat accusatus, non commisit: Bartol. num.2.in d.§.de illo. Bald.num.1.Angel.ante num. 1.Alberic.nu.2. Paul. Castr.nu.1. & 4.Corn.num.7.in d. l.2. C.qui testam.fac.poss.Peregr.vbi supr.

58 Vel quod esto quod commisisset, erat tale quod non posset puniri, vt quia occidit aliquem ad sui defensionẽ, vel quod offensus erat bannitus, vel quod delictum erat præscriptum, vel quod indulgentia principis erat abolitum, sufficit enim probare id, qđ pro innocentia reputatur, nam qui iustam defensionem habet, innocenti par est, nam eius factum defendi potest, quamuis omninò excusari non possit: argumento tex.in l.lex Iulia.§. fin. ff.ad leg.Iuli. repetundarum ibi, *vel innocentem, vel quem punire non debuerant*. vbi parificantur innocens, & qui licet sit nocens, tamen ex aliqua causa non est puniendus. Ita tradunt Bal. num.1. Paul.Castren.num.1.& 4.Salycet. num.4.Corn.num.7. in d. l. 2. C. qui testam.fac.poss. Peregri. vbi supra. Didac.Perez.in l.19.tit.5. lib 8.ordin. Et ex hoc apparet, errasse Fulgos.num.2.in d.l.2.dum ait, ridiculum esse velle probare innocentiam deprehensi; quia potest probari, quod habetur loco innocentiæ.

59 Ex hac autem sublimitatione infertur, quod aduersus fictam confessionem, & condemnationem ex ea procedentem admittitur probatio in contrarium: ita notant Ange.nu.1.Paul.de Cast. num.5.Alex.& Ias.vterque num. 5.Corn.14.Deci.17.in l.2. C. qui testamen. facer. poss. & plures alij, quos citat Farinac. q.11. num.6.

60 Hinc deducit Alex. d. num.5. nõ benè Doctores appellare istã confessionem fictam, sed debere illam appellare præsumptã, quia si ficta esset, aduersus eam non admitteretur probatio: cum certum sit, quod aduersus fictionem non admittitur: gloss. recepta in l.siue possideretis.C.de probat. Menochi.lib.1.præsump.8.nume.11. idem cum Alex. conatur defendere Deci.num.26. in d.l.2.ita ẽe sentire videtur Igneus nu. 113. in d.§. si sibi manus.

Sed nihilominus, esse appellā dam fictam, & non præsumptam tenent & melius Corneus nu. 15. Iaſ.nu.8. in d.l.2. & in simili plures quos citat Farinac.quæſt.30. nu.14.quia presumpta diceretur quando esset dubium, an reus esset verè confessus, & lex præsumeret confessum,& ita super dubio; sed quando certi sumus, qđ non fuit verè confessus,& lex habet eum pro confesso, est fictio, quæ cadit super certo: iuxta adducta per Bartol. nu.21. & alios in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Neque obstat, quod admittatur probatio in contrariū, quia non admittitur directè, si quis vellet probare, quod non fuit confessus, sed indirectè, probando, quod licet habeatur pro confesso, tamen quod in confessione continetur, verum non est, & hoc admittitur contra fictionem: Anton. de Butrio in cap. fi. de confessis. Corn. d.num.15.Iaſ. d.num.8.Farinac.quæſt.11. num. 12.ad fin.neque vrget, quod conatur replicare Decius vbi sup.

Sublimitatur tertiò prædictæ limitationis pars prior secundū quosdam, vt non sufficiat, quod accusatus de aliquo delicto mortem sibi consciscat, sed requiritur, quod fiscus probet delictum. At quia hæc sublimitatio tollit limitationem in totum, de ea plenius agendum erit.

61 Et quod requiratur probatio delicti ex parte fisci, post consciтam sibi mortem ab accusato, sentit Glo. verbo probatum. in l. fi. §. fi. ff. de bonis eorum qui ante sen ten. mortem sibi cōsciu. dum ait, innocentiam eiusmodi rei se occidentis esse probatam, eo ipso quod contrarium non probatur, & ita vult, quod à fisco sit probādum delictum: Fulg. num.2. in d. l.2.C. qui testam.fac.poss. vbi ait, quod ex accusatione non surgit præsumptio, quod sit nocēs, vt ex hoc debeat transferri probatio innocentiæ, quamuis se peremerit. Idem post Nicolaum de Matarellis videtur sentire Bald. nu.6.in d.l.2.& defendit Igneus in l.1.§.si sibi manus. à num. 61. vsque ad 78.ff.ad Syllani.

Pro quibus facit primò, text. qui videtur expressus, in l. fi. §. fi. ff. de bonis eor. qui mort. sibi cō sciue. in illis verbis. *Sed Diuus Pius Modesto Taurino rescripsit, si parati sint hæredes defensionem suscipere, non esse bona publicanda, nisi de crimine fuerit probatum*. Huic tamen tex. respōdet Gl. verbo probationib. in l. 2. C. qui testamen. facer. poss. quod ibi non aderat præsumptio in contrarium, & explicando melius Petr. & Cyn. in ead. l. 2. num. 1. dicūt, quod in illo tex. non erat reus accusatus, & ita sumus in 2. part. limitationis, quæ habet, præsumptionem esse pro reo, & Angel. ibi ante nu.1.dicit, qđ presumptiones, de quib. loquitur gl. est accusatio, & Corn. nu.2.& 11. ait qđ istę solutiones sunt coniungendæ, & idē sequūtur Rom. ante nu. 1. Paulus

Castr.

Castr. num. 1. & 3. Salyc. num. 2. Alex. nu. 4. Ias. sub num. 4. qui dicit communem. Decius num. 16. qui etiam dicit communem in ead. l. 2. C. qui test. fac. poss. & idē ait Bart. nu. 1. in d. l. fi. §. fi.

Cæterum, hanc responsionem merito repudiat Fulgos. num. 2. in ead. l. 2. quia ex contextu d. §. fin. apparet, loqui in eo, qui iam delatus erat; vt patet ex principio eiusdem, ibi. *De illo videamus, si quis conscita sibi morte nulla iusta causa præcedente, in reatu decesserit.* In reatu enim, clarum est intelligi in carcere. l. vnica. §. fraudis. ff. de portio. quælib. dān. conced. l. si diutino. ff. de pœnis. declarant Budæus in Pandectas ad d. l. si diutino. Alci. lib. 2. parerg. c. 10. Corras. lib. 2. Miscell. cap. 20. Igneus in d. §. si sibi manus. num. 65. plures alios prætereò sciens.

Ipse probabilius respondeo, illum text. loqui, quando hæredes in contrarium probant rei innocentiam, quia tūc illis probationibus stantibus, nisi delictum per probationes fisci constet, elisis probationibus hæredum, non erit prædictis pœnis locus: ostendit hoc ille text. ibi, *si parati fuerint hæredes causam suscipere, & innocentem defunctum ostendere.*

Secundò adducitur pro prædictis text. in l. fi. C. de iure fisci. libro 10. ibi, *nisi post publicam accusationem eos constiterit esse cōuictos.*

Verum facilè respondebis, qđ licet Glos. & Doctores ibid. tres afferant lecturas, & intellectus, quorum vltimus est, vt loquatur de accusato se occidente, tamen priores sunt veri, & tenendi, neque contextura patitur vllo modo intellectum de se occidente.

Tertiò adducitur textus in l. in fraudem 45. §. eius bona. ff. de iure fisci. ibi, *Eius bona qui sibi mortem consciuit, non ante ad fiscū coguntur, quam prius constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit.*

Sed respondetur, longè alium esse illius text. sensum, nimirum non esse confiscanda bona se occidentis, nisi se occidat metu talis criminis, ob quod veniat imponenda pęna confiscationis bonorum, iuxta superius dicta.

Quartò argumentatur Igneus in d. §. si sibi manus. nu. 69. quod fugiens effracto carcere, habetur pro confesso de delicto, pro quo detinebatur, & nihilominus quęritur de illius innocentia, vt notatur per omnes in l. in eos. ff. de custod. reorum.

Sed in hoc maxima est disceptatio inter Doctores, vt patet ex his quæ plenè adducit Farinac. quæst. 30. nu. 7. 8. & seq. Ideò probè intuenti apparebit, nullū hinc posse sumi efficax argumentum, præmaximè, quia in terminis nostris iura contrarium dicunt, vt statim ponderabo.

Ad alia quæ Igneus adducit, vbi supra nu. 74. & 76. facilis est responsio, ideo non immoror.

Contrarium, imò fiscum habere

bere probatam intẽtionem suã, neque teneri aliter probare delictum, quando quis de eo accusatus, se interemit, quinimò hoc casu onus probandi incumbere hæredi: tenent Bartol. nu.2. in l. fi. §. de illo. ff. de bonis eor. qui ante sent. mortem sibi consciu. & communiter omnes in l. 1. C. eod. tit. & in l.2. C. q testam. fac. poss. & omnes allegati supra nu. 28. & ita tenendum est.

Primò per text. expressum in d.l.3. §. Papinianus. ff. de bon. eorum qui mort. sibi consciuer. ibi, *in reo velut confesso*. & §. sic autẽ. ibi, *quasi de se sententiam tulisset*.

Secundò per text. in l.2. C. qui testam. fac. poss. vbi onus probandi imponitur hæredi.

Sed intelligendum est, de probatione delicti in specie, nimirũ quod reus illud commiserit, nã oportet quod in genere constet de delicto, eo modo, quo generaliter in omni crimine, oportet prius constare delictum fuisse commissum. textus in l. 1. § item illud. ff. ad S. C. Syllani. ibi, *nisi constet aliquem fuisse occisum, non haberi de familia quæstionem*. tradunt permulti, quos citat Farinac. quæst. 1. numer. 6. & quæst. 2. num. 1. Adeò, quod tametsi quis
62 confiteretur se occidisse hominem, nisi constaret de corpore mortuo, non posset per suã confessionem condemnari. text. in l. inde Neratius. §. fin. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. l. Diuus Traianus. ff. de milit. testam. & ibi notant Bart. & Doctores, & alij permulti, quos citant Farinac. d. quæst. 2. num. 7. Anton. Gomez. Tom. 3. vari. cap. 9. nu. 1. l. 15. tit. 13. parti. 3. Eodem enim modo dicendum est in ficta confessione, quę resultat ex occisione sui, quia non debet operari plus quàm vera confessio, ideoque probari
63 debet delictum in genere, & constare de corpore mortuo: ita in terminis Igneus in d. l. 1. §. si sibi manus. num. 72. ff. ad Syllani. Decia. lib. 9. tract. crimin. cap. 3. num. 8. & cap. 4. nu. 1. Didac. Perez. in l. 19. tit. fin. lib. 8. ordin. Benedictus in d. verbo mortuo itaque testatore, el 1. num. 162. & seq. Bursat. consf. 225. nu. 154. lib. 3. Bertazol. consf. 380. num. 2. lib. 2. & cum alijs Farinac. d. quæst. 2. nu. 7. versic. amplia hanc quintam.

64 Sublimitatur quartò, secundũ quosdam, prædictæ limitationis prior pars, vt post hæc omnia requiratur, sententiam interponi: ita ex Francisco Accurs. & Oldr. tradit Bald. num. 5. ad fi. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. videtur sentire Anton. de Butrio consil. 58. num. 1. & defendunt Igneus in d. l. 1. §. si sibi manus. nu. 77. ff. ad Syllan. Tiber. Decian. lib. 9. tract. crimin. cap. 4. num. 1. Didac. Perez. vbi supra.

Pro quibus adducitur primò text. in d. l. 3. §. Papinianus. ff. de bonis eorum. ibi, *vt si se interfecerint, bona eorum confiscentur*. quia illud verbum *confiscentur*, futuri tem-

temporis eſt, & ferendæ ſententiæ, vt per plures adductos à Tiraquello in l. ſi vnquã. verbo reuertatur. nu. 39. C. de donat. inter vir. & vxor.

Sed reſpondetur, quod verbũ futuri temporis denotat ſententiam latam, quando id colligitur ex eadem lege, vel ex alia, vt plenè per adductos à Tiraquello in eod. verbo reuertatur. nu. 63. & 64. conſtat autem in hoc caſu ex eadem l. 3. ibi, *fiſco vindicanda ſunt.* & ex alijs legibus, vt in fundamentis cõtrariæ ſententiæ oſtendam.

Secundò adducitur text. in l. res quæ 22. in princip. l. eius qui delatorem 29. ff. de iure fiſci. vbi licet corrumpens delatorem habeatur pro conuicto, ſubdit tex. *Neque enim exinde perit cauſa, ex quo redempta eſt, vel actio perimitur, vel condemnatio facta videtur, verum oportet conſtare prius, & de crimine pronunciari.*

Verum facilè reſpondetur, qđ loquitur in corrumpente delatorem, quod eſt minus, & non in ſe occidẽte, quod eſt plus, in quo aliæ leges expreſsè volunt, haberi pro condemnato.

Tertiò adducitur text. in l. fin. C. de iure fiſci. lib. 10. ibi, *niſi poſt publicam accuſationem eos conſtiterit eſſe conuictos.* & exponunt Doctores, & condemnatos.

Sed huic text. ſupra reſpõſum eſt, quod non loquitur in ſe occidente.

Contrarium, imò eiuſmodi ſe occidentes haberi pro confeſſis, & condemnatis, adeò, quod nulla alia ſententia opus ſit: tenent Barto. num. 3. in l. 3. §. de illo. ff. de bon. eorũ qui ante ſent. mort. ſibi conſciu. Salyc. num. 3. in l. 1. C. eod. tit. Bart. num. 2. Bal. num. etiam 2. in l. fi. C. de iure fiſci. lib. 10. Angel. num. 3. Corn. nu. 2. 9 & 13. Fulgoſ. nu. 4. Alex. num. 2. & 5. Caſtrenſ. num. 3. Iaſ. num. 2. in l. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ. Benedictus in cap. Raynuntius. verbo mortuo itaque teſtatore. el 1. nu. 47. & ſequ. Gregor. Lopez. glo. 6. in l. 24. tit. 1. part. 7. Plaza in Epito. delict. cap. 23. nu. 11. col. 2. verſic. illud etiam adnotationem meretur. Peregrin. lib. 4. de iure fiſci. tit. 4. nu. vlti. & iſta eſt communis ſententia, & tenenda.

Pro quibus facit primò tex. in d. l. 3. ff. de bonis eor. qui mort. ſibi conſciue. ibi, *fiſco non vindicentur.* & ibi, *fiſco vindicanda.* & ibi, *hæredibus adimenda* & ibi, *fiſco vindicanda.* & ibi, *bona in fiſcum cogenda.* cui conſonat d. l. 24. tit. 1. part. 7. ibi, *deuen tomar todo lo ſuyo para el Rey* quę omnia, ſunt verba executiua, & denotantia executionem actus, ac proinde ſunt latæ ſententiæ, Tiraq. d. verbo reuertatur. num. 179.

Secundò facit tex. in d. l. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ. vbi apparet, teſtamentum ſe occidentis metu criminis irritari, ex quo infertur, quod habetur pro condemnato, quia aliàs teſtamẽtum

non

non irritaretur: l. si quis post accusationem. ff. de testam. & eodem modo possunt ponderari textus in l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. l. 1. §. si quis non metu. ff. ad Syllanian. l. parricidij. ff. ad leg. Pompei. de parrici.

Tertiò facit text. in l. 2. C. vbi causæ fiscales. vbi dicitur, amplius non quæri de crimine, quasi iam de illo sit condemnatus, sed de bonis tantùm, & inde cognitionem non spectare ad iudices criminales, sed ad patrimoniales: notat Peregri. lib. 4. de iure fisci. c. 4. num. vlt.

65 Sed si hæredes vellent probare innocentiam rei, super eorum probationibus erit ferenda sententia, vt notat Gregor. Lopez. d. glos. 6. & forma erit, non obstantibus oppositis bona esse fisco incorporanda. vt ait Peregrin. d. num. vlt.

Posterior pars dictæ limitationis, quæ habet, non teneri prædictis pœnis illum, qui se occidit, non accusatus, neque deprehensus, quia non videtur se occidere metu, & conscientia criminis,

66 sublimitatur. Primò, nisi crimen esset tale, de quo post mortem posset cognosci, vt est crimen hæresis & læsæ maiestatis, ita omnes in d. l. 2. C. qui testa. facer. poss. vbi benè aduertunt Fulgos. num. 2. Pau. Cast. nu. 4. Corn. nu. 9. non esse necessarium in hoc casu, quod se interimat, quia quomodocunque decedat, poterit post mortem condemnari: Ign. in d. §. si sibi manus. num. 23. & 64. concordat l. 24. tit. 1. part. 7.

67 Sublimitatur secundò, vt non procedat, si fiscus probaret, quod metu, & conscientia criminis se occidisset, quia tunc, licet non esset accusatus, neque deprehensus, tamen hoc probato, erit locus prędictis pœnis: cum debeat tantùm valere veritas probata, quantum præsumptio: ita Bal. nu. 2. Goffred. nu. 33. & 34. in d. l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupt. Salyc. nu. 2. in l. 1. C. de bonis eor. qui mort. sibi conscin. Platea in l. fi. C. de iure fisci. li. 10. Cynus nu. 2. Alber. nu. 1. Paul. Cast. nu. 1. 4. & 7. Alex. num. 4. & 6. Iason num. 4. Corn. num. 6. & 11. Deci. num. 16. in dicta l. 2. C. qui testam. fac. poss. Peregrin. d. lib. 4. tit. 4. num. fin. Grego. Lopez. glos. 2. in l. 24. tit. 1. par. 7. Plaza d. c. 23. num. 9. Igne. in d. §. si sibi manus. nu. 25. & 38.

68 Eritq; probatio, veluti si dixisset amicis, tale crimen commisi, certè me interficiam, vti exemplificat Baldus, Goffred. & Paul. Castrens. vbi suprà: & Corn. d. num. 6. & num. 11. vult, quod fiscus teneatur duo probare, delictum ipsum, & quod eius conscientia manus sibi intulit, cum alij sentiant, quod tantùm teneatur probare hoc vltimum, quod & verum est.

Pro colofone istius primæ limitationis, videndum est, an cadauera se interimentium possint à iu-

à iudice puniri, & in hoc quatuor casus distinguo.

69 Primus casus est, cum quaritur, an cadauera sua morte naturali decedētium in carcere, cum accusati essent, possint suspendi. Et dicendum est, non posse: l. 3. l. defuncto. ff de public. iudic. l. crimen. ff. de pœnis. l. fin. C. si reus vel accusat. mort. fuer. plenè Farinac. q. 10. numero 77. Martin. Delrius lib. 5. Disquisit. magic. sect. 19.

70 Limitatur in conuictis, vel cō demnatis de atrocissimis & grauissimis delictis, tunc enim posset iudex eos publicè suspendere ad exemplum aliorum. Anton. Gomez. tomo 3. varia. c. 1. nu. 79. Farinac. vbi supra nu. 78.

71 Secundus casus est in eis, qui tædio vitæ, vel alia ex causa, & non conscientia criminis, se occidunt: & horum cadauera nullo modo suspenduntur, neque aliter puniuntur; prout testantur, Iulius Clarus §. fin. quæst. 51. nu. 15. ad fin. Farinac. d. quæst. 10. nu. 80. quidquid inaduertenter videatur dixisse Igneus numero 21. in dicto §. si sibi manus. Gomezi. tomo 3. capit. 3. numero 13. & in hoc casu dicat Hieron. à Laurent. decis. Auenion. 123. numero septimo. hoc esse positum in arbitrio iudicis, citando Doctores, qui loquuntur in casu sequenti.

72 Tertius est casus, cum quis accusatus de aliquo delicto in carcere se occidit conscientia criminis, & istum non esse suspendendum, quia crimen morte finitur, dixit Cynus num. 3. in l. 2. C. qui testamen. facer. poss. & quod assessores contrarium practicantes malè faciunt, & possunt in syndicatu ab hæredibus iniuriarum accusari; & hoc sequuntur, vt verius de iure: Alberic. nu. 2. Angel. nu. 5. Corn. nu. 18. ibid. Peregrin. lib. 4. tit. 4. nu. 10. Gaspar Valascus in Repetj. l. imperium. num. 20. ff. de iurisd. omn. iudic. & dicit magis veram, & magis communem Farinac. d. quæst. 10. num. 79. & 80.

Contrarium, quod imò sit in iudicis arbitrio, eos suspendere, propter exemplum aliorum, maximè, quando erant accusati de enormi delicto; dixit Bald. nu. 2. quem sequuntur Roman. num. 5. Alex. nu. 9. Fulgos. nu. 5. Ias. nu. 2. Deci. nu. 9. in d. l. 2. Franciscus Marcus decis. 879. num. 3. par. 2. Plaza in Epito. delicto. cap. 23. nu. 13. Boer. decis. 217. num. 19. Benedictus in d. verbo mortuo itaque testatore. nu. 42. Menoch. casu 284. nume. 15. & casu 285. Decia. lib. 9. capitulo 4. numero 14. Delrius vbi suprà. Et ista opinio videtur mihi verior, & Reipublicæ vtilior, ac ita practicarem.

73 Quartus casus est, cum quaritur, an cadauer clerici, qui se ipsum interfecit, debeat degradari, & dicendum est, quod non, quia mortuus non potest ordinari, vt notatur in cap. à nobis. de sen-

sentent. excomm. ideò neq; degradari: Franc.Marc. decis.879. num.12.& 18. part.2.

74 Secundò principaliter, limitant regulam propositam initio istius capituli, in eo qui se occidit sine causa, hoc est non tædio vitę, nō doloris impatientia, nō pressus ære alieno, vt is puniendus sit etiam de iure ciuili. Dec. num.4. in l.2. C. qui testamen.fac. poss. Menoch. casu 284. à nu.18. adiungitq; num.20. quod etiam ille dicetur se occidere sine causa, qui iactatione, vt Empedocles se occideret, quia hanc causam non approbat, sed irridet Vlpian. in l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. & cum nullam pœnam reperiat de iure impositam, subdit numero 21. arbitrio iudicis esse puniendum.

Pro his facit primò, text. in l. 3. §. sic autem. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciu. ibi, *& merito si sine causa sibi manus intulit, puniendus est*. Sed is textus apertè loquitur in eo, qui de aliquo crimine accusatus se tentauit occidere, & quærit, an quemadmodum se occidēs, si causam aliam nō habet, præsumitur conscientia criminis se occidisse, & punitur: vt dictū fuit in §§. præcedentibus illius legis: ita puniatur, & qui non perfecit, & subdit, si nullam aliam causam habuit, propter quam id tentasse dici possit, merito puniendū, quasi criminis conscientia id fecerit, ac proinde videatur, delictum, de quo erat accusatus, cōfiteri: quem sensum agnoscunt Anton.Gomez. Tomo 3. vari. c.3. num.14. Plaza d.cap.23. num.19. ostendūt manifestè verba illius text. ibi, *quasi de se sententiam tulisset*. quia profectò de alio delicto sententiam tulisse videri de-
75 bet. Adde, quod in se occidente semper potest dici, tædio vitæ se occidisse, nam & in dubio ita præsumitur, vt ait idem Menoch. casu 284. num.17. & idem Decius consilio 438. num.2. Castracan. de societ. officiorum. ca. 22. numero 15. vnde sequitur, nō sensisse I.C. sine causa se occidētem, vbi accusatus de alio delicto non fuit, esse puniendum.

Secundò, pro prædictis facit, quod ista videtur fuisse Romanorum opinio, sine causa non oportere se occidere, vt patet ex Cicerone 1. Tusculan. Seneca Epist.70. Platone lib.9. de legib. Plinio, & alijs, de quibus supra cap.3. Respondetur tamen, vtiq; ita faciendum esse, Romanos iudicasse, non tamen illos, qui sine causa se occidissent, puniendos voluisse: vt patet ex text. in l. in lege Cornelia.7. ff. ad leg. Corn. de sicar. l. factum. C. de accusat. l. peculiū. §. si ipse. ff. de peculio.

Contrarium, imò illum qui sine causa se occidit, de iure communi non puniri: sensit Igneus in l.1. §. si sibi manus. numero 20. ff. ad Syllan. & ita tenendum est.

Primò, per text. in l. si quis filio.

lio. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rupto. vbi Vlpian. parificat se occidentes tædio vitæ, furore, vel alia simili causa, & se occidentes iactatione sui, quod est sine causa, secūdum opinionem contrarium tenentium, & pariter docet, testamenta istorum valere, & bona non publicari, neque satisfacit Menoch. d. nu. 20. dicens, quod nō publicabuntur omnia bona, sed pars eorū, quia sufficit nobis dicere, eam pęnam nulla lege esse impositam: argumento text. in Auth. de triente, & semisse. §. consideremus. collat. 3. l. at si quis. §. Diuus. ff. de religios. & sumptib. funer. Couarr. 1. par. de sponsalib. cap. 4. in initio. ad fin. Farinac. quæst. 18. numero 6. & seq.

Secundò, quia nulla videtur posse constitui efficax differentiæ ratio inter eū, qui ob fugiendas miserias huius sæculi se occidit, & eum qui sine causa; pariter enim vterque mollis est, & vilis, & pariter peccat, vnde quemadmodum ille de iure ciuili non punitur, ita nec iste.

Tertiò, quia nunquam potest hoc verificari, quia vt dictum est supra num. 76. semper potest dici, quod se occidit tædio vitæ, & ita semper præsumitur, quando alia causa non apparet, vti ipsimet contrarij fatentur, quo casu concedunt, non puniri se occidentem: ergo nunquam poterit puniri.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Agitur de intellectu tex. in l. 8. titulo vigesimotertio. libro 8. Recopil.*
2 *Leges posteriores declarantur per leges anteriores.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.*
4 *Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.*
5 *Quando lex noua vtitur signo vniuersali super re decisa per leges veteres, non restringitur per easdem.*
6 *Vel quando si restringeretur remaneret sine effectu.*
7 *Exceptio regulam declarat.*
8 *Consensu perficitur peccatum.*
9 *Omnis existens in peccato mortali in articulo mortis tenetur confiteri.*
10 *Præsens ei qui se occidit, & non prohibens, punitur.*
11 *De custode carceris, si carceratus se occidat, quid decernendum.*

CAP. XXIV.

Quid nouo Hispaniarum iure circa se occidentes statutum sit.

IVre Partitarum eadem inter se occidentes distinctio admissa est, quæ de iure communi, nimirum, an conscientia criminis, an sine delicto se occiderint. l. 24. tit. 1. l. 1. & 2. titulo 27. parti. 7. Et quod circa eos, qui conscientia criminis se occidūt, posset videri immutatum, in pręce-

cedenti cap.expendimus.nu.38. & num.53. per l.4. Tauri sublara est pœna intestabilitatis, prout etiam diximus c. præced.nu.25.

1 Nouiori iure Regni videtur, indistinctè bona omnium se occidentium,etiã si non conscientia criminis se occidant,publicari: per text. in l.9. tit.13. & l.19. tit.fi.lib.8. ordina. hodie l.8. tit. 23.libro 8. Recopil. cuius verba sunt. *Todo hombre, o muger que se matare asi mismo, pierda todos sus bienes, y sean para nuestra camara, no tiniendo herederos descendientes*. Ex quibus, iura ciuilia esse correcta, & bona se occidẽtium indistinctè esse publicanda: dixerunt Anto.Gomez.Tomo 3.vari. cap.3.num.13. Ioannes Gratian. reg.55.num.10.Villalobos in Antinomia iuris ciuilis, & Regij. nu.8. vbi Olanus nu.14. cum eo transit, solitus semper in alijs cõtrariari, & licet subdubitet, & relinquat cogitandum, huc inclinare videtur Couarru. lib. 2. variar.resolut.cap.1.propè fin.cum prædictis tenet nouissimè Azeuedo in d.l.8.tit.23. lib.8. Recopil.num. 14.cum seq.

Contrarium tamen, imò istas leges intelligendas esse secundũ distinctionem iuris ciuilis, vt cõscientia criminis se occidentes puniantur testamenti factione, & bonorum amissione,si crimen, de quo reperiebantur accusati, erat tale, quod has pœnas præ se ferret, se autem occidentes tædio vitæ,aut alia ex causa,nulla pœna puniantur: contendunt Auendan.in Dictionario. verbo desesperados.Petrus Plaza in Epito.delictor.cap.23. nu.9. vers. hodie verò.& num.10. ad fi.vers. hodie verò.& nu.11.vers.quibus & illud. & nu.12.vers.postremò. Gregor.Lopez.glos.7.in l.24.tit. 1.part.7. & glos. vnica in l.2. tit. 27.parti.7.Didac.Perez.in l.9.titulo 13. lib.8.ordinam.

Pro istis adduci possunt Dec. consil.438.nu.4. Curt. iun.cons. 182.num.3. Corneus consil.195. num.11.lib.2.Paris.cons.155.nu. 4.lib.4. quatenus in causa sua cõsuluerunt, statutum imponens pœnam pro homicidio non comprehendere occidentem se ipsum, & quod si illũ comprehenderet, esset intelligendum cum distinctione iuris communis.

2 Quorum fundamentum est, quod leges posteriores declarãtur per leges anteriores. l.nõ est nouum. l. nam & posteriores. ff. de legibus. & regulæ legis antiquæ trahuntur ad interpretationem legis nouæ. l.regula. in fi.ff. de iuris & facti ignor. l. 1. §. lex

3 Falcidia.ff.ad leg.Falcid.& inde statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. l. si serui vestri. C.de noxal. c.cum dilectus. de consuetudine. cum his quæ ad hanc rẽ tradunt Bartol. nu.60. & reliqui in l. omnes populi.ff.de iustitia & iure. Euerard. loco à ratione legis larga. nu.39. Camill. Gallinus de verb. signific.lib.6.cap.21. à num.7. & lex

lex noua generaliter loquens, recipit distinctionem per legem antiquam, quæ distinguebat: Glos. & Doctor. vbi Ias. numero 4. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogantur.

Sed prior sententia, imò quod dictæ leges Regni generaliter sint intelligendæ, & ita cuiuscunque, & qualitercunque se occidentis bona, nisi descendentes habeat, esse publicanda; multis rationibus potest comprobari.

4 Primò, quia lex generaliter loquens generaliter est intelligenda. l. de pretio. ff. de publiciana in rem act. l. 1. §. quod ius generaliter. ff. de legat. præstan. cum his quæ plenè adducit Camill. Gallin. de verborum significat. libro decimo. capit. secundo. numero secundo. & sequ. at hæ leges generaliter loquuntur, ibi, *Todo hombre, o muger que se matare.* nam illud signum vniuersale *todo*, neminem excludit. l. Iulianus. ff. de legat. tertio. capit. solitæ. de maiorit. & obed. Tiraq. in l. si vnquam. verbo totum. C. de reuocat. donatio. ergo generaliter obtinent in quocunq; se occidente. Adde quod videntur ista verba posita ex intentione, ad determinationem istius quæstionis, quia de iure communi, & septimpartito, non omnis homo se occidens puniebatur bonorum confiscatione, sed tantùm ille, qui conscientia talis criminis se occidebat, quod præferret bonorum publicationē: superuenit dicta lex, quæ voluit, omnem se occidentem puniri, ideò nisi eam simpliciter intelligamus, non poterunt verificari illa verba: *todo hombre, o muger.*

5 Secundò, quia quando lex noua vtitur signo vniuersali, super re, de qua per alias leges veteres erat aliquid decisum, non restringitur, neque limitatur per leges veteres. text. in l. prima. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. & ibi notant Iacobus de Arena, & Bartol. numero vigesimosecundo, & vigesimoquinto. Alexand. numero 20. vbi dicit communem. & numero vigesimoprimo. vbi ait, quod ad hāc doctrinam semper recurras. Ias. numero septimo. Ruin. numero 53. Gallin. dicto lib. decimo. cap. 5. atquì, dictæ leges vtuntur signo vniuersali, ergo non debent restringi ad distinctionem iuris communis.

6 Tertiò, tunc sine dubio lex noua nō distinguitur per veterem, quando si distingueretur, remaneret sine effectu aliquid operandi. l. tertia. §. si rem. ff. de leg. tertio. Ruin. vbi supra num. 56. ad fin. Bursat. consilio duodecimo. numero vigesimoquarto. & 52. libro 1. ad fin. & alij passim. Quia imò per contrarium, lex noua, disponens idem quod lex antiqua, debet ita interpretari, quod aliquid addat ad legē anti-

tiquam, quia alias esset superflua: Bartol. & alij in l. quarta. §. ait Prætor. ff. de damn. infect. Tiraquell. de retract. lignag. §. nono. glos. secunda. numero 56. & in l. si vnquam. verbo reuertatur, numero trigesimoquinto, & quadragesimoquinto, sed si istæ leges intelligantur, quod disponant idem, quod ius commune, & Partitarum disponit, erunt superfluæ, igitur non sunt ita interpretandæ.

7 Quartò, licet exceptio regulam non restringat, nec ampliet, illam tamen declarat, in quibus casibus locum habere voluit: l. nam quod liquidè. § fin. ff. de penu. legat. Couarr. libro secundo, variar. resolut. capi. quinto. numero sexto. Cranet. consilio 685. numero octauo. & alij alibi. Et ideò illa exceptio, posita in dictis legibus, *no tiniendo herederos descendientes*, declarat, quod earum dispositio non est restringenda ad dispositionem iuris communis, quod in hoc casu non admittit talem exceptionem. Et certè, alioquin sequeretur magnum absurdum, quod si quis accusatus de crimine læsæ maiestatis, aut alio simili, quod bonorum publicationem preseferret, conscientia criminis se occideret, & haberet filios, bona non publicarentur, sed reseruarentur filijs, quod est omninò absurdum, & dictæ leges inductæ in pœnam, & odium se occidentium, concederentur in eorum fauorem, cum de iure communi, etsi descendentes habeant, publicentur. Cum ergo ista exceptio non possit verificari, si regulam illarum legum intelligamus in se occidente metu criminis, apparet, quod non debet ita intelligi, sed generaliter in quocunque se occidente.

Quod si hæc sententia admittenda non esset, prout nos admittendam credimus, adnotauit Io. Gratian. d. reg. 55. nu. 10. ex alio capite, dimidiam partem bonorum se occidentis esse confiscandam, quia scilicet, cū posset confiteri, volens sine confessione obijt, per textum in l. 8. tit. 1. lib. 1. ordinam. l. 11. tit. fi. lib. 8. eiusdem. hodie l. 5. tit. 1. lib. 1. Recopilat. cuius verba sunt. *Todo fiel Christiano al tiempo de su finamiento sea tenido de confessar deuotamente sus pecados, y recebir comunion del Sacramento santo de la Eucharistia, segun lo dispone la Santa Madre Yglesia: y el que no lo hiciere, y finare sin confesion, y comunion, pudien dolo hacer; que pierda la mitad de sus bienes, y sean para la nuestra camara.*

Circa quam nouam considerationem emergit quæstio, quæ, opto ne vsquam in praxi, & vsu eueniat; vtrùm confiscanda esset dimidia pars bonorum eius, qui confessus est, & communicauit, ac continuò se occidit? mouet dubitationem, quod legi videtur

tur

tur satisfactum, quæ non dignã confessionem, & communionem exigit, sed simpliciter confessionem, & communionem: qui autẽ indignè cõmunicat, corpus Christi accipit, c. sicut Iudas. de consecrat. distinct. 1. & in dubio sumenda videtur illa interpretatio, quę pœnam facit cessare. l. interpretatione. ff. de pęnis. Contrariũ fortassis probabitur subtiliter intuẽti, quia ratio illarum legum in hoc casu videtur militare, nam si is, cum communicauit, intentum habuit se occidendi, grauissimè peccauit, communicans in peccato mortali. 1. ad Corinth. cap. 11. *Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* cap. sancta. cap. quid est. cap. qui manducat. de consecrat. distin. 2. sin autem, post susceptionem Eucharistiæ deliberauit se occidere, eo ipso, quod delibe-

9 ratè consensit, simile peccatum admisit, ac si se occidisset: iuxta textum Matthæi cap. 5. cap. meretrices. 23. q. 4. cap. nec solo. cap. qui viderit. 32. q. 5. S. Thomas 1. 2. quæst. 34. artic. 3. & q 74. artic. 3. & in 2. 2. quæst. 54. artic. 1. & 5. cũ ergo se effectualiter occidit, habebat iam peccatum mortale, quod omninò tenebatur, & erat obligatus confiteri, quia omnis ille, q̃ reperitur in articulo mortis, tenetur peccata sua cõfiteri: prout argumento cap. cum infirmitas. de pœnitent. & remissio. est communis sententia. vt per Syluestrum, verbo confessio. 1. v. quæst. secunda. Petrus de Palude in 4. distinct. 17. quæst. 1. Victori. de Sacram. Pœnitent. quęst. 123. Nauarr. in Manuali. capit. 1. numero 8. Gregor. Lopez. glos. 7. in l. 22. tit. 4. part. 1. Couarru. 1. par. cap. alma mater. de sentent. excommun. lib. 6. §. 1. numero 7. ac proinde, quantumcunq; post confessionem, & communionem continuo, & sine interuallo quis se occidat: verum erit dicere, quod decessit sine confessione, cum teneretur confiteri, & cum posset, & non fecit, teneretur pœna prædictarum legum, & esset locus publicationi dimidiæ partis bonorum: quod posset videri sensisse Simancas in Catholic. Institut. titulo decimooctauo. numero 32. licet alio tendat.

10 Pro auctuario istius materiæ, notabis puniẽdum esse eum, qui præsens fuit, cum aliquis se occideret, neque prohibuit, cum posset: text. in l. prima. §. si sibi manus. ff. ad Syllanian. vbi præ cæteris Igneus numero secundo. 10. & duodecimo. Decian. libro nono. capit. primo. numero 36. debet enim quisquam, etiã inuitum, & reluctantem seruare, ne pereat: capit. & qui emendat. 45. distinct. capit. ipsa pietas. vigesimatertia quæst. quarta. Quãuis sciam, Romanis contrarium persuasum fuisse: vt dictum est libro 1. capit. tertio. numero 36.

vide Suetonius in Tiberio cap. 61. inter alia crudelitatis eius argumenta, & illud addit. *Mori volentibus, vis adhibita vivendi.* Plura Valer. Max. libro secundo. capit. sexto. exemplo 8. externorum, sed abeant ad inferos, vbi sunt, aliud dicimus Christiani.

11 De custode carceris, quod si carceratus se occidat, sit puniendus: est text. in l. fin. ff. de custod. reor. tradunt Carrer. in praxi. titulo de homicidio. quæstione octaua. numero sexto. Palat. Rubios in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. numer. 7. Plaza in Epito. delictor. cap. vigesimotertio. numero decimoseptimo. Mascard. conclus. 267. numero decimotertio. sed plenius Farinac. quæstione trigesimaprima. numero quadragesimoquarto. & seq.

FINIS LIBRI PRIMI.

Tra-

TRACTATVS

DE POTESTATE IN SE IPSVM.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIA EX CAPITE SEQVENTI.

1 Actus ad mortem tendentes alij sunt negatiui, alij positiui; & isti aut directo tendunt ad mortẽ, aut nõ.

2 Tribus modis possumus aliquid velle, vt finim, vt medium, & vt effectum.

3 Pracepta alia sunt affirmatiua, alia negatiua, & ista fortius obligant.

4 Aliud est praceptum se non occidendi, aliud tuendi vitam.

5 Omnis actus directo tendens ad mortem illicitus est.

6 Actus qui necessario mortem non infert, ex iusto fine licitus est, licet sit morti proximus.

7 Viri fortis est, pericula etiam mortis, suscipere propter bonum virtutis.

8 Idem actus, etiam diuersis respectibus, non potest esse bonus, & malus.

9 Valet pactum, licet per indirectum habeat periculum vita.

10 Stante statuto, quod nobilis puniatur acrius, quàm plebeius, plebeius effectus nobilis punietur acrius.

11 Susceptio periculi propter finem non iustum, illicita est.

12 Labores perpeti propter non bonum rationis, temeritatis peccatum est.

CAPVT PRIMVM.

Quatenus liceat periculo ſe exponere.

Enimverò, vt plena reſolutio deinceps habeatur circa poteſtatē in ſe ipſum, aliquid ſpecialius, oportet differere; quod, vt analyticè comprehendam.

1 Præmitto primò, actus morti propriæ cooperatiuos eſſe poſſe in duplici differentia, nam alij ſunt affirmatiui, poſitiui, & (vt ita dicam) actiui: cum aliquid ipſi agimus, vt ſe iugulare, & ſuſpendere, nauigare, bellum ingredi. Alij ſunt negatiui, & (vt ita dicam,) paſſiui, cum nihil agimus, ſed ceſſamus ab agendo, vt non edere, non ſe defendere, nō fugere.

Præmitto ſecundò, actus prædictos affirmatiuos, ſeu poſitiuos, pariter eſſe in duplici differentia; nam alij directo tendunt ad mortem, & illam neceſſario inferunt; vt ſe iugulare, ſe præcipitare, ingredi fornacem ardentē, ſulphureum tormentum corpore excipere. Alij quidem non tendunt ad mortem directo, neque illam inferūt neceſſario, ſed ſunt morti proximi, & periculo pleni, vt nauigare tempore fortunali, bellum ingredi, & denſo inimicorum agmini ſe opponere. Pariformiter & actus negatiui, alij neceſſario, & naturaliter mortem inferunt, vt nō edere, alij nō natura, ſed ex accidēti ad mortem accedunt, vt non ſe defendere ab aggreſſore.

2 Præmitto tertiò, quod ſecundum S. Thomam in prima 2. q.6. artic.3. eundem S. Thomam Caiet. & alios Thomiſtas 2.2. q.64. art.7. tribus modis poſſumus aliquid velle, & intendere, primò tanquam finem, ſecundò tanquā medium, tertiò tanquam effectum conſequutiuum. Et inter hos modos volēdi hoc intereſt, quod qui aliquid vult tanquam finem, ſimpliciter, directo, & formaliter vult, & intēdit illud: & qui aliquid vult, vt medium, tametſi velit hoc propter aliud, nempè propter finem, nihilominus directo, formaliter, & de per ſe vult illud. Qui verò vult aliquid tanquam effectum conſequutiuum, re vera non vult, neque intendit illud, ſed inuitus permittit, & tolerat materialiter, & in hoc non agit, ſed patitur. Explicat hoc Caietan. optimo exemplo, præcipit medicus, infirmum potionem, ſiue, vt antiqui dicebant, ſorbitionem

tionem sumere, vt purgationẽ curetur, licet vereatur, illa potione posse debilitari: vel præcipit, scindi venam infirmi, vt emissione sanguinis curetur, tametsi vereatur, ex tali emissione posse pati deliquium animi: nollet quidem ægrum debilitari, neque animo linqui, sed quia ægritudo poscit illam potionem, vel sanguinis missionem, vult ea remedia adhibere. In hoc casu medicus vult salutem ægri vt finem, potionem & scissionem venæ vt medium, debilitationem verò, & deliquium nullo modo vult, imò nollet euenire, sed quia aliter salus contingere non potest, si eueniant, tolerat, & patitur inuitus, tanquam effectum consequutiuum. Certum est, istũ medicum velle, & intendere salutem, & potionem, vel sanguinis misionem simpliciter, directo, formaliter, & de per se: debilitationem verò, & deliquium animi, neque velle, neque intendere directo, & formaliter, sed tantùm consentire, imò verius pati inuitum materialiter, quod eueniant, tanquam effectum quendam consequutiuum, qui inde sequitur per accidens, contra intentionem, & voluntatem ipsius.

3 Præmitto quartò, preceptorũ, alia esse negatiua, vt non occides: non furaberis: & hæc obligant semper, & ad semper; quia prohibẽt actus peccatorum, qui secundum se sunt mali, & nullo modo possunt fieri benè: neque aliquo tempore, aut loco, quia secundum se sunt coniuncti malo. Aristotel. libro 2. Ethicorum. cap. 6. text. in cap. etsi Christus. de iureiurando. Alia verò sunt affirmatiua, vt, honora patrem, sanctifica dies festos, & ista non obligant semper, & ad semper: quia inducunt actus virtutũ, qui non quolibet modo fieri debẽt, sed debitis temporibus, & seruatis debitis circunstantijs, quarum aliqua deficiente, actus potest desinere esse virtuosus, ac proinde præceptum desinet obligare: ita est communis doctrina Sancti Thomæ, & aliorum in 2.2. quæst. 33. artic. 2. Abbas numero 34. in capit. nouit. de iudic. & alij passim.

4 Præmitto quintò, quod circa vitam propriam, videntur esse duo præcepta, alterum negatiuum, non te occides. capit. si non licet 23. qõ. 5. alterum affirmatiuum, tuere, & defende vitã propriam: quia vnicuique à Deo cõmissa est vitæ suę custodia. S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 5. ad 3. & q. 65. artic. 1. in corpore. & ita distinguunt, & perpendunt in proposito Michael Salon in 2. 2. q. 64. artic. 5. controu. 1. ad 5. Gregor. de Valentia Tomo 3. disputat. 5. q. 8. puncto 2. de occisione sui ipsius. ad 2. argumentum.

5 His præsuppositis, coniungendo varia dicta Doctorum, rem hanc sequentibus cõclusionibus comprehendo.

Prima conclusio, omnis actus directo,& ex propria natura necessario inferens mortem, vt se iugulare, se præcipitare, aut suspendere, est omnino illicitus, & reprobus,& nulla circunstantia potest fieri bonus. Ita docent Couarruui.vari.resolut.lib. 1.cap.2.num.8.colum.6. Soto libro 5.de iustitia & iure. quæst.1. art.6.ad 1.Aragon. in 2.2.quæst. 64. artic.5. ad 3. & ibi Michael Salon controu.1. ad 5. & quæst. 69.artic.4.controu.vlti.conclus. 1. Bañes d. 2.2.quæst.64.artic.5. dub.1. ad 2. Gregor. de Valentia 3.tom.disput.5.quæst.8.puncto 2. in parte de occisione sui ipsius. ad 2. & 3. argumentum. Petrus Nauarra de restitut.lib.2. cap.3.num.64. & 72.

Probatur ista conclusio omnibus illis argumentis,quæ adducit Diuus Augustin. de Ciuit. Dei.lib.1.à cap.17.& nos latè supra lib.1.cap.5. & 8.probantes, nullam esse circumstantiam, qua possit fieri licitum, se occidere: quia prohibito consequente censetur prohibitum omne antecedens necessarium.l. oratio. ff. de sponsal.l.eos.C. de vsuris. Licet enim aliquis actus bonus proponatur vt finis, & vt talis volitus sit,tamen, mors quæ inseparabilis est ad illum actum, videtur etiam, vt medium, volita directo, & de per se: quod non licet.

Apparet hinc, prohibitum esse,agere omnem actum,quo posito,scimus quod necessario,& infallibiliter mors euentura est.

6 Secũda cõclusio, omnis actus affirmatiuus, siuè positiuus, qui mortem necessario, & infallibiliter nõ infert, si in aliquem finem iustum,& sufficienter bonum dirigatur, tametsi ex accidẽti morti sit proximus,& periculum maximum contineat,licitus esse potest, & meritorius: prout est, in bello pro Republica vitam exponere, & intrepidè tormenta sulphurea non perhorrescere,periculosioriq; loco pugnæ se committere. Istam conclusionem tenent Couarruu. Soto, Aragon, Bañes,Michael Salon,Gregor.de Valentia, & Petrus Nauarra in locis citatis Nauarr.in Manuali. cap.17.num.87.Simancas in Catholi.Institu. titu.18. numer.30. Ioann. de Lignano in tractat. de bello.capit.83.habetur in 16. volum.tracta. Gloss.& Doctores in cap.nerui testiculorum. 13. dist. glos.1. Anton. de Butrio num.6. Host.num.4.Ioan.And.numer.5. Anchar.nume.2.in cap.ex parte. el 2.de sepulturis.

Probatur primò, quia in hoc casu,vt declarat Caiet.super lib. Iudic.ca.16.non infert sibi quis, neque vult propriam mortem, sed illum iustum & bonum finem, & tolerat mortem inuitus, & reluctãs, vt effectum consequutiuum, & concomitantem: quem effectum mallet non euenire, sed propter illum, non vult desistere ab illo actu iusto,

idcò,

ideò, quod præter intentionem, & voluntatem suam euenit, ei non imputatur. tex. in cap. de occidendis 23. q. 5. ibi. *Absit, vt ea, quæ propter bonum, ac licitum facimus, aut habemus, si quid per hæc, præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.*

Sed huic primò fundamento obijcitur, qđ etiam ille, qui actũ agit, directo tendentem ad mortem, propter aliquem iustum finem (vt Curtius, qui se in specũ pro Republica deiecit, Decij, qui se deuouerunt,) potest dici, quod non vult mortem suam, sed illum iustum finem, & mortem tolerat, vt concomitantem, & effectum consequutiuum; vnde hoc argumentum multum probat, ac proinde nihil.

Huic difficultati respondere videtur Caieta. in 2. 2. quæst. 124. art. 2. dum ait, quod in his quę directo occidunt, esset ridiculum, imò fatuum, dicere, quod talia agens non intenderet se occidere; vt si quis iugularet se, & non intenderet mori: ignem ingrederetur, & non intenderet comburi: in abruptam terram se præcipitem daret, & non intenderet perire: quia implicaret, & esset velut quædam protestatio contraria facto, quæ non attenditur. L. cũ in plures. §. locator horrei. ff. locati. Qui verò, periculo, etsi graui se exponit, non habet certitudinem infallibilem moriendi, cum multi euaserint, ac proinde neque intentum, & voluntatem, & in eo potest considerari ista diuersitas.

Et clarius explicando, ex tertio præsupposito supra facto, respondeo, quod ille, qui manifestam subit mortem, vel actũ agit directo, ex propria natura, & necessario mortem inferẽtem, vult quidem mortem suam vt mediũ, prout prædicti, Curtius, qui se in voraginem præcipitauit, vt Respublica seruaretur, & terra coiret: & Decij, qui se deuouerunt, vt Romani vincerent: nam voluerunt vt finem, Reipublicæ bonum, & vt medium, mortẽ propriam, neque vllo modo voluissent euadere, & hoc minimè licitum est, quia qui vult mortem suam, vt medium, iam illam vult, & intendit directo, formaliter, & de per se, neque potest dici, quod eam tolerat vt effectum, sed quod accersit, & deliberatè eligit; velle autem & intendere mortem propriam, perinde est peccatum, ac se occidere, quia peccatum consensu perficitur. S. Thom. 2. 2. quæst. 72. artic. 7. cum adductis suprà lib. 1. cap. 24. nu. 8. Qui verò actum agit, non directo ad mortem tendentem, sed ex accidenti morti proximum, nullo modo vult mortem propriam, neque vt finem, neque vt medium, neque intendit mori, sed euadere vt qui periculosissimo loco pugnæ se committit, vult victoriam, vt finem, pugnam licet periculosam, vt medium, & mortem suam nullo

modo,

modo, quinimò intendit vitam
defendere, quantum in se erit,
& si poterit, vult euadere, verun
tamen non vult deserere bonum
pugnæ pro Republica, tametsi
mors eueniat., & intendit illam
tolerare, tanquam effectum con-
sequutiuum contra votum suum.
Et hoc fundamentum, ita decla-
ratum, videtur mihi clauis istius
materiæ.

7 Secundò probatur eadem con
clusio, quia virtus fortitudinis
est pericula etiam mortis susci-
pere propter aliquod bonū vir-
tutis, ideò quod aliquis maxima
pericula subeat secūdum ratio-
nem, non est virtuti contrarium.
Quia cum actus virtutum maxi-
mè deceāt, maximeq; sint hom-
nibus necessarij, ad eandem vir-
tutem pertinet, ne ab his subeun
dis homines quibusuis periculis
terreantur. S. Thomas 2.2. quæst.
123. art. 3. in corpore. & art 4. ad
3. & art. 5. in corp. & art. 11. ad 2.
& quæst. 124. art. 2. in corp. & ar-
tic. 3. & in 1.2. q. 45. art. 3 & rur-
sus in 2.2. quæst. 64. artic. 5. ad 5.

8 Sed idem actus, etiam diuersis
respectibus, non potest esse bo-
nus, & malus. S. Thomas in 2 Sen
tent. distin. 40. q. 1. art. 4. Nauar.
in Manual. prælud. 7. nu. 17. ergo
se ponere in periculo mortis se-
cundum rationem, est licitum &
bonum.

Tertiò probatur, quia pręce-
ptum tuendi vitam, tanquam af-
firmatiuum, desinit obligare,
quando deficit aliqua circunstā
tia, quæ efficiat, quod illā tueri,
non sit actus virtutis, iuxta dicta
suprà præsupposito. 4. talis autē
esset, deserere bonum virtutis
propter periculum, ergo licet nō
deserere.

9 Quartò facit insignis Glo ver
bo salutis æternæ. in cap. si verò.
8. de iureiurando. quæ voluit, nō
valere iuramentum, quod dire-
cto vergat in interitum, si tamen
nō directo vergeret, sed contine
ret periculum vitæ, puta inquit
Gl. si aliquis Vltramontanus, vel
Gallus iuraret se moraturum Ro
mæ in Augusto, tametsi occasio-
ne talis iuramenti posset vita tē-
poralis adimi, valeret iuramen-
tum: sequuntur Abb. num. 2. Io.
And. num. 5. Imol. num. 4. Bellam.
num. 20. Zabarella in principio.
Anchar. num. 5. Alexan. de Neuo
num. 6. ibidem qui tamen decla-
rant, non procedere, si iudicio
medicorum periculum esset ni-
mis certum, & indubitatum.

10 Quintò induco pro hac sentē
tia, quod ait post Bald. Alexand.
in additio. ad Barto. in l. non tan
tum §. si emancipatus. el 1. ff. de
bonor. posses. contra tabul. quod
si staret statutum, quod nobilis
puniatur acrius, quā plebeius,
aut ciuis, quàm extraneus, si ali-
quis plebeius, efficiatur nobilis,
vel extraneus efficiatur ciuis, pu
nietur acrius. Sequitur Tiraquel.
de nobili. cap. 6. num 54. etenim,
si expresè consentiret, quod pu
niretur acrius, non teneret con-
sensus, at quia acceptare nobili-
tatem,

tatem, vel ciuilitatem, in iustum finem dirigitur, tametsi ex accidenti insurgat acrior pœna, validè videtur ea pena teneri, tametsi illa ciuilitas, aut nobilitas ortum habeat à suo consensu.

Videamus, an ex hac conclusione defendatur admiranda illius monachi obediētia, de qua Sulpitius Seuerus Dialogo 1. de virtutibus monachorum orientaliũ. c. 13. in hæc verba scribit. *Cum quidam sæculi actibus abdicatis, monasterium magnæ dispositionis ingressurus, cæpisset rogare: Abbas cæpit ei multa proponere, graues esse istius disciplinæ labores, sua verò dura imperia, quæ nullus valeret implere patientia: aliud potius monasteriũ, vbi facilioribus legibus viueretur, expeteret: non tentaret aggredi, quod explere non posset. Ille verò nihil his terroribus permoueri, sed magis ita omnem obedientiam polliceri, vt si eum Abbas in ignem ire præciperet, non recusaret intrare. Quam illius professionem vbi magister accepit, nõ cunctatur probare profitentem. Casu Clibanus propè ardebat; qui multo igne succensus, coquendis panibus parabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur aduenam illum iubet magister intrare, nec distulit parere præcepto, medias flammas nihil cunctatus ingreditur: quę mox tam audaci fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris, cessere venienti. Superata natura est, fugit incendium, & qui probabatur arsurus, velut frigido rore perfusus se ipse miratus est. Sed quid mirum, si tuum Christi tyronem ignis ille non attigit, vt nec Abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum pæniteret imperio paruisse? qui eo die quo aduenerat, dum tentaretur infirmus, perfectus inuentus est, merito fælix, merito gloriosus, probatus obedientia, glorificatus est passione.*

Et quidem, magis est, vt dicamus, diuina illum fuisse reuelatione, & latenti spiritu afflatũ, neque facilè imitandum. Quid enim si iussisset Abbas, suspende te, aut te iugula, essetnè excusata obedientia? cum lib. superiori c. 10. probatum sit, neque iudici, neque legi obediendo licere se occidere. Nonnè maius quiddam martyrium est? at ex causa martyrij pati hæc ab alio libenter possumus, eadem nobis inferre non possumus. cap. non est nostrum. 23. quæst. 5. c. vide quãtum. 1. quęst. 1. Et Sancta Apollonia, quæ martyrij ratione in ignẽ se proiecit, ac Sanctus ille puer Homerita, qui idem fecit ex diuina reuelatione, defenduntur libro præced. cap. 9. nu. 8. prout etiam Sancti tercentum illi martyres, massa candida vocati, supra lib. 1. cap. 8. num. 24. Itaque non ad istam, sed ad primam cõclusionem pertinet cum sit actus directo, & ex propria natura ad mortem tendens. Ac idem in similibus casibus dicendum est. Prout constat de obedientia discipuli Abbatis Sysoi Thebei esse

se dicendum, qui filium in flumẽ proijcere volebat, & alterius Abbatis discipuli qui filium in fornacem ardentem iactauit, vt refert Pelagi' li. 16. apophtegmat. SS. Monachorum Ægyptiorum. c.8. & 18. Audax tamen debet esse obedientia, & non discretionem præsumens. Itaque beatus Maurus discipulus S. Benedicti, qui iussus, lacum ingressus super aquas ambulauit, vt refert Diuus Gregor. lib. 2. Dialogor. cap. 7. & Ioannes discipulus Abbatis Pauli qui leænam ligauit, vti refert Pelagius vbi suprà c. 4. periculũ licitum subierunt.

11 Tertia cõclusio, quilibet actus morti proximus, & susceptio periculi, propter nõ bonum finem, aut non sufficienter bonum, sunt illicita, & reproba: ita tenent S. Thomas in 2.2. quęst. 126. artic. 1. Soto lib. 5. de iustitia & iure. q. 1. art. 6. ad fin. Bañes in 2.2. q. 64. artic. 5. dub. 1. arg. 2. & in responsione. Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 2. colum. 7. ver. & stabiliri posset. Caietan. in Summa. verbo intimiditas. Couar. Petr. Nauar. & alij in pręcedentibus cõclusionibus citati. Martin. Nauar. in Manuali c. 15. num. 8.

Probatur primò, quia quemadmodum prohibemur nos occidere, ita iubemur vitam tueri, & eã à periculis separare, & defendere: iuxta ilud Ecclesiast. c. 3. *Qui amat periculum peribit in illo.* Ergo qui se mortis periculo objicit, nisi iusta causa alicuius finis boni virtutis illum excuset, peccabit.

12 Secundò, quia temeritatis, & audaciæ peccatum est, mortem, & labores perpeti, non propter aliquod bonum rationis: S. Tho. in 1.2. q. 45. art. 3. & in 2.2. q. 123. art. 3. & q. 127. arti. 1. ergo non licet. Quia, (vt inquit Cicero lib. 2. de inuentione.) *Fortitudo est, considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio*: & ita non qnæuis, sed considerata.

Huic autem cõclusioni objicitur, quod ille, qui propter non iustum finem periculo se objicit, vult illum finem, vt finem, periculum, vt medium, & mortem tolerat inuitus, vt effectum: & ita, licet illa volitio illius finis, possit esse mala, plus vel minus, sicut erit finis: tamen volitio mortis, cum pariter sit tanquam effectus, & iste nolit mori, sed euadere, non videtur peccatũ, iuxta præcedẽtem resolutionem: sicut si ob bonum finem fieret.

Respõdeo, quod, vt ait S. Tho. in 2.2. quæst. 123. art. 3. toleratio mortis, & susceptio periculi nõ est bona propter se, sed secundũ quod ordinatur ad aliquod bonum, quod consistit in actu virtutis: & clarius, quod ponere se in periculo, est contra præceptum tuendi vitam, ideò non licet, nisi quando circunstantia talis finis interuenit, quæ faciat cessare illud præceptum affirmatiuum, se tuendi: quando ergo finis nõ est bonum uirtutis, manet & obli-

gat

gat præceptum tuendi vitam, & contra illud peccat, qui se periculo committit.

13 Sed hic insurgit dubium, quomodo cognoscendum erit, quæ actio sit licita cum mortis periculo, & Bañes d. art. 5. dubio primo dicit, hoc relinquendum arbitrio boni viri, adducitque tria documenta.

Primum est, quotiescunque ex aliqua actione humana, siuè illa sit bona ex natura sua, siuè indifferés, sequitur magnum commodum Reipublicæ, siuè téporale, siuè spirituale, quale est; exemplum insigne virtutis, licitum est homini, persistere in tali actione, non obstante certo mortis periculo.

Secundum est, quotiescunque ex eo, quod homo desistat ab aliqua actione bona, aut certè non illicita ex natura sua, consequiť notabile incommodum Reipublicæ, vel honori diuino, tenetur homo persistere in tali actione, non obstante periculo mortis.

Tertium est, sæpenumero continget, quod aliquis tenebitur persistere in talibus actionibus, propter pactum quod fecit, aut officium quod suscepit, quando alij, qui non fecerunt pactum, neque habent officium, non tenebuntur persistere: vt in Episcopo, & parocho, qui tenebuntur ministrare sacramenta, & docere populum, non obstante periculo mortis. Et videntur similia ista documenta alijs, quæ tradit ipse Bañes ead. q. 64. artic. 7. dubio 5.

Sed non videtur, posse dari certa resolutio, cum pericula habeát latitudinem, & alia sint maiora, alia minora; & finis, propter quem quis illi periculo se permitteret, possit esse varius: quia, vt ait Soto vbi suprà, non liceret pro vno aureo periculo vitam exponere, & liceret pro quátitate notabili: imò & occasioné posset afferre tempus, in quà liceret pro vno aureo, quoties ingrueret maxima pecuniæ penuria, & vnus aureus pro notabili quantitate haberetur.

Ex hic resolutis, videtur, peccasse insignis ille miles, qui Chirotecam puellæ inter leones sustulit, cum se ex causa inani, tam euidenti mortis periculo obiecerit: tametsi polyticè loquendo, maximum animi robur, & valorem ostenderit.

14 Quarta conclusio, actus negatiui, qui naturaliter, & necessario non inferunt morté, sed sunt morti valdè proximi, vt se nō defendere, non fugere à carcere, qui manens occidendus est, possunt propter aliquem iustum finem, & bonum virtutis esse liciti. Ita tenent Aragon in 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. argumentum. Michael Salon 2. 2. q. 69. artic. 4. controu. 4. concl. 1. Petrus Nauarra d. ca. 3. nu. 29. & 72. Couar. & alij suprà citati, & sentit manifestè S. Tho. in 3. par. quęst. 47. art. 1. & citati suprà lib 1. cap. 17. num. 9.

Pro-

se dicendum, qui filium in flumẽ proijcere volebat, & alterius Abbatis discipuli qui filium in fornacem ardentem iactauit, vt refert Pelagi' li. 16. apophtegmat. SS. Monachorum Ægyptiorum. c. 8. & 18. Audax tamen debet esse obedientia, & non discretionem præsumens. Itaque beatus Maurus discipulus S. Benedicti, qui iussus, lacum ingressus super aquas ambulauit, vt refert Diuus Gregor. lib. 2. Dialogor. cap. 7. & Ioannes discipulus Abbatis Pauli qui leænam ligauit, vti refert Pelagius vbi suprà c. 4. periculũ licitum subierunt.

11 Tertia cõclusio, quilibet actus morti proximus, & susceptio periculi, propter nõ bonum finem, aut non sufficienter bonum, sunt illicita, & reproba: ita tenent S. Thomas in 2. 2. quęst. 126. artic. 1. Soto lib. 5. de iustitia & iure. q. 1. art. 6. ad fin. Bañes in 2. 2. q. 64. artic. 5. dub. 1. arg. 2. & in responsione. Plaza in Epit. delict. c. 23. nu. 2. colum. 7. ver. & stabiliri posset. Caietan. in Summa. verbo intimiditas. Couar. Petr. Nauar. & alij in præcedentibus cõclusionibus citati. Martin. Nauar. in Manuali c. 15. num. 8.

Probatur primò, quia quemadmodum prohibemur nos occidere, ita iubemur vitam tueri, & eã à periculis separare, & defendere: iuxta ilud Ecclesiast. c. 3. *Qui amat periculum peribit in illo.* Ergo qui se mortis periculo objicit, nisi iusta causa alicuius finis boni virtutis illum excuset, peccabit.

12 Secundò, quia temeritatis, & audaciæ peccatum est, mortem, & labores perpeti, non propter aliquod bonum rationis: S. Tho. in 1. 2. q. 45. art. 3. & in 2. 2. q. 123. art. 3. & q. 127. arti. 1. ergo non licet. Quia, (vt inquit Cicero lib. 2. de inuentione.) *Fortitudo est, considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio*: & ita non qnæuis, sed considerata.

Huic autem cõclusioni objicitur, quod ille, qui propter non iustum finem periculo se objicit, vult illum finem, vt finem, periculum, vt medium, & mortem tolerat inuitus, vt effectum: & ita, licet illa volitio illius finis, possit esse mala, plus vel minus, sicut erit finis: tamen volitio mortis, cum pariter sit tanquam effectus, & iste nolit mori, sed euadere, non videtur peccatũ, iuxta præcedẽtem resolutionem: sicut si ob bonum finem fieret.

Respõdeo, quod, vt ait S. Tho. in 2. 2 quæst. 123. art. 3. toleratio mortis, & susceptio periculi nõ est bona propter se, sed secundũ quod ordinatur ad aliquod bonum, quod consistit in actu virtutis: & clarius, quod ponere se in periculo, est contra præceptum tuendi vitam, ideò non licet, nisi quando circunstantia talis finis interuenit, quæ faciat cessare illud præceptum affirmatiuum, se tuendi: quando ergo finis nõ est bonum uirtutis, manet & obli-

gat

gat præceptum tuendi vitam, & contra illud peccat, qui se periculo committit.

13 Sed hic insurgit dubium, quomodo cognoscendum erit, quæ actio sit licita cum mortis periculo; & Bañes d. art. 5. dubio primo dicit, hoc relinquendum arbitrio boni viri, adducitque tria documenta.

Primum est, quotiescunque ex aliqua actione humana, siuè illa sit bona ex natura sua, siuè indifferẽs, sequitur magnum commodum Reipublicæ, siuè tẽporale, siuè spirituale, quale est; exemplum insigne virtutis, licitum est homini, persistere in tali actione, non obstante certo mortis periculo.

Secundum est, quotiescunque ex eo, quod homo desistat ab aliqua actione bona, aut certè non illicita ex natura sua, consequit notabile incommodum Reipublicæ, vel honori diuino, tenetur homo persistere in tali actione, non obstante periculo mortis.

Tertium est, sæpenumero continget, quod aliquis tenebitur persistere in talibus actionibus, propter pactum quod fecit, aut officium quod suscepit, quando alij, qui non fecerunt pactum, neque habent officium, non tenebuntur persistere: vt in Episcopo, & parocho, qui tenebuntur ministrare sacramenta, & docere populum, non obstante periculo mortis. Et videntur similia ista documenta alijs, quæ tradit ipse Bañes ead. q. 64. artic. 7. dubio 5.

Sed non videtur, posse dari certa resolutio, cum pericula habeãt latitudinem, & alia sint maiora, alia minora; & finis, propter quem quis illi periculo se permitteret, possit esse varius: quia, vt ait Soto vbi suprà, non liceret pro vno aureo periculo vitam exponere, & liceret pro quãtitate notabili: imò & occasionẽ posset afferre tempus, in qua liceret pro vno aureo, quoties ingrueret maxima pecuniæ penuria, & vnus aureus pro notabili quantitate haberetur.

Ex hic resolutis, videtur, peccasse insignis ille miles, qui Chirotecam puellæ inter leones sustulit, cum se ex causa inani, tam euidenti mortis periculo obiecerit: tametsi polyticè loquendo, maximum animi robur, & valorem ostenderit.

14 Quarta conclusio, actus negatiui, qui naturaliter, & necessario non inferunt mortẽ, sed sunt morti valdè proximi, vt se nõ defendere, non fugere à carcere, qui manens occidendus est, possunt propter aliquem iustum finem, & bonum virtutis esse liciti. Ita tenent Aragon in 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. argumentum Michael Salon 2. 2. q. 69. artic. 4. controu. 4. concl. 1. Petrus Nauarra d. ca. 3. nu. 29. & 72. Couar. & alij suprà citati, & sentit manifestè S. Tho. in 3. par. quęst. 47. art. 1. & citati suprà lib 1. cap. 17. num. 5.

Pro-

Probatur primò, quia hoc reducitur ad illud præceptum affirmatiuũ, tuere & defende propriam vitam; quod, (vt dictum est supra in 4. præsuppositio) non obligat semper, & pro semper. Quia ille solus agit contra hoc præceptum, qui non conseruat vitam, quando potest, & debet; neq; adest aliqua iusta causa ad illam exponendam.

Secundò, quia si rectè perpendamus, stante isto actu negatiuo, reducitur mors eueniens ad effectum consequutiuum, non volitum neque intentum, & nõ ad directam occisionem: quia qui se non defendit à latrone, ne illum occidat, cum aliter nequit se defendere, vult latronem non perire, vt finem, & illam cessationem, vel actum negatiuũ, vt medium, & si ex hoc sequitur, quod latro illi mortem irroget, venit vt effectus, contra intentionem & velle ipsius, qui mallet non occidi. Idem in alijs actibus negatiuis posset perpendi, quod non potest dici in actibus directo tendentibus ad mortem sine implicatione contrarietatis, vt suprà diximus.

15 Quinta conclusio, nõ licet ex intentione se ipsum occidere, aut velle perire, siuè per actum affirmatiuum, siuè per actum negatiuum, etiam si talis actus directo ad mortem non tendat; etiam si iustus finis proponatur; vt si quis non ederet, vt moreretur; non se defenderet, vt occideretur, volendo mortem propriam, siuè propter se vt finem, siuè vt medium propter aliud: quinimò tunc peccaret mortaliter, quia iam intenderet mortem propriam. Ita tenent Bellamera numero 6. in capit. nerui testiculorum. 13. distinctione. Aragon in 2.2. quæstione 64. artic. 5. Michael Salon ibidem controuers. 1. ad 5. Nauarra d. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 29. omnes suprà citati, & alij vbique.

16 Probatur primò, quia licet actus morales regulẽtur ex fine, S. Thomas 1.2. quæstione 1. articulo 3 tamen ad bonum finem, non licet applicare mala media, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. capit. sicut non sunt. 32. quæstione quarta. capit. nosse. 30. quæstione 1. cum similibus. Atqui, velle mortem propriam, & facere actum quo eueniat, intendendo eam, est omninò contra legem diuinam, ergo non licet ex quolibet fine: quod abunde probauimus libro præced. cap. 8.

Secundò, quia præceptum; non te occides, non solum prohibet effectum exteriorem, sed etiam interiorem consensum: vt patet Matthæi cap. 5. & tradit S. Thomas in 1.2. quæst. 72. art. 7. ergo qui intendit se occidere, peccat, sicut qui se occidit: adducti suprà lib. 1. capit. fina. nu. 8.

17 Tertiò, quia tametsi liceat occidere aggressorem, propter bonum defensionis, l. vt vim. ff. de iustitia

iustitia & iure, non tamen licet intendere occisionem aggressoris, neque vt finem, quod de se patet, neque vt medium eligendo ex proposito illam, vt mediū ad propriæ vitæ conseruationem, eamque directo volendo. S. Thomas, & Caietan. in 2. 2. quæstione 64. artic. 7. in corpore. & ad 1. & ibi Michael Salon sub controuers. 2. quæst. vltima, & Aragon ad 3. conclusio Diui Thomæ, Bañes dubio 5. & magis communiter Thomistæ Abulens. super cap. 5. Matthæi. quæst. 109. Henric. quodlib. 5. quæstio 31. Cordoua. libro primo. quæst. 88. Victoria in relectione, de homicidio. nume. 16. ita, tametsi liceat se periculo exponere, & mortem perpeti propter aliquod bonum virtutis, non tamen licebit ex intentione velle mortem propriam.

Tametsi (vt hoc quoq; dicam) contra prædictos tenent Soto de iustitia & iure. libro 5. quæstione prima. articu. 8. Syluester verbo homicidium 1. quæst. 5. Nauar. in manuali. capit. 15. num. 2. & in c. ita quorundam. de Iudæis. notab. 11. nu. 15. Alex. Alens. 3. part. quæst. 34. memb. 2. artic. 11. ad 2. & 4. argumentum. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. nume. 339. Gregor. de Valentia 3. tom. disput. 5. qō. 8. punct. 4. de qua re disputare, nō est instituti nostri.

Fiet ista resolutio illustrior ex sequenti disputatione de Republica, ideò ad eam veniamus.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Pro Republica se occidere non licet.*
2 *Neque membrum abscindere?*
3 *Iudicium de Curtio, & Egisteo.*
4 *Iudicium de Mutio Sceuola.*
5 *De Pompeio, Zopiro, Sex. Tarquinio, & alijs quibusdam iudicium.*
6 *An pro Republica liceat se offerre certæ morti, illam volendo. & numero 11.*
7 *Bonum commune quando præferendum bono proprio.*
8 *Comparatio membri ad corpus, cum ciue ad Rempublicam, quomodo procedat.*
9 *Quomodo intelligitur illud, quod quis ponat animam pro proximo suo.*
10 *Quando creaturæ aliquid iniungitur ad exemplum creatoris, quomodo accipiendum.*
12 *Iudicium de duobus fratribus Philenis.*
13 *Miles vt hostem præcipitet, non potest cum illo amplexus se præcipitare, & de Gobria Persa.*
14 *Iudicium de Buri, & Sparti Lacedæmonijs.*
15 *Iudicium de Stenio Mamertino.*
16 *Pro Republica licet periculo mortis se exponere.*
17 *Iudicium de Eleazaro filio Saura, Cynægiro Athenensi, & C. Atilio Romano.*
18 *Iudicium de Horatio Coclite.*

19 Iu-

19 *Iudicium de Leonida Spartano.*
20 *Apud Locros licuisset ferre nouam legem cum periculo vitæ.*
21 *Adesse patriæ cum periculo vitæ, licitum.*
22 *Ascendere arbores altas, & cacumina ædificiorum, licet.*
23 *Pugnare cum bestia deuastante prouinciam, licet.*
24 *Sumere venenum ad experiendam theriacam, an liceat?*
25 *Periculo mortis se obijcere pro Republica cum intentione moriendi, non licet.*
26 *Iudicium de duobus Decijs.*
27 *Iudicium de Codro Rege Atheniensium.*
28 *Iudicium de Callicratide Spartano.*
29 *Pro Republica licet negatiuè pati mortem.*
30 *Custos castri potius debet perire fame, quàm castrũ tradere inimicis.*
31 *Imò & prius filium suum deuorare.*
32 *Christianus captus à Turcis, potius debet sinere se occidi, quàm contra Christianos pugnare.*
33 *An remiges Christiani peccent, remigando in triremibus Turcarum.*

CAPVT II.

Pro Republica quod periculum subire liceat.

Nihil frequentius, quàm pro patria moriendũ, at quousque liceat, non tam obuium, id hoc capite explicare constitui. Qua in re sequentes casus considero.

1 Primus casus est, cum quæritur, an liceat, positiuè se pro Republica occidere; & in hoc casu promptum est, affirmare, nullo modo licere. Ita multis probat Durandus lib.4.Sentẽti.dist. 17. quæst.6. Petrus Nauarra lib. 2.de restitut.cap.3.num.101.vbi
2 amplius ait, quod nec membrum sibi abscindere licet.

Probatur, quia vt plenè diximus lib.1.cap.8. mors propria nulla circumstantia potest fieri licita. capit.si non licet.23. quæst. 5. neque pro castitate conseruanda. capit.ex parte.el 2.de sepultur. neque pro fide. cap. non est nostrum.23.q.5. ergo neque pro Republica.

3 Infertur hinc, non licuisse M. Curtio id, de quo miris laudibus illum extollit gentilitas; qđ, cum media parte fori, vasto, ac repentino hiatu collapsa terra, immensæ altitudinis specum efficeret, neque eam voraginem coniectu terræ populus Romanus explere posset, quæsitisque oraculis, vates responderent, implendum specum, si rem Romanam saluam esse vellent, nullaq; alia re impleri posse, quàm ea, qua plurimum populus Romanus posset: M. Curtius nobilissimus iuuenis, & bello egregius, nullum magis Romanum bonũ, quàm arma prædicans, equo quã maximè poterat ornato insidẽs, armatus in specum se immisit: Referunt Liuius lib. 7. Valerius Maxim.lib.5.capit.6. exemplo 2. Orosi. libro 3. capit.5. Idemque in simili terræ. chasmate, fecisse Egi-

Egiſteum, cum eſſet ab oraculo reſponſum, fore, vt terra non coiret, niſi quod pretioſius eſt in mundo, ibi demergeretur: dicentem, nihil eſſe vita hominis pretioſius, refert Stobæus in ſermone de prudentia. Hos tamen laudat inaduertenter Petr. Gregor. Tholoſa.in Syntagmat. libro 36.cap.22. num.10.

4 Addit (non immerito) Petr. Nauarra, vbi ſuprà, neque etiam licere pro Republicà membrum abſcindere, vnde perpendi poteſt, quid ſentiendum ſit de M. Sceuola, qui brachium in hoſtili foculo comburi paſſus, ab vniuerſa gentium antiquitate miris laudibus extollitur:& quod amplius eſt, Ferdinandus Minchaca vir doctus,& pius, lib.1.controuerſ.Illuſtr.ca.11.nu.27. poſſe credi ait, fuiſſe egregiæ fortitudinis, & tolerantiæ opus,egregiæ virtutis, & conſilij prudentiſſimi, quo Porſenna inuictum animum Romanorum admiratus obſidionem ſolueret:vt euentus poſtea comprobauit. Sed omninò aliud dicendum eſt, licuit enim illi periculo ſe exponere pro patria,ſed poſtea,non licuit brachium comburere, ideò inani gloria mundana motum fuiſſe, ait Auguſtin.libro 5.de Ciuitate Dei. cap. 18. Ita verius tradunt Soto de iuſtitia & iure. libro quinto quæſt.1. artic.3.Aragon in 2.2.quæſtio. 64. art.5. ad vltimum.

5 Eodem modo videtur peccaſſe Pompeius ille, de quo Valer. Max.lib.3.c.3.exemplo 2. in hæc verba. *Pompeij etiam probabilis virtus: qui dum legationis officio fungeretur, à Gentio Rege interceptus, cũ ſenatus conſilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ ad motum digitum cremandum præbuit. Eaque patientia Regi, ſimul & deſperationem tormẽtis quidquam ex ſe cognoſcendi excuſſit, & expetendæ P.R. amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit.* Niſi dicamus, acerbiſſima tormenta minori dolore voluiſſe redimere.

At nullo modo licuit Zopiro, obſidente Babylonem Dario, aures & nares ſibi præcidere, pront fecit,& ad Babylonios ſe trãſtulit, à Dario deformatum ſe clamitans;quos tãdem decepit; & Dario tradidit. Narrant Herodot.lib.3. Iuſtin.lib.1. Licuit tamen Licheti, vt refert idem Herodot.lib.1. accentum illis militibus Lacedemonijs, vt refert Pauſanias li.4.pati, ſe perfictionem damnari, quo deciperẽt hoſtes, & bona fide ſe transfugiſſe, perſuaderent, eorumque conſilia diſcerent, & ſuis proderent. Licuit etiam Sex.Tarquinio filio Tarquinij Romanornm Regis, verbera patris ſpontè perpeti, eadem de cauſa ad Gabinos fugituro; vt referunt Liuius lib.1. Valer.Maxim.lib.7.ca.4.Tametſi factũ Zopiri laudet Petrus Gregor.Tholoſan.par.3.lib.36.c.22. num 6.

6 Secũdus caſus eſt, cum quæritur,

tur, an pro Republica possit quis se offerre certæ & manifestę morti, illā præeligendo. Et ꝙ hoc liceat, videntur velle Soto de iustitia & iure. lib. 5. art. 6. Aragon in 2.2. quęst. 64. art. 5. ad 5. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 46. 49. 57. & seq. & nu. 68. Tiber. Decia. lib. 9. tracta. crimi. c. 2. num. 23.

Pro quibus pōderatur primò, quod ait Horatius lib. 2. Oda. 2. *Dulce & decorum est, pro patria mori.* Et Cicero lib. 2. de legibus. *Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, et quasi cōsecrare debemus: quia carior esse nobis debet patria, quam nosmetipsi.*

Sed facilè respōdetur, pro patria omne periculum subeundū, de quo possit aliquomodo sperari euasio; non autem manifesta mors.

7 Secundò, quia bonum commune est præferendum bono proprio, sed bonum Reipublicæ est bonum commune, ergo pro conseruatione Reipublicę est perdēdum bonum proprium: & ita vita potest manifestæ morti obijci.

Respondet Durandus in 4. dist. 17. q. 6. nu. 7. & 11. quod bonum commune non est præferendum bono proprio, nisi quando in bono communi includitur bonum proprium: alioquin bonum commune est extraneum, vt esset alterius Reipublicæ, in qua non includimur, & bonum extraneum non est præferendum bono proprio; quia amicabilia quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabilibus quæ sunt hominis ad se ipsum. Aristotel. libro 8. Ethicorum cap. 4.

8 Tertiò, ciuis ad rempublicam se habet, tanquam membrum ad corpus, quemadmodum ergo membrum se exponit manifestæ morti, & abscissioni pro salute totius corporis, ita & ciuis exponere se debet pro salute Reipublicæ.

Respondeť primò, quod nō est idem, de membro quoad corpus, & de ciue quoad rempublicam, quia licet soleat ita argumentari ob quandam similitudinem, non tamen per omnia est idem; patet, quia membrum nō potest recedere à corpore, & ciuis posset in aliam ciuitatem migrare: ita respondet Minchaca lib. 1. cōtrouer. Illustr. cap. 13. in fine.

Respondetur secundò, ius totius Reipublicæ esse ciuile, ius autem totius corporis esse naturale, quod est fortius, § fin. Insti tu. de iure natural. gent. & ciuil. ideò, non licet argumentari de toto naturali ad totum ciuile: quia esset de maiori ad minus affirmatiuè: ita sentit Petrus Nauarra d. cap. 3. num. 101.

Respōdetur tertiò, quod pars naturalis non exponit se manifestæ morti, pro defensione totius, sed totum exponit eam partem pro sui defensione, quod non est, quando ciuis se morti obijcit spontè.

9 Quar-

9 Quartò, omnis Christi actio nostra debet esse instructio, c. Deus. 1. q. 1. cap. significasti. de electio. sed Dominus noster Iesus Christus vitam suam posuit pro nobis, vt ipse dixit Ioan. cap. 10. *Ego sum bonus pastor, & animam meam pono pro ouibus meis*. Sicut & prædixerat per Esaiam ca. 53. *Si posuerit pro peccato animam suã, videbit semen longæuum*. & eam posuit certo, & ex intentione, quia in hoc venit ad mundum, vt clarè dixit d. cap. 10. Ioannis. *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso*. Et prædixerat etiam per Esaiam d. cap. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit*. Ergo & nos idem facere debemus, maximè cum hoc esse supremum charitatis gradum, dicat ipse Dominus d. cap. 10. Ioannis. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam*. & c. 15. eiusdem Ioannis. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. Et in indiuiduo, quod ita sit à nobis faciendum, ait Dominus per eundem dilectum Ioãnem, in sua prima Canonic. cap. 3. *In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere*. Et per Paulum ad Ephes. cap. 5. *Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*.

Respondetur, quoad mortem Domini nostri, non intrando illas rationes adductas per Sotum de iustitia & iure. lib. 5. q. 1. artic. 6. colum. 4. sub concl. 3. & Minchac. libro primo controuers. Illustr. ca. 11. nu. 26. ex multis non obstare.

Tum, quia ineffabile illud mysterium est admirandum, non in exemplum humanæ actionis trahendum. c. fin. §. fin. in fi. 4. quæst. 3. cap. petisti. 7. quæst. 1.

Tum, quia Christus Deus & Dominus noster, vt author, & Dominus vitæ potuit de ea facere quidquid voluit; nos autem non possumus. 1

Tum, quia Christus passus fuit ex obedientia, cum ei Pater ita mandauerit, vt ipse dixit Ioan. c. 10. *Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, hoc mandatum accepi à Patre meo*. Et Paulus ad Philippens. c. 2. *Factus est obediens Patri vsque ad mortem*. Et ad Roman. cap. 5. *Sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituẽtur multi*. Notant Augustin. tract. 82. in Ioan. Cyrill. lib. 10. in Ioan. cap. 20. Ambros. lib. 5. de fide. ca. 20. S. Thomas in 3. par. quæst. 47. art. 2. Atquì ex Dei iussione, posse quemquam, non solum certæ morti se offerre, sed etiam positiuè se occidere, sæpius suprà diximus. Aliter respondet Diuus Thomas d. quæst. 47. arti. 1. quod Christus non dicitur fuisse causa suæ mortis directo, sed potius indirectè, quatenus non se defendit, & tolerauit occidi.

Quod verò ad id, quod Ioannes

nes & Paul. aiunt, quod ad exẽplum Christi debemus nos animas ponere pro fratribus, & qđ ipse Christus Dominus ait, maiorem charitatem neminem habere, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Respõdetur, quod tantùm infert, quod debemus id facere, sicut Christus fecit, hoc est quando Deus iusserit: sicut præcepit Domino nostro Iesu Christo, vt dictũ est.

10. Præterea, quando ad exemplũ Dei aliquid nobis iubetur, non dicit æqualitatem, sed similitudinem, prout nos possumus, iuxta illud Matthæi c. 5. *Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est*. nam, *Quis sicut Dominus Deus noster*, Psal. 112. præterea Ioannis cap. 17. de credentibus ait Christus, *Vt sint vnũ, sicut & nos vnum sumus*. & paulò antè, *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ita & ipsi in nobis vnum sint*: Et tamen constat, nolle Christum, vt sint ita vnum omninò, vt sunt vnum diuinæ personæ, explicant Chrysostom. homil. 1. in Ioan. Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 20. ita ergo eodem modo, quãdo dicitur, quod sicut Christus animam suam posuit pro nobis, debemus nos pro proximis animas ponere, nõ intelligitur eodem modo omninò, sed eo modo, quo nos qui non sumus domini vitæ, prout erat Christus Redemptor noster, possumus: hoc est, pericula non recusando, non verò certam mortem amplectendo. Quia animam pro alio ponere, in scriptura significat, se periculo exponere: patet Actorum cap. 15. vbi Apostoli ad fratres, qui erant Antiochiæ & Syriæ, ita scribunt. *Placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nobis Barnaba, & Paulo, hominibus qui tradiderũt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi*. atqui Paulus & Barnabas periculo se obiecerant, non morti certæ, & infallibili, cum adhuc viuerẽt. Et in d. cap. 10. Ioannis dicitur. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*. quæ verba, vt volunt ibi Doctores, ad literam intelliguntur de pastore corporali, vt similitudo adducta per Christũ Dominum constet: qui tamen pastor corporalis, non posset pro ouibus mortem certam oppetere; licet posset se periculo exponere, sicut pro alijs rebus familiaribus. Et Iudicum cap. 5. *Zabulon verò & Nephtali obtulerunt animas suas morti in regione Merome*, de quibus hoc dicit, nõ quia mortui essent, sed quia in bello fortiter periculo se exposuerunt, & vicerunt: vnde sequitur, *venerunt Reges, & pugnauerunt*. Eodem modo intelligitur illud Pauli ad Romanos cap. quinto. *Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori*. Et illud Machabæorum capit. finali. *Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat*.

erat. Et denique illud 1. Petri.c. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.*

11 Contrarium ergo, non licere manifestæ morti se obijcere pro Republica, illam præeligendo, tradunt, & melius, Durand. lib. 4.Sentent.distin. 17. quæst.6. nu. 6.8.9.& 11. Minchaca lib.1.controuers.Illustr.cap.13. num.10.& 11. Ioannes de Lignano in tract. de bello.cap.29. in 16. volumin. tractat.

Probatur primò,ut ait Durād. d.nu.8. quia non est conueniens medium conseruationi Reipublicæ mors ciuium;sed vita,ideò fatuè præeligeretur. Sed hoc iam præsupponitur, quod sit in casu, quo cedat in vtilitatem maximam Reipublicæ; ideò hoc non vrget.

Secundò,idem Durand.ibi nume.9.ait, quia fortitudo non est circa ea,quæ certitudinaliter inferunt mortem, sed solum circa pericula: sed non attingit clauum veri fundamenti.

Tertiò, (& hoc est iugulum) quia, vt patet ex dictis in capit. præceden.conclu.1. nullus actus directo ad mortem tendens potest esse licitus, neque per vllam circumstantiam iustificatur:vt dictum est lib.1.ca.8. sed offerre se certæ,& īfallibili morti,est talis, ergo neq; pro Republica licet.

Quartò,quia qui se offert certæ & infallibili morti, habet intentionem moriendi, neque aliter potest sine implicatione considerari, vt deducimus cap.præceden.nume.6. sed actum agere, intendendo mori, nullo modo licet, vt dictum est in eod.capit. præced.concl.5. ergo neque pro Republica licet.

Alia fundamenta adducit Io. de Lignano vbi supra,& alia adduci possunt ex his,quę diximus supra lib.1. cap.5. & cap.8.

12 Infertur ex hoc,non licuisse illis duobus fratribus Philænis, id, de quo eos laudat Valerius Maxim.lib.5.cap.sexto.exemplo 4.externorum.in hæc verba. *Cum inter Carthaginem, & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad vltimum placuit, vtrinque eodem tempore iuuenes mittere, & locum,in quo ij conuenissent,finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum,Carthaginensium duo fratres nomine Philani perfidia pracurrere, citra constitutam horam maturato egressu, in longius promotis terminis: quod cum intellexissent Cyrenensium iuuenes, diu de fallacia eorum questi, postremò acerbitate conditionis, iniuriam discutere, conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Philani viuos se ibi obrui, passi essent. Sed consilio euentus non respondit, illi enim nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ, quàm vita sua, longiores fines esse maluerunt, benè iacent, & manibus, & ossibus suis punico dilatato imperio.* Hactenus Valerius Maxim. meminere Plinius lib.5.

cap.quarto.Solin.capit.30.

13 Infertur etiam, quod non posset miles, vt hostem præcipitet, se simul cum illo amplexus præcipitare, licet posset poni in periculo, vt præcipitetur, cum hostem præcipitat. Bañes in 2.2.q. 64.art.5.dub.1.

Diuersum dicendum videtur, de facto Gobriæ illius Persæ, qui cum alijs aduersus Magos coniurauit, nam cum vnum eorum abiectum corporis pondere vrgeret, socio plagam inferre dubitanti, ne cum Magum peteret, ipsum vulneraret. Tu verò (inquit) nihil est, quod respectu mei timidiùs gladio vtaris, vel per vtrumque illum agas licet; dum hic quam celerrimè pereat. Referunt Herodot. lib.3. Iustin. lib.1. Valer.Maxim. lib.3.cap.secundo. noluit enim metu mortis desistere ab actu virtutis liberandi patriam tyrannide, non se occidere.

14. An autem licuerit illis duobus iuuenibus Lacedæmonijs, quos Burim, & Spartim vocat Plutarchus in apophthegmatib⁹, Spertien, & Bulim Herodotus lib.7. quod pro patria fecerunt, quæri potest. Hi sponte profecti ad Xerxem Persarum Regem, daturi pœnas, quas Lacedæmonij, iuxta oraculum pendere debebant, cum venissent ad Xerxem, iusserunt, ipsos quocunque modo videretur, interficeret pro Lacedæmonijs: cum Rex admiratus, & pietatem in patriam, & animorum fortitudinem, liberasset eos à pœna, peteretque, vt apud se manerent, qui possumus (inquiunt) hic manere relicta patria, patrijsque legibus, ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri. Cumque Indarnus exercitus Regij dux rogans instaret, diceretque fore, vt in pari honore haberentur, cum his qui inter Regis amicos primas tenebant, in hunc modũ responderũt: videre nobis, ignorare, quàm ingens bonum sit libertas, quam nemo sanus, vel cũ Persarum Regno commutaret. Et quidem dum isti sperarunt omninò occidi, & ex intentione mortem prælegerunt pro patria, ex prædictis apparet, illos peccasse. Verũ fieri potest, quod crediderint, quod euenit, euenturum: & hac spe, non certam mortem, sed dubium periculum subierint, idque ex dicendis in sequenti casu defendi posset.

15 Sic etiam licitum, & præclarum facinus edidit Mamertinus ille Stenius, qui adijt Pompeium omnes Mamertinos interficere destinantem, quod hostium partibus adhæsissent, his verbis. Non ęquũ facis Pompei, qui propter vnum noxium, multos innoxios occidere paras, atquì ego ipse sum ille, qui amicis persuasi, & inimicos coegi, Marianas sequi partes. Referunt Plutarch. & alij. Neque enim ad certam, & indubitatam mortem accessit, quinimò laudato eo, Pompeius om-

omnibus indulsit.

16 Tertius casus est, cum quæritur, an liceat pro Republica periculo se exponere mortis, & affirmandum est licere, etiamsi periculum sit maximum, & morti nimis proximum, dum adsit aliqua spes euadendi, & intentio, & desiderium, si poterit, se tuendi. Et patet, quia tunc est actus directo fortitudinis, quæ maximè versatur circa pericula mortis in bellicis, & tunc prætẽditur victoria, & bonum Reipublicæ, vt finis, pugnare viriliter, vt medium, & si sequitur mors, venit præter intentionem, & contra voluntatem, vt effectus cõsequutiuus: ideò licet ex dictis in cap. præced. conclus. 2. Ita tenent S. Thomas, & omnes in 2. 2. q. 123. art. 5. Soto lib. 5. de iustit. & iure. quæst. 1. art. 6. concl. 1. Durand. in 4. sent. dist. 17. q. 6. Bañes in 2. 2. q. 64. art. 5. dub. 1. & ibi Aragon ad 5. Michael Salon ad 2. Ioannes de Lignano d. cap. 29. Bart. Bald. & Ang. in l. 1. §. bestias. ff. de postul. Anan. nu. 5. & 6. in cap. 1. de torneam. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 10. vers. nono subinde. Minchaca libro 1. controu. Illustr. cap. 11. nu. 30. & & cap 31. num. 12. Plaza de delictis. cap. 23. nu. 7. & passim omnes, est enim hoc in ore omniũ, pro patria moriendum.

17 Hinc infertur, licuisse Eleazaro filio Saura, vt scribitur 1. Machabæor. cap. 6. dum bestiam cæteris eminentem occidere, desiderabat: sub ea intrare, tametsi cadens bestia oppressit eum, & mortuus est. Laudat eũ Ambros. lib. 1. officior. cap. 40. & inter eũ, & Samsonem differẽtia est, quod Eleazarus non intendit mori, Samson intendit.

Sic licebit cuicunque, periculosiori loco pugnæ se committere, ascendere murum, tormenta sulphurea non declinare, & quodcunque munus militię obire, tametsi mors præ oculis oberret. Licuitq; Cynægiro Atheniensi, quod referunt Herodot. lib. 6. & Iustin. lib. 2. in hęc verba. *Cynægiri quoque militis Atheniensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est, qui post prælij innumeras cædes, cum fugientes hostes ad naues egisset, onustam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisit quam manum amitteret. Tum quoque amputata dextra, nauem sinistra comprehendit: quam & ipsam cum amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo virtutem fuisse, vt non tot cædibus fatigatus, non ambabus manibus amissis victus, ad postremum truncus, & veluti rabida fera dentibus dimicauerit.* Idem euenisse Caio Attilio Romano Iulij Cæsaris militi, referunt Sueton. in Iulio. capit. 68. Valer. Max. lib. 3. cap. 2.

18 Infertur etiam, licuisse Horatio Cocliti, Etruscis in vrbẽ ponte sublicio irrumpentibus, postquã pugnã sustinuit, donec post tergum suũ pons fuit abruptus, armatum in Tiberim se mittere;

prout fecit: & siue debilitatus est, vt ait Dionys. lib. 5. siue incolumis euasit, vt aiũt Valer. Max. lib. 3. c. 2. exemp. 1. & Liuius lib. 2. euasit tamen. Pręcipitare namque se de ponte, cum spe euadẽdi, licet. cap. ex parte. el 2. de sepult. & ibi Glos.

19 Sic etiam licuit Leonidę Spartano, cum paucissimis militibus ad Termopilas Persis se opponere, tametsi tam certum erat periculũ, quod euenit, quod Ephoris interrogantibus quid rei facere statuisset, nihil aliud, respõdit, quam verbo tenus impediturus barbarorum transitum, sed re vera pro Graecis moriturus. Dicentique, quod cum paucis aduersus multos conflicturus esset, ait, imò multos duco, vt morituros: & in re milites, ita adhortatus est, ita prandete commilitores mei, tanquam apud inferos cœnaturi. Refert Plutarch. in apophtheg. Iusti. lib. 2. Quia videbat periculum, agnoscebat, nec recusabat; nolebat tamẽ mori, si posset, sed non difugiebat periculum amore vitæ, quinimò aggrediebatur amore patriæ.

20 Liceret pariter apud Locros, periculo nouæ legis ferendæ se submittere, apud quos, lege à Zaleuco lata, qui aduersus instituta maiorum, & leges publico vsu approbatas, nouarum legum authorem esse volebat, collo in laqueũ inserto illas ferebat: vt si displicerent, stricto laqueo periret. Refert Demosthenes contra Timocratem, è nostris Corrasi. nume. 4. in l. 2. ff. de constitut. princip. Idem apud Thurios in legum emẽdatione fuisse obseruatum., ex Diodoro Siculo libro 12. Bibliothecæ. ait Tiraquel. l. 7. connubiali. num. 31. Sic & Athenienses capitale esse decreuerunt, si quis de vendicanda insula Salamina legem tulisset, Solonq. dementia simulata, persuasit: vt ait Iusti. lib. 2. Hoc ergo periculum pro vtilitate publica quisquam subire posset.

21 Sed & adesse patronum patriæ suæ cum periculo vitæ, licitum esset: exemplum præstat Iosephus lib. 13. antiqu. Iudaicar. c. 6. Qui refert, cum Alexandriæ, inter Iudæos, & Samaritanos, vsque ad seditionem orta fuisset contentio de templo: Iudæis Hierosolymitanum, Samaritanis quod in monte Gazirim Alexandri temporibus ædificarant, defendentibus: Ptolomæum Philometorem voluisse, vtriusque partis aduocatos cum capitis periculo de controuersia dicere. Pro Samaritanis dixere Sabæus, & Theodosius, pro Iudæis Andronicus, summa attentio, summa expectatio fuit, superior tamen, vt oportuit, euasit Andronicus. Ptolomæus pronunciauit, templum Hierosolymitanũ verè Mosaicum videri, itaque Sabæum, & Theodosium mori oportere.

22 Inde Bart. nu. 6. in l. 1. §. remouet. ff. de postulan. ait, quod ille qui locat operas suas, vt ascendat

dat in arborem multũ altam ad colligendos fructus, non est infamis, quia fit gratia vtilitatis publicæ: & eodem modo, qui vadit per turres ad capiendas aues, Ang.in ead.l.§.bestias. numero 3.& 4. idem ait, adiungẽs, idem esse in magistris ascendentibus cacumina ædificiorum pro ipsis reficiendis:& constituit regulam generalem, quod omnis actus, qui fit ad publicam vtilitatem, licet aliàs sit reprobatus, tamen commendabilis est:& ait,

23 quod si aliqua fera deuastaret prouinciam, licitum esset, cum ea pugnare pro liberanda prouincia, nam ita fecerunt Diuus Georgius, & beata Martha quæ tamen potius oratione, quàm pugna vsa est: sequitur Anania numero 5.& 6.in capit.1.de torneamentis.

24 Ex hac publica vtilitate defendi potest, non peccare eos, qui sumunt venenum ad experiendam theriacam: qua in re Nauarr.in Manuali. cap.15.num. 8.ait, ante factum se consulturũ, ne fiat,eo quod,satis experimenti potest sumi in brutis, post factum,se non audere,recedere ab opinione eorum, qui putant, si legitimè fiat, abesse peccatum: idem volunt Nauarra lib.2.de restitut.capit.3.num.83. Ludouic. Salon in 2.2.quæst.69.articulo 4. controuers.4.

25 Quartus casus est,cum quæritur, an liceat pro Republica periculo mortis se obijcere, cũ intentione moriendi, & non euadendi; & dicendum est non licere,per adducta in cap.præced. concl.5. quia tunc mors propria est volita, quod non licet,ita tenent Durand. & Ioan.de Lignano vbi supra.

26 Vnde sequitur, peccasse vtrũque Decium, patrem, & filium, qui pro exercitu se deuouerunt, concitatis equis in hostes irruẽtes, salutem Reipublicæ, & sibi mortem imprecando: vt referũt Valerius Maxim. lib.5. capit.6. exemplo 5.& 7. Liuius libro 10. & alij. Tametsi eorum facta pluribus argutijs commendare nitatur Laurentius Valla lib. 2. de volupt. & inaduertenter probet Decianus lib.9.tract. criminal.c. 2.num.23.

27 Infertur etiam, non licuisse Codro Regi Atheniensium, id, de quo eum cõmendãt Velleius Patercul.lib.1. Iustin. lib.2. Pausan.lib.7.& Valer.Max.lib.5.c.6. exemplo 1. externo. in hæc verba. *Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilij, ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perque legatos sciscitatus est, quomodo illud tam graue bellum discuti posset. Respondit Deus, ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem, non solum totis Atheniensium castris, sed etiam contrarijs percrebuit, eoque factum est, vt ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognouit,* de-

depositis insignibus imperij, familiarem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obiecit, vnumque ex his falce percussum, in cædem suā compulit; cuius interitu, ne Athenæ occiderent, effectum est. Meminit Igneus in l.1.§.iuxta hoc tamen. nu.33.ff.ad Syllania. tametsi Codrum,& Decios laudet Petr.Gregor. Tholosan.lib.36.cap.22.numero 10.

Isti enim egerūt actum,qui de se potuit esse licitus, si fuisset factus cum intentione euadendi, sed quia voluerunt perire,illicitè fecerunt, & videntur directò se occidisse. Potuerunt enim cū hoste congredi, dēsiori inimicorum agmini se offerre, periculū non fugere,mortem non recusare,non tamen mortem accersere, & nolle saluari. Itaq; licuit Cal
28 licratidi Spartano, cum apud Arginussas nauali pugna cum Atheniensibus esset cōflicturus, aruspici nūtianti, exercitui quidem portendi victoriam, Imperatori mortem respondere, haud penes vnum sunt res Spartæ, me siquidem mortuo, nihilo deterius habitura est patria,sed si cessero hostibus, aliquid decedet patriæ: & Cleandro pro se duce designato naualem conflictum aggredi. vbi pugnando interijt. Refert Plutarch. in apophthegmat.

29 Vltimus casus est, cum quæritur, an possit quis, negatiuè pati mortem pro Republica, & dicendum est posse, imò debere, per adducta in cap. præcedenti, conclus. 4. Vt si miles nollet fugere,neque stationem deserere, & potius permitteret se occidi: si castri custos, etsi fame periret nollet castrum inimicis tradere: quia tunc isti, nullo modo volūt mortem propriam,neque vt medium, neque vt finem, quinimò vellent seruari, sed præter eorū intentionem aduenientem mortem tolerant inuiti: ne desistant ab actu virtutis. De hoc est textus in l.6.titulo 18.partita 2 ibi. *E si acaeciese que gelo cercassen,o gelo combatiesen, deuelo amparar basta la muerte, e por tormentar, o ferir, o matar la muger, o los fijos, o otros omes qualesquier, que amase, ni por ser el preso,ni atormentado, o ferido de muerte, o amenazado de matar, ni por otra raçon que ser pudiese, de mal o de bien que le ficiesen, o le prometiesen de facer, non deue dar el castillo, ni mandar que le diesen.*

30 Idē habetur in l.2. eod.tit.ibi. *Ca maguer natural cosa es,de auer los omes miedo de la muerte, pero pues que saben, que por ella han de pasar, ante deuen querer morir, faciendo lealtad, y derecho, e dar a los omes raçon verdadera de los loar despues de su fin, mucho mas que quando eran viuos, e dexar otrosi a su linage buen prez, e buena fama, e carrera abierta, para que los Señores con quien vi uieren,ayan debdo deles facer bien,y honrra,e de fiar siempre en ellos, que mostrar luego couardia, por que sean tenidos por malos.*

31 Quarum legum decisio confirmatur

matur ex alia singulari, quæ vult, quod castellanus potius debet proprium filiũ manducare, quàm castrum inimicis tradere. l. 8. tit. 17. parti. 4. ibi. *Ca segun el fuero leal de Hespaña seyendo el padre cercado en algun castillo, que tuuie se de señor, si fuese tan cuytado de fambre, que no tuuiese al que comer, puede comeral fijo sin mala estança, ante que diese el castillo sin mandado de su señor.*

32 Idem esset, si quis ab hostibus captus, compelleretur in Christianos arma cõtorquere, aut bõbarderius tormenta sulphurea mittere sub pœna mortis, posset enim tunc, imò deberet, potius sinere se occidi, quàm talia facere.

33 Ita etiam, quod captiui apud Turcas, potius debeant pati mortem, quàm remigare in triremibus eorum venientibus contra Christianos: tradunt Nauarr. in Manuali. cap. 27. num. 63. & in c. ita quorũdam. de Iudæis. notab. 11. nume. 10. cum seq. Molina de iustit. & iure. tract. 2. disput. 115. Toledo in Summa lib. 1. cap. 24. qui aiunt, non esse excommunicatos, sed peccare mortaliter. Quos tamen excusare conantur Cordoua quæst. 137. Azor. par. 1. Instit. moral. libr. 8. cap. 25. q. 17. constat autem eos piè facturos, si potius velint occidi, quàm remigare.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Pro Rege non licet se occidere, neque manifestæ morti se ex intentione obijcere.*
2 *Vasallus tenetur vitam propriam anteponere vitæ domini.*
3 *Desilire in mare, vt Rex in naui saluetur, non licet.*
4 *De Antinoo, & Hadriano.*
5 *Pro Rege quilibet tenetur se periculo vitæ exponere.*
6 *Equum dare Regi in pugna, & remanere in periculo, licet.*
7 *Comes Rodericus Cisneros de Giron laudatur.*
8 *De his qui aquam hauserunt ex cisterna Bethlehem, & attulerunt ad Dauid.*
9 *Seruus non potest vitam domini anteponere vitæ suæ, debet tamen pro eo quodlibet periculum subire.*
10 *Lex Euangelica præualet etiam in foro exteriori.*
11 *De seruo Vrbini, liberto Demosthenis, & similibus.*
12 *De Harmonia Gelonis Regis filia, & eius famula.*
13 *Liberi homines, pro his quibus sub mercede seruiunt, cui periculo possint se exponere.*
14 *Pro parentibus non licet certæ, & infallibili morti se obijcere.*
15 *Sed cuius periculo mortis, etsi graui se opponere, filij & possunt, & debent.*
16 *De duobus egregijs filiorum paribus.*
17 *De quodã præclaro iuuene Toletano.*
18 *Pro filijs, vxoribus, maritis, propinquis, quod periculum subire liceat.*
19 *De vxoribus, quæ remanendo in carceribus, maritos fugere fecerunt.*
20 *Sugere vulnera venenata mariti licet.*

Filium

CAPVT III.

Pro Regibus, parentibus, filijs, vxoribus, maritis, propinquis & amicis quod periculum ſubire liceat.

1 EAdem reſolutio quæ in Republica, habet etiam locum in Rege, capite Reipublicæ, pro quo ſe occidere, aut mortem ſuam poſitiuè velle, vel ex intentione manifeſtæ & certæ morti ſe obijcere, non licet. Ideò tradunt communiter Doctores, vaſallos debere anteponere vitam ſuam vitę domini, & ita non debere, illũ obiectu corporis liberare, & defendere: cum neque illum defendere debeant contra ſe ipſos. cap. petitio. de iureiurando. ita notant
2 Bald. num. 4. Roman. num. 2. Cuman. num. 1. Alberic. num. 2. in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Senatuſconſult. Syllani. Gl. verbo debet. Andręas de Iſern. num. 4. Bald. num. 8. Aluarot. num. 6. in cap. 1. quib. mod. feud. amitta. Gl. verbo potuerit. Andr. de Iſern. num. 5. Aluarot. num. 4. in cap. fina. de alienat. patern. feud. Grammati. deciſ. 18. num. 7. & conſ. 13. num. 32. & conſ. 31. num. 38. Ferdin. Loazes qui plures alios citat in allegatione ſuper oppido de Mula. fundamẽto 3. pro Marchione de los Velez. num. 35. pag. 174. Minchaca qui ab eo ſumpſit, lib. 1. cõtrouerſ. Illuſtr. cap. 11. num. 5. Ripa de Peſte. titu. de remedijs ad conſeruandam vbertatem. num. 254. Gregor. Lopez. gloſ. 6. in l. 2. tit. 19. & glo. vlt. in l. 4. tit. 27. par. 2. & gl. 4. in l. 5. tit. 21. par. 4. Petr. Surd. deciſ. 3. num. 21.

Tametſi contrariũ, imò quod debeat vaſallus ſalutem domini anteponere ſaluti proprię, voluerit Gl. verbo ſaluti. in d. §. hoc autem. & ibi teneãt Ang. & Igneus qui multum inſiſtit, & num. 16. extendit ad quemcumque ſubditum.

3 Infertur ex hoc non eſſe verũ, quod ait Aragon in 2. 2. quæſtio. 64. art. 5. arg. 4. quod ſi ſeruus eſſet cum Rege in naufragio, eſſetque nauicula, quæ vtrunque ſuſtinere non poſſet, licitum eſſet ſeruo, deſilire in mare, ſine ſpe euadendi, vt Regem à morte ſeruaret. In quo videtur alluſiſſe Aragon ad factum nobilium

Perſa-

Persarum, qui, quò Xerxes saluaretur, in mare desiluerunt: vt refert Herodotus lib. 8. Non inquã verum est hoc, quia esset positiuè, & ex intentione se occidere, quod neque pro Rege, neque ex vlla circumstantia licet: vt sæpè dictum est.

4 Ac multò magis detestanda est adulatio, infanda Antinoi illius eximiæ pulchritudinis pueri, quem Hadrianus Imperator habuit in delicijs, qui, cum Hadrianus magiæ deditus, ad quasdam magicas operationes indigeret anima hominis, qui spontè occubuisset, voluntariam mortem oppetijt: vt retulerunt Dio, & Spartianus in Hadriano, Eusebius in Cronico. Neque minus impiam vicem retulit Hadrianus, Antinoum in Deum consecrando: quod meritò derident Eusebius libro 4 histor. cap. 10. Origen. contra Celsum. libro 3. Hieronym. in cap. 2. Isaiæ. & lib. 2. contra Iouinian. Chrysostom. homil. 27. in cap. 2. ad Corinth. & homil. 66. ad popul. Antioch. pulchrè Prudentius libro primo contra Simachum. & alij alibi.

5 Posset autem, imò tenetur quilibet vasallus, vitã suam cuiuis maximo, & vrgentissimo periculo cum intentione, & spe euadendi, pro saluando Rege opponere: quod neminem dubitare, ait Soto de iustitia & iure. lib. 5. quæst. 1. artic. 6. conclus. 3. propè fin. tex. in l. 9. tit. 9. parti. 2. ibi. *Por que ellos siempre deuen estar aparejados, a poner los cuerpos a vida o a muerte por el Rey.* tex. in l. 3. tit. 29. eadem parti. 2. ibi. *Mas aun auenturar el cuerpo a muerte, o a prision para sacarlo.* tex. in l. 4. titulo 24. parti. 4. ibi. *E recebir buena muerte por los señores, si menester fuere.*

6 Quemadmodum, si quis in bello de equo suo descẽderet, & Regi daret, tametsi ei infra hostes, & in loco periculis pleno, & morti admodum propinquo remanendum esset: de quo meminit tex. in l. 4. tit. 27. part. 2. ibi. *Dandole su cauallo, si se le vuiese el suyo muerto.* Opinor Regem Alphonsum meminisse præclari illius facinoris, cum comes Don

7 Rodericus de Cisneros postea, dictus delos Girones Regi Alphonso sexto, cui equus in bello fuerat occisus, propriũ equũ obtulit, & propriam vitam in maximo discrimine relinqui voluit, vt Rex saluus fieret. Referunt Mexia in Nobiliario libro 2. cap. 16. Hierony. Gudiel. cap. 3. historiæ delos Girones. Otalora de nobilit. par. 2. cap. 4. num. 8.

8 Imò amplius videtur, quod etiã pro delicijs Regum licitis, & concessis, liceat se periculo exponere, nam tres illi fortissimi viri, quia aquam ex cisterna Bethlehem cum magno vitæ periculo hauserunt, & ad Dauid attulerunt, laudantur. 2. Reg. capit. 23. & 1. Paralipom. cap. 11. & à Iosepho lib. 7. antiqui. c. 10. verba tex. ex libro Regum hęc sunt.

Porrò

Porrò statio Philisthinorum tūc erat in Bethlehem. Desiderauit igitur Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quę erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere, sed libauit eam Domino dicens, propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc, num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Rupertus Abbas de Trinitate. & oper.eius.lib.2. cap.37. hos tres virtutibus animi Ioab præcessisse dicit. Gregor. etiam eos laudat in Registro.lib.9.cap. 36.neque in hoc casu videtur dubitandum, nam qui pro delicijs Regū se ipsum periculo exponit, re vera pro gratia Regis adquirenda, vnde status sui exaltatio, & dignitatis bonorumque maximorum acquisitio resultat, se ipsum periculo exponit.

Constat etiam ex prædicta resolutione, quod tametsi iura ciuilia voluerint, seruum teneri pro salute domini, vitā suam negligere, & mori, eumque defendere obijciendo corpus inter ipsum, & vulnerantem: tex. in l.1. § hoc autem, ff. ad Syllan. ibi. *Serui, quoties dominis suis auxilium ferre possunt, non debent eorum saluti suā anteponere.* & in §. tulisse eiusdem legis. ibi. *aut si corpus suum obiecit, vel aliàs corpore suo auxiliū tulit.* l. cum dominus 19. eod. tit. ibi. *Cum dominus occiditur, auxiliū ei familia ferre debet & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis.* Quę verba transcripsit l. 16. tit. 8. parti. 7. ibi. *Amparando los con las manos, o con armas, o poniendose en medio de aquellos que los quieren matar.* text. in l. 5. titu. 21. parti. 4. ibi. *Deue accorrer a cada vno de ellos, e morir por ellos, por escusarlos de muerte, o de deshonrra.* Et ita notant omnes suprà citati, & dicit mirabile Mantua singul. 1. nu. 7.

9 Tametsi inquam, ita voluerint iura ciuilia, quæ Deum verū non cognouerunt, neque præceptum suum, quo prohibet se ipsum occidere, & leges Partitæ, quæ vbique ius commune transcribunt, aliter re non discussa, ita etiam

10 transcripserint, lex tamen Euangelica (quæ omnibus præponderat, etiam in foro contentioso, Glos. verbo eloquiorum. in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. cogitatio. collat. 2. Bal. num. 6. in Authen. ad hæc. C. de vsuris. Iason in l. 1. nume. 32. ff. si cert. petat.) contrariū vult. Ideò ita accipiēdum est, vt liceat, imò debeat seruus, se cuicunque periculò pro domino exponere, nō tamen certam, & præcognitam mortem pro salute domini sponte, & ex intentione subire.

11 Itaque decātati illius serui factum, de quo Macrobius libro 1. saturnaliorum. cap. 11. App. lib. 4. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 8. & alij s. ibi. lege Christiana probari non

ri non potest. Res sic se habet. Vrbinus ciuis Romanus, cum iussus occidi, in Reatino lateret, latebris proditis, vnus ex seruis annulo eius & veste insignit[a], in cubiculo, ad quod irruebant, qui persequebantur, pro domino iacuit, militibusque ingredientibus ceruicem præbuit, & ictum tanquam Vrbinus excepit: Vrbinus postea restitutus, monumentum ei fecit, titulo inscriptionis, qui tantùm meritum loqueretur, addito.

Sed Esopus libertus Demosthenis, qui diutissimè tortus, perseuerauit non prodere patronũ: seruus M. Antonij oratoris, serui Antij Restionis, & alij, qui tale quid fecerunt, de quibus Valer. Macrob. & Appi. vbi suprà, non solũ potuerũt id facere, sed egregia etiã laude digni sunt; quidquid enim non est, mortem ex intentione velle, & arripere, pro domino faciendum est.

12 Pariter, quod egerunt Harmonia Gelonis Regis filia, & eius famula, defendi potest. Rem narrant Liuius lib. 24. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2. in hæc verba. *Muliebris fortitudinis exemplo, æquè fortem duarum puellarũ casum adijciã. Cum pestifera seditione Syracusarũ. tota Regis Gelonis stirps euidentissimis exhausta cladibus ad vnicam filiam Harmoniam esset redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret, nutrix eius æqualem illi puellam Regio cultu ornatam hostilibus gladijs obiecit, quæ nec cum ferro quidẽ trucidaretur, cuius esset conditionis edidit. Proclamauit admirata illius animum Harmonia: & tantæ fidei superesse non sustinuit: reuocatosque interfectores, professa quænam esset, in eadem suam conuertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas, aperta finis vitæ fuit.* Et inter seruum Vrbini, & famulam Harmoniæ eam constituo differentiã, quod Vrbini seruus ipse sese obtulit, & voluit occidi, famula Harmoniæ ab alia oblata, tãtum noluit dominam prodere, etsi cum periculo suæ vitæ, quod licet, ex adductis suprà lib. 1. cap. 17. nu. 17.

13 Eodem modo intelligendum est, quod tradit Bald. numer. 21. ad fin. in l. 1. C. vnde vi. Quod liberi homines possunt se morti exponere, pro dominis, quibus sub mercede seruiunt si volunt, tamen non coguntur. Et sequuntur Montaluus verbo a corriendo a su señor in l. 1. tit. 17. lib. 4. fori. Gregor. Lopez. gloss. 1. in l. fin. tit. 8. part. 7. & glos. 4. in l. 5. titu. 21. part. 4. quia verum est, qđ periculo mortis se poterunt exponere, non autem certæ, & infallibili morti se obiicere.

14 Pariter, neque pro parentibus licebit, se infallibili morti obiicere: vti ait Petrus Nauarra d. libro 2. de restitut. cap. 3. num. 58. Nam si non licet pro Republica, ergo neque pro parentibus, quibus Respublica præfertur: l. mini mè. ff. de religios. & sumptibus funer. & citati à Ceuedo collect. 20. num. 4. part. 1.

15 Sed liceret cuicunque, etiam grauiſſimo periculo mortis ſe offerre pro parentibus, imò eſt officium debitum: Soto lib. 5. de iuſtitia & iure. quæſt. 1. artic. 6. ſub concluſ. 3. Minchaca lib. 1. controuerſ. Illuſtr. cap. 11. nume. 33. & ſeq. & ſentiunt omnes relati, & referendi, & alij paſſim. Et iuxta hanc reſolutionem intelligendi ſunt Menochi. lib. 3. præſump. 29. nume. 19. Cenedo d. collect. 20. num. 1. ad fin. tradentes, filios pro patribus mortem pati debere: ex Cicerone pro Roſcio Amerino dicente. *Etenim ſi id quod præclarè à ſapientibus dicitur, vultu ſæpè læditur pietas, quod ſuppliciū ſatis acre reperietur in eo, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant.*

16 Patet hinc, eximium virtutis exemplum præſtitiſſe duo illa filiorum paria, de quibus Valeri. Max lib. 5. cap. 4. exemplo 4. externorum. in hæc verba. *Notiora ſunt fratrum paria, Cleobis & Byton, Amphinomus & Anapus, illi, quod ad ſacra Iunonis peragenda matrem vexerunt, hi quod patrem & matrem per medios ignes Aethnę portarunt. Sed neutris pro ſpiritu parentum expirare, propoſitum fuit.* Hactenus Valer. Celebrauit Virgilius pietatem Aeneę, qui patrem per media Troiæ incendia ſuſtulit.

17 Cæterum, quid de illo præclaro iuuene Toletano dicemus? de quo Rodericus Sanctius Epiſcopus Pallentinus hiſtoriæ Hiſpanicæ part. 4. c. 16. de Rege Petro loquens ſcribit in hæc verba. *Tandem inter eos, quos Petrus ea die neci dedit, aurifabrum quendam probum, & antiquum virum iugulandum decreuit, cuius filius pietate naturali motus, Regi Petro ſupplicauit, ne patrem innocentem occideret, aut eundem filium loco patris morti ſubſtitueret. Petrus verò, vt erat totus ſæuus, iraque repletus, iuſſit patrem liberari, & filium inſontem interfici.* Non dubium eſt, ſi certo ſciuit ſe occidendum, & animum habuit pereundi, peccaſſe iſtum filium, & impia pietate vſum: ſin autem credidit, ſe non occidendum, ſed tam inſigni pietate permouendum Regem, vt olim Dionyſius pro Damone & Pythia, ac ita non certam ſubiit mortē, ſed magnū illius periculum, ſi Rex, quod euenit, naturali ſæuitia ſtimulatus in aſperiora prolaberetur, forſan defendi poſſet. Meminerunt de eo Gariuai lib. 14. cap. 31. Palat. Rubi. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. not. 3. §. 3. num. 6.

Nota eſt etiam pietas filiarū, quę patres carceribus detentos, & ad inediam dānatos vberibus aluerunt: de quibus Valerius Maxim. vbi ſuprà. Plinius lib. 7. cap. 36. Solin. cap. 7. Higin. cap. 254. vbi de Xantipe filia & patre Mycone, periculum ſi ſeuiret in eas magiſtratus, ſed quod pro patribus ſubire debuerunt.

18 Idem de filiis, maritis, vxoribus

bus, & cæteris propinquis dicendum est: vt pro eis non liceat, certæ, præcognitæ, ac necessariæ morti se obijcere, liceat verò quodcunque subire periculum: vt signanter tradunt Soto vbi suprà, & Minchaca d.ca.11. nu.34.

19 Quocirca apparet, eximiæ virtutis exemplar præstitisse fœminas illas, quę maritos carceri mācipatos inuisentes, commutatis vestibus eorum loco remanserūt, deceptisque custodibus, viros fecerunt euadere: licet in periculo graui remanserint. Cuiusmodi Minyæ fuerunt, apud Strabonem libro 8. Plutarch. de claris mulier. Polyen.lib.7. stratagem. Valer.Maxim.lib.4.cap.6. & domina Sāctia filia Regis Legionis vxor Ferdinandi Gonzalez Comitis Castellæ, ac aliæ, quarum è nostris meminit Palatios Rubios in Rubrica de donatio. inter vir.& vxor.§.32. num. 8. & §. 50.num.24. quas non esse puniēdas pœna ordinaria, aiunt Anto. Gomez.tomo 3.vari.cap.9.num. fin. Farinac.quæst.30. nume. 118. & quæst 32.nu.79. Et ipse verius affirmo, excusari prorsus ab omni pœna, cum Floriano in l.liber homo.la 2. numer.4. ff.ad legem Aquil. Montaluo verbo marido fuera dela tierra. in l.11.tit.1. libro tertio fori. & Auiles. in cap. Prætorum, capit.decimooctauo. verbo carçel.num.32.

20 Liceret etiam vxori, venenata vulnera mariti suggere, pro salute illi reddenda, tametsi non sine magno periculo suo facere posset: quod fecisse dicitur quædam infans Hispaniæ vxor Eduardi principis Angliæ: vt refert Roderic.Sanctius 1.par.cap.4.& Palat.Rub.vbi suprà.

21 Apparet è contra, non licuisse illi patri, de quo Quintilian' declamat.11.cum eius filius ad supplicium peteretur, se offerre, illum vicaria morte seruaturum: nisi eum eodem modo, ac prædictum Toletanum iuuenem excusemus.

22 Diuersum est in altero illo patre, de quo Andræas de Isern. in capit. primo. §.publici latrones. ad fin. de pace tenenda. Qui, cum accusarentur ipse, & filius homicidij, certumque esset, alterum eorum facinus perpetrasse, sed vter fecisset incertum, & Carolus Secundus Imperator iussisset filium suspendi, vt illum à morte vindicaret, & in se pœnam conuerteret, crimen fassus est: & ideò liberato filio, fuit suspensus: vt etiam tradit post alios Tiraquellus in præfatione. l. si vnquam. numero 8. C.de reuocan.donat. Hic enim, si verè ipse occiderat, potuit, imò cum iam esset inquisitus, debuit, crimen confiteri; sin autem falsum confessus fuit, nulla ratione videtur posse excusari, cum aliàs non liceat, pro saluanda vita sua, vel alterius mentiri: Sanctus Augustinus libro de mendacio. ca. 6. & 17. & super illo versu Psal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

R

ducium. cap. ne quis arbitretur. cap. faciat homo. cum cap. sequ. 22. quæst. 2. Et falsum crimen sibi imponere, ex quo venit imponẽda pœna mortis, peccatum est mortale: cap. si non licet. 23. quęs. 5. quod latius tradimus infrà cap. 12. num. 15. Tametsi contrarium discrtè doceat Soto de ratione tegendi secretum. membro 1. quæst. 3. conclus. 6. vbi ait, non peccare mortaliter eum, qui sibi imponit falsum crimen, vt seruet vitam patris, & pœnã eius capitis in se transferat, si facit sine iuramento, & scandalo: quod nulla ratione defendi potest.

23 Denique eodem modo definienda est illa antiqua controuersia, an pro amicis liceat vitã exponere, & dicendum est, non licere certam & infallibile mortem oppetere pro saluando alio: quia tunc esset mors propria volitat directo, & de per se, tametsi vt medium saluandi amici, quod non licet: vt dictum est. Ita tenent S. Augustinus de mendacio. cap. 6. Paludan. in 4. distin. 15. quæst. 3. artic. 2. Durandus in 4. distinct. 17. quæst. 6. num. 19. S. Bonauentura in 3. distinct. 29. q. 5. Petrus Nauarra dicto lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 41. vbi latè probat, Minchaca d. c. 11. nu. 26. in fine.

Tametsi contrarium sentire videantur Bañes, Aragon, Gregorius de Valentia, & quidam ex infrà citandis: quorum traditio ex adductis duobus capitibus superioribus cõfunditur: Neq; enim alia fundamenta adducunt, quã ea, quibus in cap. præceden. in quæstione de Republica respondimus: insuper Gregor. de Valentia videtur sibi contrariari.

24 Hinc sequitur, non licuisse Pyladi, & Oresti, vnumquemque se alterum confingere, vt eo occiso, alter seruaretur: quia ex intentione propriã mortẽ volebant, vt medium saluãdi amici: de quibus Ouid. lib. 3. de ponto. sic ait:

Ire iubet Pylades charum periturus Orestem,
Hic negat, inq; vicem pugnat vterque mori.
Extitit hoc vnum quod non conuenerit illis:
Cætera pars concors, & sine lite fuit.

Ita sentit S. Augu. lib. 4. cõfessio. c. 6. & tradit Nauarr. d. c. 3. nu. 5.

Contrarium velle videtur Gregor. de Valentia tomo 3. disput. 3. quæstio. 4. puncto 3. assert. 3. versic. dixi autem: vbi ait, non licere hoc ex charitate, sed licere si fiat non amore vitæ amici, sed amore virtutis amicitiæ.

Sed fallitur Gregor. de Valentia, quia neque pro fide, neque pro qualibet virtute licet se occidere, vt abunde probatum est lib. 1. cap. 8. Quod si pro virtute amicitiæ liceret, pro saluanda amici vita liceret. Neq; subsistit illud sophisma, non licet ex charitate, sed licet amore virtutis amicitiæ; fieri enim potest, quod id, ad quod non tenemur

mur ex charitate, teneamur alijs respectibus, sed quod id, quod non licet ex charitate, alia ratione liceat. Fieri non potest: quod enim non licet, nunquam licet. Adde maioris efficaciæ, & altioris ordinis virtutem esse charitatem, quàm amicitiam: & quod ob amicitiam nihil iniustum fieri potest. Ambrosius lib. 3. officior. cap. 16.

25 Licet tamen, & magnæ perfectionis opus est, pro amicis periculo mortis se exponere, cum spe euadendi; quia tunc nullo modo est volita mors, neque vt finis, neq; vt medium, sed si euenit, toleratur vt effectus ab inuito, qui nollet mori, non vult tamen desistere ab actu virtutis timore mortis. Ita tradũt S. Thom. in 2. 2. q. 26. artic. 5. ad 3. Soto de iustit. & iur. lib. 4. q. 2. art. 3. & lib. 5. q. 1. art. 6. Michael Salon in 2. 2. sub q. 61. in tract. de dominio q. 3. art. 2. concl. 4 ad 3. Aragon latè in 2. 2. quæst. 26. artic. 4. in dubio 3. & ibi Bañes, & ante hos Diuus Augustin. lib. de amicitia cap. 10. Minchaca dicto num 26. Durandus dicto numero 12. Victoria in relectione de homicidio. numero 24. Nauarra dicto c. 3. num. 49. Martinus Nauarrus in Manuali. cap. 17. num. 87. quorũ aliqui, tametsi generalius videãtur loqui ad hanc distinctionem reducendi sunt, cum alioqui decipiantur.

26 Apparet hinc licere Christiano, quælibet tormenta pati, ne prodat proximum. Augustinus libro de mendacio: cap. 13. ita scribit. *Quanto ergo fortius, quanto excellentius dices, nec prodam, nec mentiar. Fecit hoc Episcopus quondã Tagastensis ecclesiæ, Firmus nomine, firmior voluntate. Nam cum ab eo quæreretur homo iussu imperatoris, per apparitores ab eo missos; quem ad se confugientem, diligentia, quanta poterat occultabat: respõdit quærentibus, nec mentiri se posse, nec hominem prodere, passusque multa tormenta corporis; (nondum enim erant Imperatores Christiani) permansit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductus, vsqueadeò mirabilis apparuit, vt ipsi homini, quem seruabat, indulgentiam sine vlla difficultate impetraret.*

27 Perpendi potest ex prędictis, an licuerit Damoni, aut Pythię, (quisquis eorum fuit) periculum illud subire, remanendi alterum vadem pro altero: quod refert Valer. Maxim. lib. 4. cap. 7. exemplo 1. extern. in hęc verba. *Damõ & Pythias Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt, vt cum alterum ex his Dionysius Siracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo quo priusquam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetrauisset: alter vadem se pro reditu eius tyranno dare, nõ dubitauit. solutus erat periculo mortis, qui modo ceruices gladio subiectas habuerat, eidem caput suum subiecerat, cui securo viuere licebat. Igitur omnes, & inprimis Dionysius nouã atquę ancipitis*

rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, neque illo redeunte, vnusquisque stultitiæ tam temerarium sponsorem damnabat. At is, nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionysio constituta qui eam acceperat, superuenit. Admiratus eorum animos tyrannus, supplicium fidei remisit, insuperque eos rogauit, vt se in societatẽ amicitiæ, tertium sodalicij gradum intima cultururum beneuolentia, reciperent. Meminerunt cum laude Ambros. lib. 3. officior. c. 12. Hierony. in c. 7. Micheæ & huc alludit Augustin. in cap. cum homo. 23. q. 5. Lactanti. lib. 5. diuinar. institu. c. 18. Ioan. Andr. in cap. innotuit. nu. 24. de elect. Chasen. in consuetud. Burgund. Rubr. 1. glo. si el ne agrace. nu. 167. in fi. Addo gl. verbo bona. in l. Diuus 31. ff. de iure fisci. dum inter alios casus, quibus dãtur obsides, dicit, aut pro alio capto qui recessit eo dimisso, l. 16. tit. 1. parti. 6. in princip. quæ vtitur eadem verborum conceptione. Text. in l. nam & Seruius 22. ff. de negot. gest. loquitur de his obsidibus, qui pro alio manent apud hostes, quem dicit singul. Bald. in cap. ex rescripto. nu. 1. de iureiurando. & Iason num. 1. in l. conuentionum, ff. de pactis. Sẽtiunt omnes licuisse, & merito, nam qui obses remansit, vtique mori non cogitauit, cum de amici fide, hoc est quod rediturus esset, non dubitaret: & ideò non certæ, & prælectæ morti, sed periculo, si fortè non rediret: & tyrannus velllet insontem occidere, se exposuit. De illo verò, qui reuersus est, si iustè carceratus fuit, dubium non est potuisse redire, cum etiam teneatur gl. in Cle. pastoralis. verbo per violentiam. de re iudi. & ibi Docto. Farinac. quæst. 30 num. 91. Sin autem iniustè detinebatur, disputatio est, de qua infrà cap. 10. vbi concludimus, posse redire. Sed qui vadem reliquit, videtur omninò teneri ex c. cum homo. 23. quæst. 5.

28 Videtur etiam (nisi mendaciũ interuenisset) licuisse Demetrio periculum subire pro Antiphilo amico. Rem ex Luciano de amicitia refert Petr. Herodius lib. 5. decretorum tit 16 ad legem Iuliam peculatus. c. 10. in hæc verba. *Syrus seruus Antiphili Alopecensis inita societate cum aliquot sacrilegis in templũ Anubis irruperat, sublatoque Deo, phialis aureis, caduceo, alijsque rebus sacris, potissimam partem inscio Domino apud Antiphilum deposuerat. Ex consiijs, dum furtiuum aliquod proponerent venale, nõ nulli capti sunt: qui statim, apud quẽ essent res furtiuæ, Aegypti præfecto responderunt. Itaque simul in carcerem ducti Syrus & Antiphilus. Quo loco cũ dominus miserrimè haberetur superuenit amicus eius Demetrius Suniẽsis, qui, quod diligẽter custodia obseruabantur, neq; eũ præpositus carceris admittere vellet, vt cũ Antiphilo colloqueretur, potius q̃ amico nullum auxilium ferret, detulit sese ad magistra-*

gistratum, vt conscium Antiphilo, & ea ratione deductus in carcerem, postremò impetrauit, vt proximè Antiphilo atque in eadem trabe vinciretur. Postea verò, cum accidisset, vt quidam è nexis, noxijsque limam nactus, catenam secuisset, qua sociatim detinebantur, & custodibus occisis; conspiratione facta, omnes alij è carcere prosilijssent: soli Demetrius, & Antiphilus, vi etiam retento Syro, non aufugerunt. Itaque præses tantæ legum iudiciorumque reuerentiæ causa collaudatos abire permittebat. Sed ex hac causa dimitti noluerũt, absolutionem non abolitionem petere. Notare, quos liberat indulgentia, nec infamiã criminis tollere, sed pœnæ gratiam facere. Vnde præses adductus est, vt rẽ exactiùs inquireret, porrò in ea actione hoc admirabile fuit, quod Demetrius de se nihil responderet, pro Antiphilo preces adhiberet, funderet lachrymas, crimen in se vnum spontè, & sine vllo teste conijceret. Quapropter cœpit ea tàm sollicita confessio magis prodesse Antiphilo neganti, quàm nocere Demetrio confitenti. Et summum argumentum innocentiæ ex eo quoque sumebatur, quod non euasissent è custodia, cum euadere potuissent. Sed & Syrus postremò scelus indicauit. Igitur Antiphilum & Demetrium nõ modo absoluit iudex, sed & muneribus honorauit de suo, Syrũ flagris cæsum, ne quidem opinor occidisse, sed domino suo restituisse. Egregium sanè veri amici exemplar, sed mẽtiri, se consciũ Antiphilo, nulla ex causa licuit. c. ne quis arbitreť. c. ne faciat homo. 22. q. 2.

29 Ampliant Soto dicto libro 5. de iustitia, & iure. quæst. 1. artic. 6. conclu. 3. & Pettrus Nauarra d. cap. 3. nu. 40. 41. & 56. quod etiã licitum sit se periculo exponere pro re familiari, & honore proximi. Vnde sequitur, quod tametsi quis non teneatur ad restitutionem, quoties illam nõ potest facere sine periculo vitæ suæ: textus & ibi Innocent. in cap. officij. de pœnitent. & remissi. Tamen,
30 si vult restituere, & exponere se periculo, licitè, imò & laudabiliter id facere posset. Nauar. in Manuali. c. 17. num. 87. Michael Salon in 2. 2. quæst. 62. artic. 2. controuer. 16. concl. 2.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Tenemur plus diligere animam proximi, quàm corpus nostrum.*

2 *Pro salute spirituali totius mundi nemo potest se occidere, neque certam, & infallibilem mortem oppetere.*

3 *Non potest prægnãs consentire, quod occidatur, vt infans baptizetur.*

4 *Pro salute spirituali totius mundi nemo potest salutem spiritualem propriam amittere.*

5 *Periculo mortis etiam grauissimo, & certo tenetur quis se opponere, pro salute spirituali illius, qui est in extrema necessitate spirituali.*

6 *Pastor verò animarum non solum pro eo, qui est in extrema, sed etiam in graui necessitate spirituali.*

rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, neque illo redeunte, vnusquisque stultitia tam temerarium sponsorem damnabat. At is, nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionysio constituta qui eam acceperat, superuenit. Admiratus eorum animos tyrannus, supplicium fidei remisit, insuperque eos rogauit, vt se in societatẽ amicitiæ, tertium sodalicij gradum intima cultorum beneuolentia, reciperent. Meminerunt cum laude Ambros. lib. 3. officior. c. 12. Hierony. in c. 7. Micheæ & huc alludit Augustin. in cap. cum homo. 23. q. 5. Lactanti. lib. 5. diuinar. institu. c. 18. Ioan. Andr. in cap. innotuit. nu. 24. de elect. Chasen. in consuetud. Burgund. Rubr. 1. glo. si el ne agrace. nu. 167. in fi. Addo gl. verbo bona. in l. Diuus 31. ff. de iure fisci. dum inter alios casus, quibus dãtur obsides, dicit, aut pro alio capto qui recessit eo dimisso, l. 16. tit. 1. parti. 6. in princip. quæ vtitur eadem verborum conceptione. Text. in l. nam & Seruius 22. ff. de negot. gest. loquitur de his obsidibus, qui pro alio manent apud hostes, quem dicit singul. Bald. in cap. ex rescripto. nu. 1. de iureiurando. & Iason num. 1. in l. conuentionum, ff. de pactis. Sẽtiunt omnes licuisse, & merito, nam qui obses remansit, vtique mori non cogitauit, cum de amici fide, hoc est quod rediturus esset, non dubitaret: & ideò non certæ, & prælectæ morti, sed periculo, si fortè non rediret: & tyrannus velllet insontem occidere, se exposuit. De illo verò, qui reuersus est, si iustè carceratus fuit, dubium non est potuisse redire, cum etiam teneatur gl. in Cle. pastoralis. verbo per violentiam. de re iudi. & ibi Docto. Farinac. quæst. 30 num. 91. Sin autem iniustè detinebatur, disputatio est, de qua infrà cap. 10. vbi concludimus, posse redire. Sed qui vadem reliquit, videtur omninò teneri ex c. cum homo. 23. quæst. 5.

28 Videtur etiam (nisi mendaciũ interuenisset) licuisse Demetrio periculum subire pro Antiphilo amico. Rem ex Luciano de amicitia refert Petr. Herodius lib. 5. decretorum tit. 16 ad legem Iuliam peculatus. c. 10. in hæc verba. *Syrus seruus Antiphili Alopecensis inita societate cum aliquot sacrilegis in templũ Anubis irruperat, sublatoque Deo, phialis aureis, caduceo, alijsque rebus sacris, potissimam partem inscio Domino apud Antiphilum deposuerat. Ex consciis, dum furtiuum aliquod proponerent venale, nõnulli capti sunt: qui statim, apud quẽ essent res furtiua, Aegypti præfecto responderunt. Itaque simul in carcerem ducti Syrus & Antiphilus. Quo loco cũ dominus miserrimè haberetur superuenit amicus eius Demetrius Suniensis, qui, quod diligẽter custodia obseruabantur, neq; eũ præpositus carceris admittere vellet, vt cũ Antiphilo colloqueretur, potius q̃ amico nullum auxilium ferret, detulit sese ad magistra-*

gistratum, vt conscium Antiphilo, & ea ratione deductus in carcerem, postremò impetrauit, vt proximè Antiphilo atque in eadem trabe vinciretur. Postea verò, cum accidisset, vt quidam è nexis, noxijsque limam nactus, catenam secuisset, qua sociatim detinebantur, & custodibus occisis; conspiratione facta, omnes alij è carcere prosiliissent: soli Demetrius, & Antiphilus, vi etiam retento Syro, non aufugerunt. Itaque prases tanta legum iudiciorumque reuerentia causa collaudatos abire permittebat. Sed ex hac causa dimitti noluerũt, absolutionem non abolitionem petere. Notare, quos liberat indulgentia, nec infamiã criminis tollere, sed pœna gratiam facere. Vnde prases adductus est, vt rẽ exactiùs inquireret, porrò in ea actione hoc admirabile fuit, quod Demetrius de se nihil responderet, pro Antiphilo preces adhiberet, funderet lachrymas, crimen in se vnum spontè, & sine vllo teste conijceret. Quapropter cœpit ea tàm sollicita confessio, magis prodesse Antiphilo neganti, quàm nocere Demetrio confitenti. Et summum argumentum innocentia ex eo quoque sumebatur, quod non euasissent è custodia, cum euadere potuissent. Sed & Syrus postremò scelus indicauit. Igitur Antiphilum & Demetrium nõ modo absoluit iudex, sed & muneribus honorauit de suo, Syrũ flagris cæsum, ne quidem opinor occidisse, sed domino suo restituisse. Egregium sanè veri amici exemplar, sed mẽtiri, se consciũ Antiphilo, nulla ex causa licuit. c. ne quis arbitreť. c. ne faciat homo. 22. q. 2.

29 Ampliant Soto dicto libro 5. de iustitia, & iure. quæst. 1. artic. 6. conclu. 3. & Petrus Nauarra d. cap. 3. nu. 40. 41. & 56. quod etiã licitum sit se periculo exponere pro re familiari, & honore proximi. Vnde sequitur, quod tametsi quis non teneatur ad restitutionem, quoties illam nõ potest facere sine periculo vitæ suæ: textus & ibi Innocent. in cap. officij.

30 de pœnitent. & remiss. Tamen, si vult restituere, & exponere se periculo, licitè, imò & laudabiliter id facere posset. Nauar. in Manuali. c. 17. num. 87. Michael Salon in 2. 2. quæst. 62. artic. 2. controuer. 16. concl. 2.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Tenemur plus diligere animam proximi, quàm corpus nostrum.*

2 *Pro salute spirituali totius mundi nemo potest se occidere, neque certam, & infallibilem mortem oppetere.*

3 *Non potest prægnãs consentire, quod occidatur, vt infans baptizetur.*

4 *Pro salute spirituali totius mundi nemo potest salutem spiritualem propriam amittere.*

5 *Periculo mortis etiam grauissimo, & certo tenetur quis se opponere, pro salute spirituali illius, qui est in extrema necessitate spirituali.*

6 *Pastor verò animarum non solum pro eo, qui est in extrema, sed etiam in graui necessitate spirituali.*

7 *Qui pastor non est, pro eo qui est in graui necessitate spirituali, etsi non teneatur, potest tamen se in periculo ponere, & est perfectorum.*
8 *Sacerdos optimè facit, confitendo infectos peste.*
9 *Etiam laici possunt infectis peste ministrare, assidere, consolari.*
10 *Imò, & qui hoc facientes decedunt, pro martyribus habentur.*
11 *Prædicator posset hæreticis prædicare cum periculo vitæ.*
12 *Sacerdos potest puerum baptizare cum periculo vitæ, & quo casu teneatur.*
13 *Itinerari cum periculo naufragij, & latronum licet, pro opere pio.*
14 *Imò, & generaliter, etiam non ad opus pium.*

CAPVT IV.

Pro salute spirituali proximi, cui periculo liceat se exponere.

PRo salute spirituali proximi, perfectorũ est, pericula subire; quatenus autem liceat, & obliget, explicandum suscipimus.

1 Et quidem, teneri quemquam plus diligere animã, & salutem spiritualem proximi, quàm corpus proprium, & vitam propriam, & ita, quod illam debeat hoc casu exponere, vel saltim possit, etiamsi non sit talis, cui incumbat cura proximi, & id sit maximę perfectionis, tradunt S. Thomas in 2.2.quæstio.26.artic. 5. & ibi omnes ipsius glossæmatarij. Soto de iustitia & iure. lib. 5.quæstio.1.art. 6. in fin. Nauar. in Manuali.cap.24.num.9. & 10. Gregor. de Valentia, & alii infrà citandi.

Sed si rectè S. Thomas & alii inspiciantur, non dicunt, quod teneatur, aut possit se occidere, vel certam, & infallibilem mortem præeligere pro salute spirituali proximi, sed quod possit, & in casu teneatur, periculo mortis etiam maximo, & imminenti vitam exponere. Quamobrem eadem resolutione retenta, sub correctione Sanctæ matris Ecclesiæ constituo, quod.

2 Pro salute spirituali proximi, imò neque pro salute spirituali totius mundi, nemo potest certam, & infallibilem mortem oppetere, & illam velle, & præeligere: ita tenent Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap.3 .num.63. & 66. Iacobus de Graphiis in suis decisionibus aureis tomo 1. li.2.tit.62.num.62. vbi ait, quod
3 non potest mulier pregnans, stante periculo mortis infantis in vtero, consentire, quod ipsa occidatur, vt infans possit baptizari, quia sicut, nemo potest innocẽtem interficere absque peccato mortali, ita nemo potest consentire, absque eodem peccato, quod alius occidat eum. Idem ait Nauar. consil. 16. num. 2. & 3. titu. de regularibus lib. 3. tomo 1. Quod tamen intelligendum est, ita procedere, si necces-

cessarium est, quod occidatur: quia alias solent esse partus cæsarei, cum vterus fœminæ aperitur, & infans extrahitur: in quo magnum est periculum, sed non certa mors, quia multę connaluerunt, & huic periculo posset mater se exponere.

Conclusio probatur primo, quia (vt supra hoc lib. cap. 1. & 2. probatum est) manifestæ & certæ & infallibili morti volitæ, & prælectæ nullo casu potest quis se obiicere, neque pro Republica, neque vlla ex causa; ergo neque pro salute spirituali aliorũ. Et quidem, qui per aliũ occidit, per se ipsum occidere videtur. l. non ideo. C. de accusat. l. etsi certus. ff. ad Syllani. Ergo & qui certo consentit se occidi, videtur se occidere, quod nullo modo licet. c. si nõ licet. 23. quæst. 5. ideò consentire nemo potest ab aliũ occidi. l. 4. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. cap. cõtingit. de sententi. excomm. Adde, quod pro salute spirituali propria, idest pro conseruanda castitate non licet se occidere, neque membrũ sibi abscindere, vt latè probamus lib. 1. cap. 9. Ergo neque pro salute spirituali aliorum. Consentiendo enim morti propriæ occiditur anima, atqui pro salu-
4 te spirituali totius mundi non debet quis amittere salutem spiritualem propriam: Augustin. li. 1. de doctrina Christiana. c. 22. S. Thomas in 2. 2. quæst. 26. art. 4. & ibi omnes, Soto lib. 5. de iust. & iure. q. 1. art. 6. argumento 3. & in responsione ad 2. & concl. 2. Petrus Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. num. 41. & 50.

Exemplum huius conclusionis est, præter iam adductum, veluti si quis, videns sulphureum tormentum, quod archibusiuum vocant, glandem ignitam contra aliquem, qui esset in peccato mortali, emittentem, in medio se ipsũ poneret, & pectore ictũ exciperet, volens mori, ne ille tali peccato irretitus periret, & damnaretur: hoc enim nullo modo esset licitum, & impiè talis vellet esse pius.

5 Cæterũ, periculo mortis etiam graui, & euidenti se exponere, pro salute spirituali aliorum, qui essent constituti in extrema necessitate spirituali, non solũ vnusquisque potest, verum etiam tenetur. S. Thomas in 2. 2. quæst. 26. art. 5. & ibi Caietan. Bañes, & Aragon art. 4. & omnes. S. Thom. d. 2. 2. quæst. 44. art. 8. & ibi etiã omnes, ac iterum in 3. Sent. dist. 29. quæst. 1. art. 8. quæst. 2. Nauar. in Manuali. cap. 24. num. 10. & post alios latè Rutilius Bezonus in tract. de fuga tempore pestis. lib. 1. disp. 1. q. 1. & concl. 1.

6 Pastor verò animarum, pro salute spirituali eorum, quorum sibi cura incumbit, tametsi positi non sint in extrema necessitate, sed simpliciter in graui necessitate, tenetur vitam propriã periculo exponere, alias peccaret: vt ministrare Sacramenta

infectis morbo epidemiæ. S. Th. 2.2.quæst.185.art.5. & opusculo 18. cap.16. Ioannes Maior. in 4. distinct.17. q.vlt.Summa Armilla verbo episcopus.num.6. Ripa in tract.de peste. tit.de priuileg. contract. causa pestis. num.147. post Imolam in cap.fi.de cler.nō residentibus. Bezonus d. quæst. 1. conclus.4. & conclus.5. dicto. 3.& per totum.

7 At ille, qui pastor non est, pro eo,qui constitutus non est in extrema necessitate spirituali, tametsi in magna necessitate spirituali constitutus sit,non tenetur vitam suam periculo mortis exponere, si tamen velit, potest eã exponere,& erit maximæ perfe-
8 ctionis. Vnde etiam sacerdos simplex optimè facit, confitendo, & spiritualiter consolando infectos morbo epidemiæ.S.Th. in 2.2.quæst.26.artic.5.ad 3.Bañes,& Aragon ibid. in art.4. Bezonus d. quæst.1. conclus.2. Nauarrus conf.1.num.78.tit.de cōstit.& alij passim.

9 Imò, & huic periculo, visitando,scilicet infirmos tempore pestis,quilibet se exponere potest; tametsi non prosit in spiritualibus, vt medicus, & laicus qui vellet mederi; aut ministrare ꝑ salute corporali infecti: assidere, consolari, etiamsi cum periculo infectionis. S.Thomas in 2. 2.q.123. artic.5. in corpore. Bañes, Aragon, Michael Salon, & cæteri Thomistæ in 2.2.quæst.64. artic.5. & quæst.26.art.4. Nauar. d.consf.1. nu.77. & 78. Simancas in Catholic.institut. tit.18.num. 30. Petrus Nauarra d. cap.3. nu. 76. Petrus Plaza in Epitome delictor.cap.23.num.7. colum.2. in princip.

10 Quod non solum licet, verum est adeò eximium pietatis opus, vt ita morientes pro martyribus habeantur.Vt habetur in Martyrologio Romano die 28. Febr.in hæc verba. *Ibidem* (nempe Alexandriæ) *commemoratio Sanctorum presbyterorum, diaconorum,& aliorum plurimorum; qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sæuissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes libentissimè mortem oppetiere: quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari consueuit*. Idem ait Dionysius Episcopus Alexandrinus in Epistol. ad Hieracem. apud Eusebium historiæ lib.7. cap.16. & 17. dum ait, hos nihil videri abesse ab splendore martyrij.

11 Inde prædicator posset hæreticis prædicare, tametsi magnũ periculum esset, ab illis occidi, vt ait Bañes 2.2. quæst.64. artic. 5.colum.2.

Et circa rem istam latius distinguunt; & disputant Theologi in 3. Sent. dist.27. & alij dist. 29. Aragon, Bañes, Salon, Gregor. de Valentia, & cęteri Thomistæ in d.2.2.quæst.26. articulo 4. & 5. quæst.33. articulo tertio. vbi signanter Bañes, Bezonus dicta quæst.1. nobis prædicta delibasse sufficiat.

In-

12 Infertur ex prædictis, licere sacerdoti, qui dū baptizat puerū in discrimine vitæ constituit, nolle ab hoc actu baptizādi cessare, propter tale periculum mortis: Vti tradunt Ioannes de Lignano in tract. de bello. quæst. 89. Bolognetus in l. vt vim. num. 24. ad fi. ff. de iustit. & iure. Imò, quod si puer esset in extremis, teneretur quilibet particularis homo illū baptizare, non obstante, quod probabiliter timeret, se à tyranno fore occidendum: quia est casus extremæ necessitatis spiritualis, in qua tenetur quis vitam ponere pro suo proximo: ait Banés in 2.2. quæst. 33. artic. 3. dub. 4. in respons. ad confirmationem argum 3.

13 Sic etiam, posse quemquam itinerari ad aliquod opus pium prosequendum, tametsi adessent pericula naufragij, & latronum, ait S. Thomas in 2.2. quæst. 123. art 5. in corpore. ad fi. Simancas in Cathol. inst. cap. 18. nu. 30. qui generaliter, licere, etiam si non ad opus pium, idem aiunt Minchaca controuers. Illustrium. c. 11. num. 32. Aragon in 2.2. quæst. 64. artic. 5. argum. 5. & in responsione. & ibi etiam Michael Salon, Petrus Nauarra lib. 2. de restitu. cap. 3. num. 60. vbi etiam de nauigantibus ad Indos.

S V M M A R I A

Ex Capite sequenti.

1 *Pro bonis temporalibus non licet certæ morti se offerre.*
2 *Licet autem periculo se exponere.*
3 *Pro defensione bonorum temporaliū possumus occidere volentem nobis illa tollere.*
4 *Nisi esset quantitas parua.*
5 *Licitum est patrimonij augmentum quærere.*
6 *Pro honore non licet certæ morti se offerre.*
7 *Honor maximum bonorum temporalium.*
8 *Honor minus quàm vita.*
9 *Anteponere minus maiori, non conuenit rectæ rationi.*
10 *Pro honore licet periculo se exponere.*
11 *Honor æquiparatur vitæ.*
12 *Et habetur in maiori pretio quàm vita.*
13 *De intellectu tex. in l. isti quidem. ff. quod metus causa.*
14 *Fœmina non consentiens stupro, etsi non obnitat, sed immobilis stet, non peccat.*
15 *Pro defensione honoris potest quis alium occidere.*
16 *Alapa casus, an possit cadentem fugientem sequi, & percutere.*
17 *Aggressus non tenetur fugere, etiam si possit.*
18 *Pro honore mortem oppetere, non est veræ fortitudinis.*
19 *Pro honore non licet ingredi duellum.*
20 *Duellum omni iure prohibitum.*
21 *Etiam si priuatim sine patrinis duo conueniant in duello.*
22 *Etiam si de consuetudine toleretur.*

Stan-

CAPVT V.

Pro bonis temporalibus, quod periculum subire liceat.

1 PAriter, imò multò magis, pro bonis temporalibus tuēdis, licitum non est propriam vitā certò, & infallibiliter perdere: vt notant Nicolaus de Lira, & cæteri in c. 10. Ioannis, declarando illa verba. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Quod, præter resolutionem iam dictam, ex eo probatur, quod cum vita sit prætiosior omni re temporali, l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. esset contra rectam rationem, ac propterea illicitum, anteponere quod minus est, ei quod maius est: argumento cap. ad hoc. 89. dist. Nauar. in cap. inter verba. 11. q. 3. concl. 5. nu. 15.

2 Sed pro eisdem bonis temporalibus liceret, propriam vitam periculo exponere, quia rursus eadem bona ordinantur in conseruationem eiusdem vitæ, atq; in statutum eius fęlicem. Ita tradunt Durandus in 3. Sentent. distinct. 29. quæst. 2. num. 16. & in 4. distinct. 17. quæstio. 6. in finalibus verbis. Soto de iustitia & iure. lib. 5. quæst. 1. artic. 6. conclus. 3. Nauar. in Manuali ca. 17. num. 87. Minchaca lib. 1. controuer. Illustr. capit. 11. nume. 26. Petrus Nauarra d. capit. 3. nume. 1. Aragon d. quæst. 26. artic. 4. quæst. 3. Bañes & cæteri Thomistæ, vbi suprà.

3 Confirmatur ex eo, quod pro defensione bonorum nostrorum temporalium possumus occidere, volentem illa nobis tollere: vt est communis sententia. Couarruu. in Clement. si furiosus. 3. part. §. vnico. num. 6. Bernard. Diaz. de Lugo reg. 507. Plaza de delictis. cap. 28. num. 52. Minchaca lib. 1. controuers. Illustr. cap. 18. num. 15. & alij alibi passim. & est expressum in l. 2. titu. 1. part. 1. l. 4. titu. 13. lib. 8. ordinam.

4 Limitat prædicta Soto vbi suprà, nisi quantitas esset parua, pro qua non conuenit rectæ rationi, periculo se exponere: quod credo verum.

Limitat & Petrus Nauarra dicto capit. 3. num. 58. nisi bona essent superflua statui, vel naturæ: loqui-

loquitur autem de se obijcienti certæ morti, & sentit, quod pro bonis tẽporalibus necessarijs statui licet certę morti se offerre: quod omninò repudiandum est. Credimus autem, quod etiam pro superfluis statui posset quis periculo vitam exponere, cum debita discretione, quia licitum
5 est augmentum patrimonij, & status amplitudinem quærere, & altiorem, illustrioremque velle, & procurare: argumento l. fina. C. arbitri. tutelæ quod opibus fit. l. 1. & ibi Bartolus. C. de dignitat. libro 12. & plures quos citat Simon de Pretis de interpretat. vltim. volunta. interpretatione tertia. dubio primo. solutione. 11. num. 2. Alexan. Raudens. consil. 5. nu. 19. lib. 2.
6 Pro honore, pariter dicendũ est, quod non licet se ipsum certæ, & indubitatæ prælectæ, & volitæ morti obijcere: vt volũt Aragon in 2. 2. quæst. 64. artic. 5. ad 5. Nauar. in c. inter verba. 11. quęst. 3. conclus. 4. nume. 25. & de finibus humanorum actuum nu. 31.

Et probatur primò, quia nulla circunstantia dari potest, per quam hoc licitum sit, vt sępè diximus, & probamus libro primo cap. 8. ergo neque pro honore.
7 Secundò, quia licet honor sit maximum bonorum temporalium: l. Iulianus. ff. si quis omissa caus. testamen. l. miles. §. socer. ff. ad leg. Iul. de adulter. Prouerb. cap. 22. *Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.* ca. deterior es. 6. quæst. 1. cum alijs adductis à Nauarro d. cap. inter verba. conclus. 4. num. 18. Iason in l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis. Silua nuptial. lib. 4. nume. 82. Menoch. de arbitrar. quæstio. 88. num. 24. Sforci. Oddus de in integr. resti. quęstio. 89. nume. 21. Bursat. consilio 191. nume. 13. libro 2. & alij pas-
8 sim. Est tamen minus quam vita, Soto de ratione tegendi secret. memb. 1. quæstio. 3. Nauar. d. conclus. 4. num. 20. Atquì antepone-
9 re, quod est minus, ei quod est maius, non consonat rectæ rationi, ac proinde licitum non est, vt argumento cap. ad hoc. 89. distinctione. ait Nauar. in d. cap. inter verba. 11. quæst. 3. conclus. 5. nume. 15. sub. versic. sexto denique, post Sanctum Thomam & alios. Ergo pro honore non licebit vitam perdere. Cæterum hoc fundamentum Nauarri, quo contendit, honorem esse minus bonum quàm vita, habet multa obstantia, quæ inferius adducemus.

Tertiò, quia honoris proprij vnusquisque dominus est, vt dicemus infra capit. 12. num. 3. vitæ dominus non est, vt diximus lib. 1. capit. 1. Ergo non potest dare, id, cuius non est dominus, pro eo cuius dominium habet.
10 Sed pro honore cõseruando, debet vnusquisque, nedum potest, periculo mortis quantumcũque graui se exponere: quod multis comprobari potest.
11 Primò, ex communi illo elogio, pro honore moriendum, in hunc

hunc sensum accepto, quod periculo mortis pro honore nos debemus exponere: quia non solum honor æquiparatur vitę, tex. in l. iusta. ff. de manumiss. vindicta. ibi, *vita infamiavè*. & ibi notant Accursi. & omnes l. 1. tit. 22. parti. 4. ibi, *de muerte, o de mala fama*. notant plures, quos refert Anton. Cordub. de Lara in l. si quis à liberis. in principio. num. 33. ff. de liber. agnoscen. & alij passim. Sed etiam præfertur vi-
12 tæ, quia debet quis potius pati mortem, quàm honoris detrimẽtum, l. isti quidem. ff. de eo, quod met. causa. ibi, *quod si dederit ne stuprum patiatur vir, sed mulier, hoc edictum locum habet, cum viris bonis iste metus maior, quàm mortis esse debeat*. Apostolus ad Corinthi. c. 9. *Bonũ est enim mihi magis mori, quàm vt gloriã meã quis euacuet.* vnde Bald. ait, quod diuinitus eligibilius est mori, quàm vilipendi. consil. 312. num. 3. lib. 4. & cons. 382. nu. 2. lib. 5. Aymo. Crauet. cons. 168. num. 2. Et quod honor præferatur vitæ, est quotidie in ore omnium. Alexand. num. 2. in l. si victum. ff. de re iudic. Soc. iun. conf. 117 num. 22. lib. 3. Cœphal. cons. 295. nu. 22. lib. 2. Hippolyt. Riminal. cons. 5. nu. 99. lib. 1. & cons. 234 num. 62. lib. 3. Menoch. consil. 96. nu. 15. lib. 1. Hondedeus cons. 105. nu. 42. Decian. cons. 8. nu. 8. lib. 1. Rogeri. cons. 56. num. 3. Viui. decis. 46. num. 5. lib. 1. Farinac. quæst. 15. num. 6. & alij passim.

13 Neq; obstat, quod respondet Nauarr. in d. c. inter verba. concl. 4. num. 22. & in tract. de finibus. num. 31. quod tex. in d. l. isti quidem. non probat id, ad quod cõmuniter allegatur: sed quod vir, & fœmina pudici potius debent ferre mortem, quàm consentire stupro, quod est peccatum mortale. Quia defendendo communem allegationem, respondeo, quod ille text. non loquitur de eo, qui excusat peccatũ, & ideò maullt mori, quàm consentire, quia consensus non potest per vim extorqueri, neque quantumuis quis polluatur, si inuitus patitur, peccat. cap. tolerabilius. c. ita ne. cap. propositum. & per to
14 tum. 32. q. 5. Quo fit, vt sat sit fœminæ, nõ consentire, adeò quod licet pro virili non obnitatũ, sed immota maneat, si tamen non consentit, non peccet: vt ait Soto lib. 5. de iustit. & iure. quæst. 1. art. 5. col. 5. sed quæ ingenua est, quodcunque genus mortis pati prius debet, vt idem ait, & Petr. Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 104. qui licet subdubitet, an liceat se occidi sinere resistendo, antequam stuprum pati, omninò affirmandum est, licere: cum ergo extorqueri nõ possit per vim consensus, non potest dici, quod in illo text. dedit, ne consentiret, ac proinde ne peccaret, sed ne infamiam illam etiam inuitus pateretur. Adde, quod Romani non credebant stuprum esse peccatum, ideò patet, quod text. loquitur

quitur de infamia resultante ex stupro inuito illato, & huius infamiæ metum, maiorem esse debere quàm mortis viris bonis decernit.

Non etiam obstat, quod idem Nauarrus ait d.concl. 4. nu.24. illum text. esse intelligendum, iuxta ethnicam Romanorum sententiam, qui gloriam habebant pro vltimo fine, vt ait Augusti. de Ciuitate Dei. lib.5. cap.12. quia ei obstat, quod ait Apostol. d. cap. 9. ad Corinth. & quod in specie idem dixit Diuus Augustinus libro contra mendacium ad Cossentium. capit.17. in hæc verba. *Nisi forte obliti sumus, hoc fuisse in Sodomis factum, vbi masculi in masculos nefanda libidine accensi, nec ostium domus, in qua erant, quos quærebant, inuenire potuerunt: quoniam vir iustus in causa omninò simillima pro suis hospitibus mētiri noluit, quos esse Angelos nesciebat, & vim morte peiorem ne paterentur, timebat.* Ac præterea, q̃a etiã de iure diuino ꝓ re familiari potest vita exponi periculo: Io. cap.10. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* cũ adductis ibi per Doctores, & suprà diximus. Atquì honor maior est omnibus alijs rebus temporalibus, d.l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testam. Ergo & pro honore licebit eam periculo exponere.

Nõ etiam obstat, quod subdit idem Nauar. nu.25. quod commune illud elogium, pro honore moriendum, ne sit communis error, est intelligendum, idest pro eo, quod causat honorem, id est pro virtute: quia non intelligitur sic communiter, vt patet ex supra citatis, & vt communiter intelligitur, non est error.

15 Secundò probatur, quia pro defensione proprij honoris potest quis alterum interficere, vt si ei immineret ab eo periculum alicuius iniuriæ personalis, vt dixit Gerard. de Petrasancta singul.33. nu.4. Aymon. Crauet. cōsil.119. nu.7. lib.1. Minchaca lib. 1. controuers. Illustr. cap.11. nu. 10. Iul. Clarus in §. homicidium. num.21. vers. idemque, & multò magis Nauar. in Manuali. cap.15. num.3. vbi nu.4. singulariter inquit, quod licet, vulnerantem, & fugientem non possit quis insequi, & occidere, quia hoc non est se defendere, sed vindicare:

16 si tamen recepit alapam, ex qua grauem honoris iacturam reciperet, nisi illũ insequeretur, posset eum persequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset: in quo tamen contrarium sentiunt Soto de iustitia, & iure. lib.5. q.1. art.8. Bañes in 2.2. quæst.64. art. 7. dub.3. quidquid autem de ea re sit, hinc constat, quod quemadmodum licet, pro defensione honoris proprij alterum occidere, multò magis licebit, se ipsum periculo obijcere.

17 Tertiò probatur, quia communis omnium sententia est, q̃d aggressus nõ tenetur fugere, etiamsi

etiamsi posset, quia esset dedecus, sed potest rixari, & se defendendo aggressorem occidere: vt per Theologos in 2.2.q.64. artic.7. Bartol. num. 10. & omnes in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Tiraq. de nobilitat. cap. 20. nu. 63. Hippolyt. in praxi. §. quoniam. nu. 8. Clar. §. homicidium. nu. 25. Petrum Roicium decis. 4. Lituanica num. 75. sed non fugiendo, cum possit, exponit vitam periculo, ergo ex communi licet, pro honore vitā periculo exponere.

Et hæc quidem, in re tam notoria, tam altè repetita, superflua videri possent, nam si pro amicis, pro consanguineis, pro Republica, pro Rege, pro re familiari, licet periculo exponere vitam, quidni, & pro honore? quē homines plus omnibus alijs rebus æstimant: nisi Nauarrus in locis supra citatis, Andreas Gail. & Bertazolus infrà citandi viderentur sentire, quod nec pro honore liceat vitam periculo expo-

18 nere. Et præter iā adducta, ponderat Nauarrus, quod non est veræ fortitudinis pro honore mortem oppetere, Aristot. lib. 3. Ethicor. cap. 8. S. Thom. in 2 2. q. 128. artic. 1. in argum. 7. & in responsione. Sed respondeo, quod licet non sit vera, & pura fortitudinis virtus, tamen est permissum, id facere: quemadmodum non est etiam veræ fortitudinis, pro bonis temporalibus mortis periculum subire, vt aiunt Aristotel. & S. Thomas eod. loco, & tamen cō stat, quod pro defensione bonorum temporalium mortis periculum subire possumus: vt suprà dictum est: vnde multò magis debet licere pro honore maximo bonorum temporalium.

Inferebat ex prædictis Bald. in tit. de pace Constantiæ. num. 16. ad fin. quod pro honore conseruando licitū est ingredi duellum, vel rixam, sequuntur Gerard. Petrasancta singul. 33. num. 5. & singul. 82. num. 6. Chasen. in Catalogo gloriæ mundi. 1. par. considerat. 2. Robert. Maranta cons. 77. num. 5. & 6. Iul. Ferret. in tract. de duello. nu. 41. Iacob. del Castillo in eod. tract. libro 2. cap. 5. Alciat. de singul. certamine. cap. 3. num. 2. And. Gail. lib. 1. obseruat. 10. num. 2.

19 Sed falluntur isti, & contrarium omninò verius est, imò neque pro honore licere, ingredi duellum: tradit alibi cordatius idem Andræas Gail. lib. 2. obseruat. 100. nu. 8. & Claudius Bertazolus addit. vlt. ad consil. 152. lib. 1. criminal. Bartol. Bertazol. Alexan. Raudens. in disputatione de duello post indicem lib. 1. consiliorum. sub casu 2. & latè Antonius Massa Galles. in tract. contra vsum duelli, per totum. Minchaca qui alios citat lib. 1. controuers. illustri. cap. 12. num. 2. & Theologi communiter quos refert & sequitur Petrus Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. num. 282.

Quorū sententia tenenda est, quia duellum non est mediū necessa-

cessarium ad conseruandum honorem, cum possit quis, per iudicem honori prospicere, vt ait Minchaca, vbi supra. & multis probat Anton. Massa loco citato. Et vt ait Bañes in 2.2. quæst. 40. art. 1. dubio vlt. apud homines huius sæculi amatores, vanos, & carnales est tanti honor, nō apud probos, & Christianos, qui animam omnibus rebus præferunt: vbi præclarè tradit, quomodo respondere debeat prouocatus ad duellum, & conseruabit honorem humanum, pariter, & bonam conscientiam: nimirum, ego vbicunq; me aggressus fueris, paratus sum me defendere, neque laecitabo, sed mei copiā per ordinarias ciuitatis vias faciam, & forsan tuo magno malo me aggredieris, cæterum duellum recuso, quia impium est, & à sacris Canonibus reprobatum, quibus obedientiam, quam debeo, volo præstare.

20 Est inquam duellum prohibitum omni iure, diuino, gentium, canonico, ciuili. text. in c. monomachiam 2. q. 4. capit. 1. de cler. pugn. in duello. capit. 1. de purgat. vulgar. l. vnica. C. de gladiator. lib. 11. text. in l. 8. tit. 14. parti. 7. l. 3. tit. 25. lib. 8. Recopilat. & multis probant Iacob. à Castillo in præludijs ad tract. de duello. Ias. cons. 144. num. 11. lib. 2. & citati à Petro Cenedo par. 2. coll. 117. & plures constitutiones Iulij II. Leonis X. Clementis VII. & Pij IV. refert Hieronym. Gabriel. cons. 178. num. 25. cum seq. libro 2. nouissimè Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 19. anathematizauit duellantes, patrinos, suadentes, consulentes, spectatores, & principes permittētes. Deinde Gregorius XIII. anno 1582. nonis Decembris, & Clemens VIII. anno 1592. pœnas, & excommunicationes auxerunt, & ampliarunt: vt ex Bullis eorū apparet: & refert Raudens. vbi supra. Qui tamen probare intendit, etiam hodie, in duodecim casibus quos ibi enumerat, licitum esse duellum, ego nō omnia, sed quædam delibabo.

21 Amplia ergo primò, etiāsi non sit duellum publicum, cum campo franco, & patrinis, sed duo cōuenerint die certo, & loco certo se inuicem inuenire, & ibi pugnare, aut rixari: hi enim, & eos iuuantes incurrunt dictas censuras: vti tradit Iosephus Ludouic. decis. Lucens. 11. num. 12. & 14. & in expresso decreuit Gregor. XIII. dicta sua constitutione dicens: *Statuimus, omnes illos, qui ex condicto, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, socij-vè ad id locati, nec loci securitas habita, nullæ-vè prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcessissent: censuris & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri: perinde, ac si publico, & consueto abusu singulare certamen inuissent.* Vnde cessat, quod dicebat Salcedo ad Bernardū Diaz. in practic. c. 100.

Am-

etiamsi posset, quia esset dedecus, sed potest rixari, & se defendendo aggressorem occidere: vt per Theologos in 2.2.q.64. artic.7. Bartol. num. 10. & omnes in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Tiraq. de nobilitat. cap. 20. nu. 63. Hippolyt. in praxi. §. quoniam. nu. 8. Clar. §. homicidium. nu. 25. Petrum Roicium decis. 4. Lituanica num. 75. sed non fugiendo, cum possit, exponit vitam periculo, ergo ex communi licet, pro honore vitã periculo exponere.

Et hæc quidem, in re tam notoria, tam altè repetita, superflua videri possent, nam si pro amicis, pro consanguineis, pro Republica, pro Rege, pro re familiari, licet periculo exponere vitam, quidni, & pro honore? quē homines plus omnibus alijs rebus æstimant: nisi Nauarrus in locis supra citatis, Andreas Gail. & Bertazolus infrà citandi viderentur sentire, quod nec pro honore liceat vitam periculo expo-

18 nere. Et præter iã adducta, ponderat Nauarrus, quod non est veræ fortitudinis pro honore mortem oppetere, Aristot. lib. 3. Ethicor. cap. 8. S. Thom. in 2 2. q. 128. artic. 1. in argum. 7. & in responsione. Sed respondeo, quod licet non sit vera, & pura fortitudinis virtus, tamen est permissum, id facere: quemadmodum non est etiam veræ fortitudinis, pro bonis temporalibus mortis periculum subire, vt aiunt Aristotel. & S. Thomas eod. loco, & tamen cō stat, quod pro defensione bonorum temporalium mortis periculum subire possumus: vt suprà dictum est: vnde multò magis debet licere pro honore maximo bonorum temporalium.

Inferebat ex prædictis Bald. in tit. de pace Constantiæ. num. 16. ad fin. quod pro honore conseruando licitũ est ingredi duellum, vel rixam, sequuntur Gerard. Petrasancta singul. 33. num. 5. & singul. 82. num. 6. Chasen. in Catalogo gloriæ mundi. 1. par. considerat. 2. Robert. Maranta consi. 77. num. 5. & 6. Iul. Ferret. in tract. de duello. nu. 41. Iacob. del Castillo in eod. tract. libro 2. cap. 5. Alciat. de singul. certamine. cap. 3. num. 2. And. Gail. lib. 1. obseruat. 10. num. 2.

19 Sed falluntur isti, & contrarium omninò verius est, imò neque pro honore licere, ingredi duellum: tradit alibi cordatius idem Andræas Gail. lib. 2. obseruat. 100. nu. 8. & Claudius Bertazolus addit. vlt. ad consil. 152. lib. 1. criminal. Bartol. Bertazol. Alexan. Raudens. in disputatione de duello post indicem lib. 1. consiliorum. sub casu 2. & latè Antonius Massa Galles. in tract. contra vsum duelli, per totum. Minchaca qui alios citat lib. 1. controuers. illustri. cap. 12. num. 2. & Theologi communiter quos refert & sequitur Petrus Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. num. 282.

Quorũ sententia tenenda est, quia duellum non est mediũ neces-

ceſſarium ad conſeruandum honorem, cum poſſit quis, per iudicem honori proſpicere, vt ait Minchaca, vbi ſuprà. & multis probat Anton. Maſſa loco citato. Et vt ait Bañes in 2.2. quæſt. 40. art. 1. dubio vlt. apud homines huius ſæculi amatores, vanos, & carnales eſt tanti honor, nō apud probos, & Chriſtianos, qui animam omnibus rebus præferunt: vbi præclarè tradit, quomodo reſpondere debeat prouocatus ad duellum, & conſeruabit honorem humanum, pariter, & bonam conſcientiam: nimirum, ego vbicunq; me aggreſſus fueris, paratus ſum me defendere, neque latitabo, ſed mei copiā per ordinarias ciuitatis vias faciam, & forſan tuo magno malo me aggredieris, cæterum duellum recuſo, quia impium eſt, & à ſacris Canonibus reprobatum, quibus obedientiam, quam debeo, volo præſtare.

20 Eſt inquam duellum prohibitum omni iure, diuino, gentium, canonico, ciuili. text. in c. monomachiam 2. q. 4. capit. 1. de cler. pugn. in duello. capit. 1. de purgat. vulgar. l. vnica. C. de gladiator. lib. 11. text. in l. 8. tit. 14. parti. 7. l. 3. tit. 25. lib. 8. Recopilat. & multis probant Iacob. à Caſtillo in præludijs ad tract. de duello. Iaſ. conſ. 144. num. 11. lib. 2. & citati à Petro Cenedo par. 2. coll. 117. & plures conſtitutiones Iulij II. Leonis X. Clementis VII. & Pij IV. refert Hieronym. Gabriel. conſ. 178. num. 25. cum ſeq. libro 2. nouiſſimè Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 19. anathematizauit duellantes, patrinos, ſuadentes, conſulentes, ſpectatores, & principes permittētes. Deinde Gregorius XIII. anno 1582. nonis Decembris, & Clemens VIII. anno 1592. pœnas, & excommunicationes auxerunt, & ampliarunt: vt ex Bullis eorū apparet: & refert Raudenſ. vbi ſuprà. Qui tamen probare intendit, etiam hodie, in duodecim caſibus quos ibi enumerat, licitum eſſe duellum, ego nō omnia, ſed quædam delibabo.

21 Amplia ergo primò, etiāſi non ſit duellum publicum, cum campo franco, & patrinis, ſed duo cōuenerint die certo, & loco certo ſe inuicem inuenire, & ibi pugnare, aut rixari: hi enim, & eos iuuantes incurrunt dictas cenſuras: vti tradit Ioſephus Ludouic. deciſ. Lucenſ. 11. num. 12. & 14. & in expreſſo decreuit Gregor. XIII. dicta ſua conſtitutione dicens: *Statuimus, omnes illos, qui ex conducto, ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint; etiamſi nulli patrini, ſocij-vè ad id locati, nec loci ſecuritas habita, nullá-vè prouocatoria litteræ, aut denunciationis chartula præceſſerint: cenſuris & pœnis omnibus à dicto Concilio propoſitis teneri: perinde, ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent.* Vnde ceſſat, quod dicebat Salcedo ad Bernardū Diaz. in practic. c. 100.

Am-

22 Amplia secundò, etiam si de consuetudine toleraretur duellum, quia non potest consuetudine approbari, vt per adductos à Iosepho Ludouico d. decis. 11. num. 6. Ias. d. cons. 144. Petra de potestate principis. capit. 24. nu. 163. & habetur in Concilio Tridentino dicto loco.

23 Verũ si alicubi eiusmodi consuetudo extaret, licet iniusta, & iniqua, in foro sæculari non punirentur taliter duellantes. Dec. consil. 686. nu. 5. Curt. iun. cons. 173. num. 2. Maranta conf. 77. nu. 5. Decian. cons. 41. num. 82. lib. 2.

24 Amplia tertiò, etiam si inter aliquos pactiones initæ sint, de dirimendo certamine, quamprimum aliquis vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, seu certus aliquis ictuũ numerus, vtrinque illatus fuerit: vt censuit Clemens VIII. d. constitutione anni 1592. Quod tamen Raudensis; vbi suprà, ait, non procedere; quando duo conuenerint se non vulneráre, sed simulare duellum, vt quoad opinionem hominum iniuriatus abluat maculam sibi iniustam: ita Raudens. casu 10.

25 Limita primò, in rixa, quæ in continenti fieret calore iracundiæ, vt si diceret vnus alteri euagina ensem, & congredere mecũ, quia hoc non est propriè duellum: Plotus nu. 705. in l. si quando. C. vnde vi. Ioseph. Ludouic. d. decis. Lucensi 11. nu 10. Alex. Raudens. in d. disputatione de duello. post repertor. primi volum. consil. casu 6.

26 Limita secundò, in eo qui falso accusatus videret se interimẽdum, vel membro mutilandum, nisi duellum subiret, quo casu ei licere, tradunt Caieta. in 2.2. qõ. 95. artic. 8. Nauarr. in Manuali. c. 11. nu. 39. & cap. 15. num. 9. Alex. Raudens. vbi suprà, casu 4. contẽdens, hoc etiam obtinere post Concilium Tridentinum, & dictas cõstitutiones, & in casu 12. Idem tradit, in eo, qui certo sciret, domum, & res suas esse comburendas, nisi ad duellum veniret: Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 289. Verum ego subdubito, neque adduci possum, vt credam, post tot prohibitiones, hoc his casibus licere, alioquin, & in omni casu liceret, quia prouocatus ad duellum si non comparet, solet vt fœmina pingi, & cauda equi circunferri, ac pro imbelli & infami publicari: quod si ne cõburatur domus, liceret ingredi duellum, quidni etiam, ne tam insigniter dehonestetur? quod sine dubio scit futurum, igitur ista limitatio repudianda est.

27 Limita tertiò, in iusto & licito bello, posset enim bellum reduci ad vnum ex vna, & alium ex alia parte, duos, decem, vel aliũ certum numerum; quia potius esset restrictio belli, & euitatio maioris mali: vt fecit Dauid cũ Goliat. 1. Regum c. 17. ita Nauarr. in Manuali. cap. 11. nu. 39. Raudens. vbi suprà casu 1. & 2. Minchaca

libro

libro 1.controu. Illustri. cap. 12. num. 2. Martinus Delrius lib. 4. Disquisit.magicar. cap.4.q.4. sectio.2.Petrus Nauarra vbi suprà, num.293.

28 Quod ampliatur, etiam si totum bellum non restringeretur ad istam monomachiam, sed fieret, ad parandam faciliorem viã victoriæ: Nauar.in Manuali. cap. 15.num.28. Petrus Nauarra d. c. 3.num. 295. Raudensis vbi suprà casu 5. Quod tamen declarant isti, non procedere pro gloria vana, vt strenui, & fortes milites videantur, idem ait Delrius vbi suprà. Illud certum est, esse omninò accipiendum pro publica causa, non si prætenderetur publica, esset autem priuata simultas: vti statuit Clemens

29 VIII. dicta sua constitutione, dicens. *Ita, vt nec militans in exercitu seu aliàs in hostium castris, præsidijs, aut terris degens, priuatas simultates, aut inimicitias publicæ causæ intermiscendo, possit, nec ducum permissu ad singulare certamen descendere: aut illud prouocare, licet publicum, & forsan iustum bellum sit in dictum.*

30 Limitat quartò Delrius loco citato, censens, posse principes, hanc licentiam concedere infidelibus, tum quia sunt extra curã Ecclesiæ, tum quia Concilium expresse dicit *inter Christianos*. Mihi durum est, tum quia princeps concedens Christianus est, qui certè comprehenditur, cum principes campum francum concedentes specialiter excommunicentur, tum quia infideles, etsi infideles, sint, homines sunt, & iure gentium ligantur, quo iure duellum esse prohibitum, diximus, ideò eos comprehendit hæc prohibitio, vt ipse Delrius admittit, & licet liberentur à cẽsuris, non tamẽ à peccato; quomodo ergo princeps Christianus licitè permittet, imò fouebit peccatum mortale.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Qui non vult edere, vt moriatur, peccat mortaliter.*
2 *Etiam si id faciat pietatis, & religionis intuitu.*
3 *Indi secreta ieiunia peccatum mortale.*
4 *Qui probabiliter putat, abstinentias suas non esse indiscretas, non peccat.*
5 *Indiscretis abstinentijs vtens pietatis intuitu, aduertenter, vt peccet.*
6 *Carthusienses, vbi adest periculum vitæ, debent edere carnes, non obstante voto.*
7 *Panem vnum habens, in extrema famis necessitate, an possit eum alteri largiri?*
8 *Naufragus an possit tabulam alteri cedere.*
9 *Et quid persona publica.*
10 *Iniustè condemnatus, vt inedia pereat, peccat mortaliter, oblatos cibos non comedendo.*
11 *Et quid si iustè condemnatus sit.*

12 *Immolatis quando possimus vesci.*
13 *Nemo tenetur vti cibis delicatoribus & selectis.*
14 *Qualis fuerit cibus S. Ioann. Baptistæ.*
15 *Medicinaliter viuere, quotannis se purgare, aut adire saluberrimam prouinciam, nemo tenetur.*
16 *Scienter sumens aliquid notabiliter nocivum, peccaret mortaliter.*
17 *Alimentis renuntiari non potest.*
18 *Et quid si interueniat iuramentum.*

CAPVT VI.

Quando abstinentia peccetur.

Pendet ex prædictis resolutio illius quæstionis, an, & quando qui nimia vtitur abstinentia, quæ vitam abbreuiat, peccet; in qua sequentes casus considero.

1 Primus casus est, cum quis ex intentione nō vult edere, vel minus necessario edit, vt moriatur, quemadmodum fecisse Porū Regem Indiæ, cum victus esset ab Alexandro, refert Iustin. lib. 12. & promptum est istum mortaliter peccare: nihil enim interest, (vt ait Diuus Hieronymus) paruo, an magno tempore te occidas: cap. non mediocriter. de pœniten. distinct. 5. ita in terminis aiūt Caieta. in 2.2 quæst. 147. artic. 1. Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 12. Aragon. 2.2. quęst. 64. artic. 5. ad 5. argumentum. etiam si

2 hoc facit pietatis, & religionis intuitu: Couarru. lib. 1. varia. resolut. cap. 2. num. 10. cum nulla causa possit rectificare actum se occidendi. Confirmat hoc beatus Gregorius Nazianzenus in epistola ad Hellenium de institutis monachorum agentiū in Pontica solitudine, vbi inter alia multa sic ait. *Mihi enimuero animum horror subit, cum pijs monachis, quos tametsi quam pluribus hominibus notos, nonnulli tamen vt feruentiores quàm piorum hominum ratio postulare videatur, aspernari, ac suggillare non dubitant. Hanc legem vitaq; consuetudinem esse audio, cum vir aliquis pius ad eos accessit, nostræque legis institutique nostri prorsus ignarus primum eum tecto perhumanè per honorificeq; excipiunt, omnique beneuolentiæ genere complectuntur, atque ipsius animum diuinis, & à spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum verò in medio cetu quispiam duræ acerbæq; legis mentionem facit, quæstionemque huiusmodi profert, an honestum ac laudabile sit pijs hominibus, pro Deo mortem oppetere, ea videlicet ratione occultè id agens, vt amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat, quod si ille præ imperitia mortem huius laudādam esse respondeat, atquì subiungit quæstionis author, multas ipsi partim sua manu, partim fame, atque inedia mortes, & quidem alacri animo ferunt: atque in scopulis, & rupibus, in profundis, ac recōditis cauernis, medijsque plurijs veritati testimonium dicunt, mortalique hac via non secus ac tristi, & luctuoso bello defungi, alioque migrare gestiunt.*

fiunt. At o Christe, animis illis propè tius esto, pijs quidem fateor, cæterum nō satis consultis, ac circunspectis, pe rindeq; affectis, ut equi illi in decursio nibus militaribus, qui pernicitate pe dum freti, extra curriculum feruntur, nec fræno ullo coerceri possunt.

3 Secundus casus est, cum nullo pietatis intuitu, aduertens notabilem vitæ diminutionem sequi posse, indiscretas abstinētias, & ieiunia quis admittit: & istum peccare mortaliter, etiamsi non habeat intentionem moriendi; aiunt Couarru. d. lib. 1. varia. resolut. c. 2. num. 10. Petrus Nauarra in tract. de restitut. lib. 2. c. 3. nu. 85. & 88. Iacob. de Graphijs 1. par. decis. cas. conscien. li. 2. cap. 62. nume. 63. Et consentire videtur omnes citati in casibus sequentibus, estque extra omnem dubitationem, quia ridiculum est, actum gerere, ex quo sequitur naturaliter & necessario mors, sciens & prudens, & non intendere mori, & est implicatio & cōtradictio: vt supra dictum est.

4 Tertius casus est, cum quis indiscretis abstinentijs vtitur, sed id facit intuitu religionis, & probabiliter putat, eas non esse indiscretas: hoc casu, istum nullo modo peccare, docent Caietan. in 2. 2. quæst. 147. artic. 1. Couarru. dicto lib. 1. variar. cap. 2. num. 10. Nauar. in Manuali. cap. 15. nu. 12. Petrus Nauarra d. c. 3. num. 85.

5 Quartus casus est, in quo consistit difficultas, cum quis intuitu religionis, & ad effectum piū vtitur nimia, & indiscreta abstinentia, aduertens, quod inde sequitur diminutio vitæ, & in hoc casu sunt tres opiniones.

Quidam enim volunt, quod hoc sit peccatum veniale, propter rectum intētionis finem, Caieta. in 2. 2. quæst. 147. artic. 1. Couarru. libro 1. variar. resolut. cap. 2. num. 10.

Alii dicunt, nullum esse peccatum, Simancas in Catholic. Institut. tit. 18. num. 30. qui dicit, quod licitum est vitam reddere breuiorem abstinentijs; Plaza (qui ab eo trāscripsit) in Epitome delicto. cap. 23. num. 2. col. 6. Iacob. de Graphijs decis. cas. conscien. part. 1. lib. 2. cap. 62. num. 63. pro quibus facit, quod ait Ioannes de Lignano in trac. de bello. cap. 83. licitum esse vnicuique affligere corpus suum.

Sed tertia verior sententia, & communis est, esse peccatū mortale: ita dicit textus, & ibi notant Archidiacon. Bellamera, & Turrecremata in c. non mediocriter, de consecrat. distinct. 5. Abbas num. 3. in cap. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio. idem Abbas num. 3. in cap. etsi Christus. de iureiurando. S. Thomas. in 2. 2. quæst. 88. artic. 2. ad 3. & quæst. 147. artic. 1. & ibi Caietanus & cæteri, idem S. Thomas quodlib. 5. artic. 18. Palatios Rubios in Rubrica de donatio. inter virum & vxorem. §. 70. numero quinto. Nauarr. in Manuali. cap. decimoquinto. num. 12. Pe-

trus Nauarra de restit.lib.2. cap. 3. num. 91.

Pro quibus facit primò, Hieronymus in dicto cap. non mediocriter. de consecratione distinct. 5. dum ait. *Non mediocriter errant, qui bono magno praeferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, aut vigilias praefert sensus integritati à vt propter abstinentiam immoderatam, psalmorum, vel officiorum decantationem, aut amentia, aut tristitiae notam incurrat.* Et post modicum. *Audiant itaque, qui ea, quae necessaria sunt corpori subtrahunt, illud, quod per Prophetam Dominus loquitur, Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum; de rapina vero holocaustum offert, qui sine ciborũ nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderate affligit.*

Secundò, Apost. ad Roman. c. 12. postquam dixerat. *Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.* addidit, *rationabile obsequium vestrum.* Ex quo sequitur, quod ieiunia & maceratio corporis, in tantum sunt opus virtutis; in quantum cum debita discretione fiunt: vt scilicet concupiscentia refrenetur, & natura non nimis grauetur: ita perpendit S. Thomas 2. 2. quaestio. 88. articu. 2. ad 3. & quodlib. 5. art. 18.

Tertiò, Diuus Petrus in 2. Canonica cap. 1. ait. *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam.* Dum enim ait, in scientia esse debere abstinentiã ministrandam, vult, quod homo à cibis abstineat, prout oportet, pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personae suae, & pro valetudinis suae necessitate: S. Thomas in 2. 2. q. 146. art. 1. in corpore.

Quartò considerat Petrus Nauarra d. num. 91. quod materia grauis est, ideò quod in ea peccatur, mortaliter peccatur.

6 Ampliatur hoc, vt procedat, etiamsi adesset votum, quia nihilominus si esset nociuum saluti, non esset seruandum: ideò si iudicio periti medici Carthusiensis monachus, qui vouit carnes nunquam comedere, attenta sua complexione, & qualitate, incurreret mortem, vel grauem infirmitatem, nisi carnes comederet, posset, imò deberet, & teneretur illas comedere. Ita sentit Sanctus Thomas d. quaest. 88. art. 2. & tradunt Ioan. Andr. numero 15. Abbas num. 2. Felyn. numero 3. Alexand. de Neuo num. 6. in fin. & num. 15. in cap. si verò. de iureiurand. Est verum; quod Arnaldus de Villanoua medicus contendit, sine esu carnium posse homines viuere, & infirmos reparari; prout tradit Ioannes Andr. in capit. 2. de obserua. ieiu. & Anania in cap. sicut ex literarum. num. 2. de homicidio. verum Abbas in d. c. si verò remittit iudicio medicorum.

7 Perpendi ex praedictis potest, an de necessario naturę, sine quo non

non poteſt ſuſtentari, fieri eleemoſyna poſſit: vt ſi quis vnum ſolum panem haberet in extrema famis neceſſitate, quo dato eſſet ei pereundum, an poſſet hunc alteri largiri? In quo articulo non reperio reſolutionem concludentem. Nam Sanctus Thomas in 2. 2. quæſt. 32. art. 6. dicit, quod hoc non licet, quia eſſet ſibi vitam ſubtrahere, & ſequuntur ibi Scribentes, idem ait S. Thomas in 4. diſtin. 15. q. 2. ar. 1. quęſt. 4. Sequũtur Petrus Nauarra de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 40. 63. 66. & 74. Aragon in 2. 2. quæſt. 64. artic. 5. argument. 3.

Contrarium, imò licere, ſecurè tradit Simancas in Cathol. Inſtit. tit. 18. num. 30. & idem Aragon in 2. 2. q. 26. artic. 4. q. 3. arg. 4. & in reſponſione, quia dicit, hoc eſſe ponere vitam pro bono virtutis, quia pro amico.

Limitat S. Thomas ſentẽtiam ſuam d. 2. 2. quæſt. 32. artic. 6. his verbis. *Niſi forte talis caſus immineret, vbi ſubtrahendo ſibi, daret alicui magnæ perſonæ, per quam Eccleſia, vel Reſpublica ſuſtentaretur, quia pro talis perſonæ liberatione, ſe ipſum & ſuos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune ſit proprio præferendum.* Sequũtur ibidem Caietanus qui hoc ait eſſe præceptum, & cæteri Thomiſtæ Aragon, & Nauarra vbi ſup.

Sed hoc habet maximam difficultatem, quia loquitur de neceſſario, ſine quo vita ſeruari nõ poteſt, & in hoc ait poſſe largiri publicæ perſonæ, quod ſanè non videtur poſſe defendi, cum ſæpius ſuprà dictum ſit, neque pro Rege, neque pro Republica, neque pro ſalute ſpirituali totius mundi licere id facere, ex quo ſequitur mors certa. Et cum loquimur de poſſibilitate: nulla differentia eſt inter Regẽ perſonas eccleſiaſticas, & publicas, & alias quaſcunque, licet ſit differentia, quando agimus de obligatione. Fieri enim poteſt, quod teneamur pro publica perſona ſubire periculum, quod non teneremur pro priuata, ſed quod poſſumus ſubire pro Rege, & Papa, poſſumus etiã, ſi volumus, ſubire pro quolibet: quia periculo nos exponere pro quolibet poſſumus: quod verò non poſſumus facere pro quolibet priuato, neq; etiã poſſumus pro aliqua publica perſona: vt conſtat ex dictis in capitibus precedentibus, & ita in terminis eſſe hoc illicitum perpendit Petrus Nauarra dicto cap. 3. num. 65. & ſeq.

8 Similis omninò quæſtio eſt de naufragis, cum vna ſola tabula adeſt, vtrùm qui eam habet, vel capere poteſt, poſſit eam alteri cedere. In qua pariter nullam video cõgruentem reſolutionem: nam Cicero lib. 3. de officijs definit in hæc verba. *Quid ſi vna tabula ſit, duo naufragi, hique ſapientes, ſibinè vterque rapiat? an alter cedat alteri? cedat verò: ſed ei, cuius magis interſit ſua, vel Reipublicæ cauſa viuere. Quid ſi hæc paria in vtroque?*

nullum erit certamen, sed quasi sorte aut dimicando victus, alteri cedat alter. Sed missum facio ethnicum hominem. Aragon in 2.2. quæst. 36. artic.4. dubio 3. argum.3. & in solutione tenet licere, idem ait Michael Salon in 2. 2. quæst. 65.artic.5. controuers.1. argum. 5. & in solutione. Idem post longam disputationem concludit Petrus Nauarra d.lib.2.de restit. cap.3.num.74. dicens, quod tūc fit ob finem bonum, ideò non videtur se occidere. Quæ ratio omninò nihil est, cum directo se occidat, licet vt medium, & non vt finem mortem suam velit, qđ etiam illicitum est, & reprobatum, vt supra hoc libro cap. 1. probauimus. Victoria saltem in eo qui eam daret Regi, idem admittit in relectione de homicidio.num.26.

Sed Dominicus Soto de iustitia,& iure. lib.5. quæst.1. artic.6. ad 3.sensit difficultatem,& ait in hæc verba. *Profectò res est dubia, respondetur ergo, quod antequam tabulam filius capiat, potest eam relinquere patri, quia non hoc est positiuè se occidere, sed permittere se mori: postquam verò eidem insidet, re vera non apparet licitum esse, vt se in littus deijciat.* Hactenus Soto. Sed hæc distinguēdi ratio merito displicet Petro Nauarra d. cap. 3. num. 66. quia idem est, tabulam non capere, & captam dimittere, idem est se occidere, & permittere se mori: Gregor. Lopez. in prologo. tit. 9. par. 5. non an possit cedere, sed an possit eripere, dubitauit.

Verum ego ex superiori resolutione distinguendū ita censeo. Aut certum est,& indubitatū, ei, qui panem alteri dat, aut tabulam cedit, sublato pane, aut tabula pereundum esse, attentis loco, tempore, & qualitate personæ, ac alijs circunstantijs: & hoc sciens, panem in fame dat, vel in alto mari tabulam statim submergendus cedit, volens vitam illius, cui dat, vel cedit, saluam fieri, suam verò negligens,& hoc nullo modo licet: neque pro Rege, neque pro salute spirituali totius mundi, siue tabulam iam captam cedat, siue non capiat, cum possit. Quia iam directo intendit mortem propriam, licet vt medium saluādi alterius, iuxta ea quę latè probauimus supra cap. 1.& 2. neque potest intentio saluari ex fine, quia nullus finis iustificat actum se occidendi, neque potest negari intentio, quia esset implicatio: vt cap. 1. diximus ex Caiet. 2.2. quæst. 124. artic.2.& hoc casu non videtur loqui S.Thomas d. 2.2. quæst. 31. artic.6. vt infrà perpendam.

Aut vero, non est adeò certū, dato pane, vel cessa tabula pereū dum ei esse, qui dedit, aut cessit, sed licet maximum, & presentaneum adsit mortis periculum, aliqua tamen licet minima superest spes euadendi. Vt si panem dans, herbis, aut alijs rebus speret vitam tueri, aut qui tabulam cedit,

cedit, speret enatare, licet id admodum sit difficilè, & hoc casu, crederem esse licitum, & actum virtutis. Quia is verè mortẽ non vult, sed finem illum iustũ, prout dictum est supra cap. 1. conclus. 8. Et posset perpendi factum viduæ Sareptanæ laudatæ. 3. Regũ cap. 17. quæ licet dixisset. *Viuit Dominus tuus, quia nõ habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho, en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur*. Tamen sperans in promissione Eliæ, ei dedit panem subcinericium de illa farina. Et quod plures Sancti patres Cœnobiarchæ sperantes Dei misericordiã, in heremo pauperibus totum panem, quod pro victu monachorum erat in monasterio, sæpè distribuerunt: & diuina prouidentia, vnde minimè sperabant, refecti sunt. In isto casu accipio S. Thomam in 2.2.d.quęst.32.artic.6. quia non dixit, *laudabiliter mortem obiret*, sed, *laudabiliter se periculo mortis exponeret*. Est enim longè aliud, periculo mortis se exponere, & aliud, mortẽ certam, & indubitatam amplecti. Licet non negem, contexturam verborum Sancti Thomæ aliquantulum repugnare, verum in hoc casu eius doctrina intelligenda est, ne quid magis censoriè cogamur dicere.

9 Hoc autem casu, subire eiusmodi periculum pro persona publica, nõ solum esset licitum, sed & nonnunquam præceptum: vt ait Caiet.d.2.2.quæst.32.artic.6.

Est eiusdem vsiæ quæstio, an condemnatus, vt inedia pereat, oblatos ab aliquo cibos possit recusare, an verò illos non edendo, peccet mortaliter? in qua q̃stione duo casus distinguũtur.

10 Primus casus est, quando quis iniustè condemnatus est, & hoc casu minor est inter Doctores controuersia; quia non videtur adesse iustus ille finis, satisfaciẽdi Reipublicæ. Et nihilominus Soto de iustit. & iure. lib.5. q.6. art.4. colum.8. etiam in hoc casu subdubius est. Ex mente tamẽ omnium videtur sine dubio, istũ peccare mortaliter, oblatos cibos non comedendo.

11 Secundus (& ille controuersus) casus est, in eo qui iustè dãnatus est, & istum peccare mortaliter, oblatos cibos non sumẽdo: dixit Archidiac. in c. cum homo. 23.quæst.5. Caietan. in 2.2.q.69. art.4.quæst.8. & sequuntur ibid. Aragon, & Bañes ad 4. argumentum. Couar. lib.1. variar. resolut. capit.2.num.10. Petrus Plaza in Epito.delictor. cap.23. nũ.4. Victoria in relect. de homicidio: nu.28. Ioannes Driedo de libertate Christiana.c.6. Nauar. in ca. statuimus. 11.quæst.3.nu.64. Ancharan.num.13. in Clementi. pastoralis. de re iudicata.

Mouentur isti primò, ex doctrina Sancti Thomæ d. q.69. artic.4.ad 2. qui dixit, quod nõ su-

mere cibum, eſſet ſe ipſum occidere: at hoc nullo caſu licet, ergo nullo modo licet nō ſumere. Sed reſpondent, qui contra ſentiunt, Sanctū Thomā non dicere, quod formaliter ſe occideret, ſed reductiuè, quia vitam nō conſeruaret, at quia iuſtè condemnatus eſt, nō tenetur illā cōſeruare.

Secundò mouentur, quia ſententia nō prohibet illum cibum ſumere, neque prohibere poſſet, quia eſſet iniqua, non enim poteſt condemnari facere, ſed pati, prohibet ergo tantum, ne cibi eidem miniſtrentur: igitur non poteſt defendi bono obediētiæ, & manet lex, quę vnumquemque obligat ad vitam tuendam.

Contrarium, imò iſtum poſſe oblatos cibos non capere, dixit Ioannes Maior in 4. diſtinct. 15. q.22. ſequuntur Soto de iuſtit. & iure. lib.5. queſt.6. art.4. colum.7. & 8. Michael Salon in 2.2. quæſt. 64. artic.5. controu.1. argum.5. & in ſolutione. & q.69. art.4. controu. vlt. qui dicit, quod eſt communis opinio inter Thomiſtas, Petrus Nauarra lib.2. de reſtit. c.3. num.75. cum ſeq.

Mouentur iſti primò, quia nō comedere non eſt actus poſitiuus ſe occidendi, ſed actus negatiuus, atqui multi actus negatiui licent, vt non fugere de carcere, ergo & non comedere. Reſpondet huic fundamento Bañes, non eſſe eandem rationem, quia non fugere, eſt expectare mortem ab extrinſeco infligendam, non comedere, eſt expectare mortē ab intrinſeco efficiēdā: quod, non video quā vim habeat, ſed planius infrà rñdebo.

Secundò, quia non ſine cauſa mori ſe ſinit, ſed ex bono obediētiæ, cum mortem mereatur, vult illam pati. Reſpondet Bañes, quod cum ſententia non condēnet illum ad non edendum, non adeſt bonum obedientiæ. Sed iā replicauerat Soto, fateor quod ſententia non condemnat illum ad non edendum, ideò poſſet comedere, ſed quia eſt condemnatus, ne illi miniſtretur eſca, donec exhalet animam, poteſt non comedere: ſed hoc non aliter probat, & eſt aſſumere id, de quo diſceptatur.

Tertiò, mirum eſt, quod Nauarra inducat ex Diuo Auguſti. qđ licitum eſt, potius mori, quàm Idolothytis veſci: & quod 2. Machabæor. cap.6. laudatur Eleaza-
12 rus, q̃ elegit potius mori, quàm carnes porcinas manducare: ex quo infert, quod non edere, non eſt ſe ipſum occidere. Cum tamē iſta non poſsint ad propoſitum induci, quia cum in cōtemptum religionis cogitur quis per tyrannum, edere ex Idolothytis, ſicut cogebatur Eleazarus, edere carnes porcinas: non ſolum poteſt, ſed imò debet abſtinere, & potius mori, quàm Idolothytis veſci in cooperationem Idololatriæ: quod dixit Auguſti. de bono coniugali. cap.16. & habetur in capit. ſicut latius. 32. quæſt.4.

Sicut

Sicut & azima cum Iudæis comedere nemo potest: cap. nullus. c. omnes. 28. quæst. 1. Hoc enim casu moritur quis pro obseruatione religionis, quam nè quis violet etiam in minimo, centies moriendum est. capit. sacris, de his quæ vi. cap. ita ne. 32. quæst. 5. ca. non solum. cap. nolite. 11. quæst. 3. c. Lotharius. 31. quæst. 2. Tunc enim nolo peccatum facere, & si mors venit, tolero illam pro actu virtutis non eam accerso. At si ingrueret necessitas famis, & abesset scandalum, neque posset videri cooperatio Idololatriæ, ex immolatis, vt creaturis Dei mundis possemus vesci: vt declarant Goffredus Archidiaco. & Turrecremata in d. cap. sicut satius 28. q. 1. Marquard. de Susannis in tracta. de Iudæis. par. 4. cap. 4. num. 23. & alij, quos citat Enriquez in Summa. lib. 8. cap. 60. litt. F. & satis expresè, ita declarat Apost. 1. ad Corinth. ca. 8. quo casu qui abstineret, & pateretur se mori, mortaliter peccaret.

Ego indubitanter teneo priorem Caietani, & sequacium opinionem, istum etiam iustè condẽnatum vt inedia pereat, mortaliter peccare, oblatos cibos nõ comedendo, quia qui non edit, positiuè se occidit: quid enim interest, paruo an magno tempore se occidat? capit. non mediocriter. de consecrat. distin. 5. Neque potest esse, quin ille qui sic nõ edit, habeat intentionem finiendi vitam, quia esset nimia implicatio, vti suprà diximus ex Caieta. 2. 2. quæst. 124. art. 2. Et cum sit consequẽs naturale, & necessarium, mori non edentes, nõ potest mutari, ac proinde non potest negari intentio se occidendi, in non edente. Atquì, quidquam agere, vel non agere, vel negatiuè se habere, nullo modo licet cum intẽtione moriendi, etiam ob quemcunq; bonum finem, vt supra dictum est, ergo clarum est quod non licet.

Non obstat, quod sit actus negatiuus; quia neque actus negatiuus cum intentione quod sequatur mors, licet: vt diximus hoc libro cap. 1.

Non obstat, quod non fugere à carcere liceat; quia respondeo, quod non fugere à carcere, non est causa naturalis, ac proinde immutabilis moriendi, sicut non edere, licet possit esse occasio nimis propinqua, ex circunstantia iudicis, & tyranni, quem non omninò scio me occisurum, ideò potest sperari mutatio, & per consequens in sic non fugiente non damus necessariam intẽtionem moriendi; sed nolendi deserere bonum virtutis, & si mors aduenerit illam patienter tolerandi, tanquam effectum cõsequutiuũ: quod licet, vt suprà dictum est. Præterea, ex cessatione ista fugiendi, non sequitur mors sed timetur alius actus, qui illam inducat; ex cessatione autem edendi immediatè sequitur ipsa mors, & ita non edẽs se ipsum occi-

occidit, quod non licet, non fugiens autem ab alio mortem patitur: quod vltro pati, ex causa licet.

Non obstat prætensum illud bonum obedientiæ, & volendi mortem quam meretur, quia hoc est dicere, non vult mortem vt finem, sed vt medium, quia finis est obedire iudici, & satisfacere Reipublicę: sed iam iste vult mortem vt medium satisfaciendi, & obediendi, & ei cooperatur, imò eàm operatur non edēdo, atquì iam suprà cap. 1. & 2. probatum est, qui vult mortem suam vt medium, illam velle directo & formaliter, & hoc nō licere pro quocunque bono virtutis: igitur nō licet. Præterea, neque ob pœnitentiam commissi peccati licet se occidere, cap. si non licet. 23. q. 5. cap. sceleratior. ea. nihil Iudæ. de consecrat. distin. 3. neque obediendo iudici, aut legi præcipiēti, vt diximus suprà lib. 1. cap. 10. nume. 5. ergo clarum est, peccare talem condemnatum, non sumēdo cibum, cum possit.

13 Prædictis addam pro corollario, non teneri nos vti cibis delicatioribus, & selectis ad effectū prolongandi vitam, sed sufficere si communibus, dummodo sint ex his, qui ad vitæ conseruationem naturaliter sunt producti. Soto d. lib. 5. de iustit. & iure q. 1. artic. 6. col. 7. Ioannes Maior in 4. distin. 38. quęst. 24. Corduba li. 1. quęst. 38. in solutione ad 4. Gerson in tract. de abstinen. Carthusien. à carnibus, Aragon, & Michael Salon in 2. 2. q. 64. arti. 5. ad argumentum 5. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. nu. 10. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 88.

14 Habemus exemplum Diui Iohannis Baptistæ, qui locustas & mel siluestre edebat, Matth. c. 3. Marci cap. 1. Locustas quidem, non marinos illas delicatioris gustus cancros, vt hæretici somniant, sed insectum illud animal, quod saltando incedit, plusque videtur quam reptile, minus quā auis: ut ait Hieronym. in cap. 4. Ionæ, cuius esus lege veteri fuit permissus, Leuit. cap. 11. ac oriētalibus Lybiæ populis fuit familiaris, vt ait idem Hieronym. lib. 2. contra Iouinian. habens grauē odorem, malumq; gustum: vt ait Euthymius in capit. 3. Matthæi, Ethiopes etiam eas victitasse, ait Strabo lib. 16. & Parthos, ait Plinius lib. 11. natural. histor. ca. 29. Mel etiam siluestre summè amarum, & omni gustui inimicum & infestum, ait Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. 132.

15 Addit etiā Aragon vbi suprà, quod neque tenemur quotannis nos purgare, neque adire saluberrimam prouinciam, neq; pretiosa medicina vti. Et Innocen. in cap. tua nos. num. 5. de homicidio. inquit, quod non tenetur aliquis viuere medicinaliter, quia

16 omnia sunt sana sanis; sed si sciēter acciperet, sine causa, aliquid nociuū, vnde mors ei eueniret, vel

vel infirmitas, quæ subtraheret eum à seruitio Dei, peccaret. Idē ait Hostien. ibi. num. 7. Anton. de But. num. 23. Ioan. And. nume. 6. Abbas num. 5. Anchar. num. 8. Felyn. colum. 2. Marian. Socin. num. 9. Cardin. Zabarella nume. 6. Imò quod sanus malè faciat, viuendo medicinaliter, ait Ripa de remedijs ad curandam pestem, in §. incipi. medicorum auxilio, num. 121. dixerat etiam ante eū Cornelius Celsus lib. 1. de re medica. cap. 1.

17 Ex prædictis autem fit, dignitatis & rationis plenam esse orationem Diui Marci, qua decreuit, neminem posse alimentis testamento relictis renuntiare inconsulto Prætore. l. cum hi. ff. de transaction. l. 5. tit. 7. l. 11. titu. 9. parti. 2. Pendet enim vita hominis de alimentis: l. necare. ff. de liber. agnosc. Et vt Ennius ait, vita vitalis secundum spiritum nihil habet, quo arctius teneatur cibo potuque. Inde Aristoteles 1. de Anima. & post eum Baldus nu. 4. in l. reos. C. de accusatiōn. illud inquiunt, viuit vita, quod suscipit alimentum. Adeò quod Bartolus in dicta l. cum hi. nu. 6. voluerit, transactionem eiusmo-

18 di, neque iuramento confirmari, quia fauor est alimentorum, ne transigens fame pereat, habetque plures sequaces: sed verius cēsuit alibi idem Bartolus, nimirum in l. si quis pro eo. num. 17. ff. de fideiussoribus confirmari iuramento, quod crebriori calculo receptum est, vt apparet ex adductis per Couarruuiā 2. par. cap. quamuis pactum. §. 6. num. 4. & 2. par. de sponsalibus, cap. 8. §. 6. num. 3. Tiraquel. in præfatione l. si vnquam. nu. 141. & 146. & in tract. nobilitatis. cap. 37. nu. 122. Minchacam libr. 2. de successio. creatione. §. 18. nu. 78. Gregorium Lopez. glos. 1. in l. 34. tit. 34. parti. 7. Ioannem Gutierrez. 3. par. de iuramento confirmatorio. cap. 3. nu. 4. Anton. Cord. de Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 139. & in §. parens. num. 59. ff. de liber. agnosc. Ioan. Matienzo in l. 8. tit. 8. lib. 5. Recopilat. glos. 1. num. 24. & nouissimè Io. Petr. Surdum in tract. de alimentis. tit. 8. priuileg. 56. num. 42. cum pluribus sequentibus. Apud quos plures ampliationes, & limitationes tradūtur, quæ omittimus, quia non sunt instituti nostri.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Medicis non obedire non est peccatū.*

2 *Edere, quod leuiter nocet, est veniale.*

3 *Comedens aliquid nociuum, cum intentione, quod sibi detrimentum eueniat salutis, mortaliter peccat.*

4 *Comedens notabiliter nociuum, etiā sine intentione moriendi, mortaliter peccat.*

5 *Lex Zaleuci apud Locros.*

6 *Qui respuit humana remedia, mortaliter*

taliter peccat.
7 *Medicinas respuens, præsumitur furiosus.*
8 *Nisi aliqua ratione motus id faciat.*
9 *Martyr susceptas pro fide plagas posset nolle curare.*
10 *Leues ægritudines possemus nolle curare.*
11 *Cum ingenti dolore, & cruciatu nemo tenetur tueri vitam.*
12 *Qui nollet sibi mederi, posset à propinquis ligari.*
13 *Medicus curans inuitum, potest ab eo expensas, & mercedem repetere.*
14 *Inuitum debemus extrahere de domo ruente.*
15 *Se trucidare volentem debemus impedire.*
16 *Vnusquisque emens medicinas, vel ministrans infirmo inuito, potest ab eo repetere.*
17 *Etiam si æger moriatur.*
18 *Medicus, curans eum, qui non vult ab eo curari, sed ab alio, nihil repetit.*
19 *Medicus coniunctus, an posit repetere, quod erogauit pro curando inuito.*
20 *Etiam inter coniunctos non præsumitur donatio sine alijs coniecturis.*

CAP. VII.

Respuens medicinas qualiter peccet.

EX prædictis perpendi potest, quatenus peccet infirmus, medicis non obediendo, medicinas non sumendo, vel quid edendo nociuum: circa quæ dico sequentia.

1 Primò, quod Innocentius in cap. tua nos. num. 4. de homicid. ait in hæc verba. *De infirmo autem, videtur quod non peccat, si non obediat medico, quia nec prælatus est eius, neque aliter tenetur sibi obedire: tamen bonum est, quod ei tanquam perito in arte credat.* Et hæc est receptissima sententia, illam enim sequuntur ibidem Hostiens. nu. 5. ad fi. Ioan. Andr. num. 5. Ant. de But. num. 21. Abbas num. 5. Anchar. num. 7. Anan. nu. 10. Felyn. col. 2. Zabarel. num. 7. Marian. nu. 8. Syluester in Summa. verbo medicus. q. 8. Credo quod sentiunt isti, quod peccabit æger, si quid edit, vel non edit, quidquamvè aliud facit, quod saluti suæ noceat, secundum infrà dicenda, quia ita facit, non verò, quia medico non paret, itaque si nullum detrimentum ei eueniat, nō obedire medico, non est peccatum.

2 Dico secundò, quod edere, vel non edere, vel quid facere, quod parum, & leuiter nocet, est peccatum veniale: vt bibere infirmum, quia aliquando grauior est afflictio sitis, quàm febris: sentiunt Innoc. Hosti. Butr. Anan. & cæteri vbi suprà, docet expresse Nauarr. in Manuali. c. 15. num. 13. Syluester d. q. 8. Ripa tit. de remed. ad curan. pestem. §. medicorum auxilio. num. 38.

3 Dico tertiò, quod ægrotus, aut sanus comedens, aut bibēs quālibet rem, cum intentione, quod sibi

sibi notabile nocumentum salutis eueniat, peccat mortaliter: patet ex dictis suprà isto libro cap.1.& ait Aragon in 2.2.q.64. artic.5.ad 5.argumentum.

4 Dico quartò, quod comedēs, aut bibēs quid mortiferum, aut notabiliter nociuum, sciens, aut scire debens esse tale, etiam sine intentione, sed ex intemperantia, aut appetitu, mortaliter peccat, maximè si prohibente medico id faciat: ita argum. text. in c. fi. de iniur.& l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. aiunt Innoc. numer. 4. Hosti. num. 6. Ioan. Andr. num. 5. Anton. de Butr. nu. 22. Abbas nu. 5. Anchar. nu. 7. Anan. nu. 10. Zabarella nu. 5. Maria. Socin. nu. 8. Felyn. col. 2. in c. tua nos. de homicidio. Syluester verbo medicus. q. 7. Nauarr. in Manuali. c. 15. num. 13. Ripa tit. de re med. ad curandam pestem. §. medicorum auxilio. nu. 57. Addūt tamen isti, quod si non crederet mortiferū, sed minus nociturum, venialiter peccaret, vel saltem non tam grauiter: in quo videntur velle, etiā in hoc casu mortaliter peccaturum.

5 Fuit in hac re notabilis, & iniusta lex apud Locros à Zaleuco lata, qua si quis ægrotans vinum intemperatum bibisset, nisi iubēte medico, etiamsi ad pristinam valetudinem redijsset, mortis ei supplicium erat constitutum: ex Athenæo libro 10. cap. 9. & Eliano libro 2. refert Petrus Herodius lib. 4. decretorū. tit. de extraord. criminib. cap. 31. Subiungit Herodius causam legis, quasi sibi mortem conciscere voluisset, qui fomentum, & irritamentum ægritudini sciens attulisset. Sed volentem se occidere, non posse morte puniri, diximus superiori libro cap. 21. num. vigesimoquinto.

6 Dico quintò, quod ægrotus qui curari non vult, sed respuens humana remedia, soli se diuinæ prouidentiæ committit, mortaliter peccat, quia Deum tentat. S. Thomas, & Caiet. in 2.2. q. 97. art. 1. ad 3. Nauar. in Manuali. ca. 12. num. 41. Tiberius Decian. libro 9. tract. crim. cap. 1. num. 46.

7 Confirmatur ex eo, quod si quis medicis obedire nolit, & medicinas respuat, præsumitur furiosus, & mente non sanus. Gl. & Doctores in Sūma 83. distinct. Speculator in tit. de salarijs. §. 4. num. 4. Ioannes de Lignano in tractatu de bello. cap. 49. decisio 1. Lituanica. nu. 1. & 63. Alexan. in l. apud Iulianum. §. constat num. 4. ad finem. ff. de leg. 1. Mantua in l. is potest. num. 141. ff. de acquir. hæred. Iason numero 4. in l. furiosum. C. qui testament. facer poss.

8 Verum, vt hæc præsumptio locum habeat, oportet quod probetur; ægrotum medicinas respuere, more furiosorum, non aliqua ratione motus. Posset enim esse, quod ob amaritudinem, ob nauseam, ob difficultatem sumēdi, ob timorē ne sibi noceret,

vel

vel ob aliam causam à furore longè distantem, illam respueret. Ita declarat Alciat. regula 1. præsumpt. 38. Mantica lib. 2. de coniectur. vltim. volunt. titu. 5. num. 12. ad finem. Mascard. tomo 2. conclus. 826. num. 24. Menochius lib. 6. præsum. 45. nu. 38.

9 Limitantur prædicta primò, in eo, qui tempore martyrij nollet, infixa sibi à tyranno vulnera curare, ob gloriam Dei, & fidei testimonium, ne videretur minus spontè illa suscipere: prout Sancta Agatha nolebat curari, vt refert in eius actis Metaphrastes, & habentur tomo 5. Lipomani & tomo 1. Surij. ita Caietan. in 2. 2. quæst. 97. artic. 1. Nauar. in Manuali cap. 12. num. 41.

10 Limitantur secundò, in eo, qui nollet mederi quibusdam ægritudinibus, quæ mortis periculum non adferunt, vt cauterijs, vulneribus aliquot minoribus, dolori iliaco, vel stomachi, ad carnem domandam, & Christi passioni compatiendum, vel expeditius vacandum spiritui, ita Caietan. & Nauarr. vbi suprà.

Sic admirabilis ille Sanctus monachus Simeon Stylita, qui terrenus angelus, & martyr aerius merito appellatus fuit, vt ait Nicephor. lib. 14. cap. 51. quemq; pluribus extollit Euagrius lib. 1. ca. 13. & 14. in altero pede molestissimum vlcus habebat, neq; tamē curari vnquam voluit. Theodor. Episcop. Cypri in libro quē Philotheus siuè Sanctorum Patrum Deum amantium inscripsit, c. 26. Pariter Benjamin senior grauē, qua laborabat, hydropisim nunquā curauit, qui multos suis orationibus curauit, inuisentesque se consolabatur, & rogabat, vt Deum præcarētur pro ipsius anima, nihil de corpore soliciti, qa & dum sanum (inquiebat) esset, nihil mihi profuit, neque dum infirmum, me læsit. Sozome. lib. 8. tripartit. cap. 1. Pallad. in Lausiaca historia sectio. 12. Tiraquel. de nobilit. cap. 31. num. 516.

11 Limitātur tertiò, in eo, qui ingentem dolorem, & cruciatum esset passurus in curatione, quia non obligat præceptum tuendi vitam, cum tam difficili medio, quemadmodum esset, si membrū esset secandum, vel latus aperiēdum: ita Soto de iustit. & iure. li. 5. quæst. 2. artic. 1. Gregor. de Valentia tomo 3. disput. 5. q. 9. Aragon in 2. 2. quæst. 26. artic. 4. q. 5. in corpore ad medi. Petrus Nauarra d. cap. 3. nume. 102. Refert Plutarch. hoc euenisse Caio Mario, qui cum in vtroque pede varices haberet, nullis vinculis alligatus, præbuit sese medicis secādum, ac ne suspirio emisso, nec adductis supercilijs, chirurgi curationem pertulit, addit Seneca epist. 78. dum varices secarētur, eum legere librum perseuerasse, quia licet Marium nō nominet, manifestè de eo loquitur. Cæterum, cum medicus ad alterum crus transiret secandum, vetuit dicens, curationem non esse tan

to

to dignam cruciatu. Refert & Cicero 2. Tusculan.

12 Ex prædictis fit, quod regulariter, qui nollet ægritudini suæ mederi, posset à propinquis ligari, vt notant Turrecremata in cap. 1. num. 10. distinct. 83. Ign. in l. 1. §. si sibi manus. num. 10. ff. ad Syllanian. Est enim consequens clarum, si furiosus præsumitur. cap. ipsa pietas. 23. q. 4.

13 Indeque fluit, quod illum inuitum, & reluctantem medicus curare posset, imò deberet, S. Th. in 2. 2. q. 33. art. 6. argumento 1. & licet, qui rem alicuius gerit illo vetante, non possit postea agere actione negotiorum gestorũ, neque ab illo quidquam exigere, mercedis, aut expensarum nomine. l. fi. C. de negot. gestis. l. si pro te. ff. mandati. tamen si medicus etiam inuitum, & reluctantem curauerit, poterit ab eo expensas, & mercedem recuperare: ita Glos. & Archidiacon. & Turrecremata num. 10. Præpositus num. 1. in cap. 1. distinct. 83. Speculat. tit. de salarijs. §. 4. nu. 4. Bartol. per text. ibi num. 1. in fi. in l. Stychus. ff. de pecul. legat. Alex. ibid. & in l. quamuis. num. 13. ff. sol. matrim. & in d. l. fin. nu. 7. C. de negot. gestis. Roman. singul. 124. Felyn. in cap. pastoralis. num. 15. de offic. deleg. & in cap. contingit. colum. 2. de sentent. excom. Decius consil. 691. num. 11. idem Dec. num. 2. & Cagnol. num. 7. in l. inuito. ff. de reg. iur. Socin. cons. 26. num. 11. lib. 1. & sub littera E. reg. 28. limitat. 4. Segura in l. 1. §. si vir. num. 123. ff. de acquir. possess. Cattelian. Cotta in memoralibus. verbo beneficium. Francus in cap. cum. C. laicus. nu. 6. de foro compet. lib. 6. Corset. in singul. verbo expensa. el 1. num. 2. Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 6. nu. 38. Ripa tit. de remedijs ad curand. pestem. §. medicorum auxilio. nu. 103. Vincent. Carroz. in tract. de locato, & conducto. par. 2. verbo medico. quæst. 2.

14 Quorum sententia optimo iure procedit, quia etiam inuitos seruare debemus, ne pereant, prout extrahendo de domo mẽte, vt ait text. in cap. ipsa pietas. 23. qõ. 4. Singularis Hippolyto de Marsilijs singul. 189. Tiraquel

15 lo d. cap. 6. num. 37. impediendo se trucidare volentem, Ign. in l. 1. §. si sibi manus. nu. 10. ff. ad Syllanian. Decian. li. 9. tract. crimin. cap. 1. num. 34. detinendo eũ, qui in locum periculosum ire vult: Glos. in l. sed eximendi §. Prætor ait. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est. Tiraquel. d. cap. 6. nu. 39. etiã appellando à sententia condemnatoria, l. non tantum. ff. de appellat. l. addictos. C. de episc. & cleric. Nam & Angeli violenter extraxerunt Loth de subuersione Sodomorum, ne simul cum impijs ipse periret: Genes. c. 19. vtilitati enim istorum non volũtati consulendum est, cum ipsi inueniantur sibi inimici. capit. & qui emendat. 45. distinctione.

Am-

16 Ampliatur hoc, vt procedat etiam in quocunque emente medicinas, aut ministerium curationi præbente, Felyn. in cap. contingit. colum. 2. de sententia excommunica. Cagnol. num. 7. in l. inuito. ff. de regu. iur. Surdus decis. 225. nu. 16. & videtur de mente omnium citatorum.

17 Ampliatur secundò, vt procedat, etiam si æger moriatur, non enim debet medico imputari mortalitas, l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsidis. & sufficit, si vtiliter cœperit gerere, licet euentus non fuerit sequutus. l. sed an vltro. ff. de negot. gest. ita Glos. & Præposit. num. 1. in d. cap. 1. dist. 83. Speculat. ti. de salar. §. 4. nu. 5.

18 Limitantur prædicta, vt procedant in medico curante eum, qui absolutè nollet curari, nō in eo, qui nollet à certo aliquo medico curari, quia forsan de eo non confidit, neque vitam suã ei vult credere, vult tamen ab alio curari, ab isto enim, si eum inuitum talis medicus curauerit, nihil petere poterit. Ita declarat Ioan. de Lignano in tracta. de bello. c. 49. quod habetur in 16. volumi. tractatuum.

19 Limitantur secundò, in medico coniuncto, qui si inuitum curauerit, videbitur pietatis causa fecisse, & nihil petere poterit: argumento tex. in l. alimenta. C. de nego. gestis. & l. si seruus communis. ff. de donatio. inter virum & vxor. ita Glo. & Præposit. num. 1. Archidiac. num. 2. in d. cap. 1. distinct. 83. Corset. in singul. verbo expensa. el 1. nume. 2. Carroz. de locato. verbo medico. q. 2. nu. 7.

20 Cæterum ab hac sententia recedit Gaspar Baeza in tractat. de decima tutori Hispano præstanda. cap. 4. num. 25. & seq. eo argumento motus, quod etiam inter coniunctos non præsumitur donatio, nisi aliæ coniecturæ cõcurrant. l. ex duobus fratribus. l. penult. ff. de negot. gestis. l. si negotium. C. eodem tit. cum amplè cõ gestis à Menochio lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 88. nume. 16. Mascardo 1. par. de probation. conclus. 554. num. 41. Rem hanc ipse ita componerem, vt si expensæ vel labor essent magna, possent peti à medico coniuncto, quia non præsumũtur donata, ex proximè adductis. Sin autem essent modica, non possent, quia tũc ex sola cõiunctione præsumitur donatio. Mascard. qui alios refert, vbi suprà. num. 44.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Deliberatè optare mortem, à se ipso sibi inferendam, est peccatum mortale.*

2 *Idem si ab alio, cum propria cooperatione.*

3 *Optare sibi mortem, à Deo mittendam sine propria cooperatione, peccatum non est, etiam si fiat ob fugiendas miserias huius sæculi.*

4 *[Q]ui præ impatientia sibi mortem impre-*

precatur, vt peccet.

5 *Optare mortem amore Dei, est meritorium.*

6 *Deliberatè cupiens se nũquam fuisse, mortaliter peccat.*

7 *Tradere se ministris iustitiæ licitum an sit?*

CAPVT VIII.

An liceat mortem desiderare, & an liceat reo tradere se ministris iustitiæ.

Quia congruè non potuerunt istę duę quęstiunculæ alibi inseri, hoc loco de illis agamus.

Quo ad priorem, Plinius li. 1. histor. natural. cap. 1. inquit. *Tot periculorum sunt genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius votum.* Sed an hoc votum sine peccato habere posſimus, quæstionis est. Et Nauar. in Manuali. cap. 15. nu. 11. ait, quod peccat mortaliter, qui animo deliberato sibi mortem, vel membri mutilationem præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, aut pro quouis alio infortunio exoptat. Idem ait Graphæus lib. 2. decis. aurea. cap. 62. nu. 64. Neque aliud adducunt, quàm quod nemo potest se ipsum occidere: cap. si non licet. 23 quæst. 5. S. Thomas 2. 2. q. 64. artic. 5.

In contrarium facit, nam Christus Dominus mortem desiderabat, Lucę cap. 12. versic. 50. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur.* Et Paulus ad Philippéses cap. 1. vers. 23. *Coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Et ad Roman. cap. 7. vers. 28. *Infælix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et Moyses Numer. cap. 11. versic. 19. & sequen. *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi, sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Et Tobiæ capit. 3. Tobias ait. *Pracipe in pace recipi spiritũ meum, expedit enim mihi mori magis, quàm viuere.* Et ibidẽ Sara ait *Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè de super terram eripias me.* Et Ionas cap. 4. vers. 3. ait. *Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me, quia melior est mihi mors, quàm vita.* Et vers. 8. ait tex. *Percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat, & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit melius est mihi mori, quam viuere.* Et paulò inferiùs: *Benè irascor ego vsque ad mortem.* Et 3. Regum. cap. 19. vers. 4. Elias *Perrexit in desertum viam vnius diei, cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperũ, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait, sufficit mihi Domine, tolle animã meam.* Et Psalm. 101. vers. 8. *Educ de custodia animam meam;* habet alia translatio *de carcere*, quod idem est, nam corpus est, carcer animæ, & custodia idẽ est, quod carcer.

Hæc res potest sequentibus conclusionibus comprehendi.

1 Prima conclusio, optare sibi deliberatè mortem à se ipso inferendam, est peccatum mortale; quia deliberat se occidere, qđ est peccatum mortale, etiam si opere non impleat. Nam peccata cordis, oris, & operis sunt eiusdem speciei. S. Thomas in 2.2.q.72. artic.7.

2 Secunda conclusio, optare sibi mortem ab alio inferendam, cum cooperatione propria, aut negligentia illicita, est pariter peccatum mortale, eadem ratione.

3 Tertia conclusio, optare sibi mortem, non cooperando ad illam, neque volendo cooperari, sed quod Deus illã mittat, quomodo sua maiestas voluerit, siuè per infirmitatem, siuè per aliquem violentum hominem, etiã si sit pro fugiendis miserijs huius vitæ, non est peccatum. Probatur, qa & Moses, Ionas, Esaias, Thobias, & Sara ita desiderabãt, & petebant à Deo mortem, & in hoc casu habebant speciẽ boni: Eccles. cap.30. vers. 17. *Melior est mors, quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perseuerans.* Et iterum cap.41. vers.3. *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus.* Ergo licet desiderare, quod sibi melius est. Ita Iob cap.10. vers.1. *Tædet* (inquit) *animam meam vitæ meæ.* Ita in terminis tenent Aragon in 2.2.quæst.83.artic.6. col. 6. versic. ex dictis infertur. Michael Salon in 2.2. quæst.64. art. 5.colum.5.qui dicunt, quod desiderare mortem, cùm conditione quod illam inferat Deus, non est peccatum. Petrus Nauarra libro 2.de restit.c.3.nu.17.& 34.

4 Quarta conclusio, qui per impatientiam sibi mortem desiderat, peccabit plus minusvè, secũdum gradum impatientiæ: iuxta ea, quæ tradunt S.Thomas & Doctores in 2. 2. quæst. 136. artic.1. Et ita peccat qui mortem sibi præ impatientia imprecatur. Nauar. in Manuali. cap.23.nu.117.

5 Quinta conclusio, optare sibi mortem ex bono fine, vt amore Dei, desiderando peruenire ad illum facie ad faciem contemplandum, vel desiderando pro fidei suæ testimonio vitam fundere, non solum non est peccatum, verum est heroica virtus. Ita coarctabatur Christus Dominus, ita desiderabat dissolui Apostolus Paulus, & optimè ait Turrecremata num. 2. in cap. quam præposterum.13. quæst.2. in hæc verba. *Meritò ergo mors à bonis, & sanctis desideratur, quoniam mors nihil aliud est quàm exitus de carcere, finis exilij, laboris consummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris grauissimi, scilicet corporis depositio, de furioso equo, idest de carne descensio, de domo ruinosa liberatio, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum euasio, omnium malorum consumptio, debiti naturæ solutio, reditus in patriam, & regres-*

regressus in gloriam: & propter hoc dicitur Eccles.7. Melior est dies mortis, quàm infirmitas. Hactenus ille. Idē ait Aragon vbi suprà, si optaretur, vt veniret mors, antequam in peccatum caderet.

6 Sexta conclusio, qui deliberatè cuperet, se nunquam natum fuisse, peccaret mortaliter: ita post Alex. de Hales Nauar. in Manuali. cap.15. num.12. licet enim disputent Doctores, an aliquando non esse possit esse melius, quam esse: vt per S. Hieronym. super Ion. capit. 20. Thomistas in 1. par. quæst.5. artic.2. Michael Salon in 2.2. quæst.64. artic.5. ad 1. argumentum. Tamen qui desiderat non fuisse, videtur nolle Deum laudare, & glorificare, & votū habet damnatorum existentium in inferno, non viuorum, qui possunt saluari.

7 De posteriori, an quis possit se tradere ministris iustitiæ, quoties ex suo delicto venit ei imponenda pœna mortis, potest dubitari, quia nemo se ipsum prodere tenetur, iuxta illud Chrysostomi. *Non dico tibi, vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuses.* cap. quis aliquando. §. non tibi. de pœnitent. dist. 1. S. Thomas in 2.2 quæst.69. art.1. Soto de iustit. & iure. lib.5. quæst.6. artic.1. plures per Menoch. consf.405. numero 12. lib.5. Decian. lib.9. tracta. criminal. cap.1. nu.34. & 38. quod etiam ita obligare, vt non solum quis non teneatur, verum non possit; ait Nauar. in d. §. non tibi dico. nu.9. inde ait Farinac. q.34. num.51. quod iste talis cōparendo, morti se offerret, quod non licet.

Pro hac parte facit, quod dicimus infrà c.12. num.14. detegentem crimen suum occultum, ex quo incurrit periculū vitæ, mortaliter peccare.

E contra S. Thomas in 2. 2. q. 64. artic.5 ad 2. ait, quod licitum esset iudici, qui aliquod maleficium commisisset, committere se iudicio aliorum. Et Soto lib.5. de iustitia, & iure. quæst.6. artic. 4. colum.7. ait. *Quis enim ambigat, quin scelerosus homo suorum criminū conscius, sciens Prætorem venire ad se capiendum, possit illum operiri.* Idem vult idem Soto de ratione detegendi secretum. memb.1. q. 3. concl.3. argum.5.

Facit pro hac parte, quod aiūt Gl. verbo offerre. & Abb. nu.10. in Clem. pastoralis. de re iudic. posse quemquam se offerre morti ex multæ patientiæ merito, cum his quæ adducimus c. seq. num.8. vers. tertiò facit. Imò & videtur idem, quod resoluimus eodem cap. seq. num.7. iustè carceratum, & à fortiori quod nu. seq. iniustè carceratum, posse à carcere, data oportunitate, non fugere: nam quemadmodum potest non fugere à carcere, videtur quod possit ad carcerem spontè venire. Rursus si relaxatus sub iuramento, qui potest non redire, quo scit se iniustè occidendū, potest nihilominus, si velit, redi-

re: vt infrà cap. 10. ostendimus, ergo qui delictum fecit, pro quo iustè potest occidi, tametsi non teneatur se prodere, & latere possit, poterit nihilominus ministris iustitiæ se ipsum tradere. Et de Sancto Anastasio, ac de Sancto Maximo legitur in Martyrologio Romano die 5. Decemb. & die 20. Octob. quod se pesecutoribus obtulerũt; id quod plures alij Sancti Martyres fecerunt, tametsi scirent, quæri se vt iniustè occiderētur. Imò & Christus Dominus, vt ait B. Petrus episto. 1. cap. 2. *Tradebat autem iudicanti se iniustè.*

Legitur etiam in Prato spirituali. cap. 166. in hæc verba. *Dicebat Abbas Sabbatius: cum sederem in monasterio Abbatis Firmini, venit quidam latro ad Abbatem Zosimum Cilicem, & rogabat senem, dicens: fac charitatem, per Deum te precor, quia multis homicidijs obnoxius sum, fac me monachum, vt iam tandem desistam à sceleribus meis. Senex verò exhortans illum, fecit monachum, & sanctum ei habitum dedit. Post modicum verò temporis dixit ad illũ senior, crede mihi fili, non potes hic habitare, nam si audierit Princeps, tenebit te: similiter autem & aduersarij tui necabunt te, sed audi me, & ducam te in cœnobium Abbatis Dorothei prope Gazam, & Maiumam. Illuc igitur iuit, vbi cum moratus esset annis nouem, didicissetque psalterium, & cunctam monasticam obseruationem, redijt rursus in Firmini monasterium ad senem, & ait illi, fac misericordiam mecum pater, & da mihi vestimenta mea secularia, & recipe monastica. Senior autem tristis effectus, ait illi, cur fili? qui respondens ait, ecce nouem, vt nosti pater, annos egi in cœnobio, & quantũ potui, ieiunaui, & continenter vixi, & cũ omni quiete, & timore Dei fui in subiectione: & scio, quia illius infinita bonitas multa peccata mea remisit mihi: veruntamen, aspicio sæpius puerulum astantem, & dicentem mihi, cur me occidisti? hunc autem aspicio in somnis, & in ecclesia, & cum ad communionem pergo, & in refectorio hæc eadem mihi dicentem, & vel vna hora non sinit me quiescere: ideò itaque pater abire volo, vt pro puerulo moriar, frustra enim, & sine vlla causa occidi puerulum ipsum. Sũptis ergo vestimentis suis exijt, & cũ sic indutus pergeret Diospolim, tentus est, & sequenti die decollatus.* Corocottas Hispanus latro, cum præmium propositum esset ab Augusto, decies sestertium ei, qui illũ adduxisset, ipse sese Imperatori tradidit: à quo & veniam, & promissum prẽmium obtinuit. Dion. lib. 56.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Iniustè carceratus licitè potest fugere à carcere, in vtroque foro.*
2 *Etiam cum effractione.*
3 *Et an posset custodem occidere?*

Con-

4 *Condemnatus iniustè ad carcerem perpetuum, vel temporalem licitè fugit.*

5 *Iniustè carceratus fugiens, an iure ciuili puniatur?*

6 *Iustè carceratus, an & quomodo possit è carcere fugere?*

7 *Iustè carceratus si potest fugere, an licitè possit remanere in carcere, quando imminet periculum vitæ?*

8 *Et quid in eo qui iniustè carceratus est?*

9 *Morans cum latronibus, cum possit fugere, puniendus est. & numero decimo.*

10 *De intellectu tex. in l. non omnes. §. captus. ff. de re milit.*

11 *Bello iusto ab hostibus captus, an possit à domino aufugere?*

CAPVT IX.

Condemnato ad mortem qui potest fugere, an liceat in carcere manere.

NOn absimilis præcedētibus est quæstio, an carcerato ad mortem condemnato, vel qui certo scit se ad mortem condemnandum, liceat non fugere, sed in carcere manere, data fugiendi opportunitate: an verò fugere omninò teneatur, & non fugiendo peccet? & vt intelligatur status quęstionis.

1 Præmitto primò, quod iniustè carceratus licitè potest fugere à carceribus, tàm in foro interiori, quàm exteriori. S. Thomas & omnes in 2. 2. quæst. 69. artic. 4. Bartol. & Doctores in l. vis eius. C. de probation. omnes per Glo. ibi in Clement. pastoralis. de re iudic. citant multos Tiraquel. in pręfatione de retract. lignagier. num. 69. Couarruui. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 11. Farinac. q.
30. num. 120. Imò & poterit carcerem effringere, vt tradunt Couarruuias num. 12. Farinac. d. nu. 120. & quod amplius est, si aliter fugere non potest, posse lici- 2
3 tè custodes occidere, dixit Lucas de Penna num. 11. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. & sequuntur multi, quos referũt Mascard. conclus. 266. num. 27. & cõclu. 820. num. 17. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 301. num. 5. & dicit esse communem sententiã Farinac. d. quæst. 30. nume. 129. Quod tamen non admittit Couarru. vbi suprà num. 13. nisi vbi tyrannicè fuisset inclusus, neque ego crederem tanta esse pretia libertatis, quod liceat innocentem occidere: rẽ copiosius declarat Farinac. d. q. 30. num. 130. 131. 132. & 133.

4 Habet autem hoc etiam locũ in eo, qui ad carceres perpetuos, vel temporales condemnatus esset iniustè, quia eodem modo posset fugere, vti ait Angelus in l. eos. ff. de custod. reorum. Couarru. d. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 14. ad fin. Salcedo ad practicam Bernardi Diaz. capit. 137. addit. B. Nauarr. in c. statui-

mus. 11. quæst. 3. num. 64. vbi amplius dicit, idem esse quando pęna esset iusta, sed modus exequēdi iniustus, vt quando ab impio custode detinetur in loco subterraneo, humido, & obsceno, sine victu, sine vestitu, & taliter quod mors timeri possit: & sequitur Salcedo vbi suprà.

Circa quod aduertendum est, esse inter Theologos, & Iurisperitos ęquiuocationē, quia Theologi iniustè captum vocāt eum, qui innocens est, & hoc sensu videntur accipere Couarr. & Nauarr. Iurisperiti nō eum, qui innocens est, sed qui ordine iuris non seruato carceri traditus ēst.

5 Nam innocens inditijs præssus, ac proinde ritè captus, si aufugiat à carcere, tametsi innocentem se ostendat, punitur. textus in l. in eos. ff. de custod. reorum. ibi, *Quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur*. tradunt per multi, quos citat Farinac. dicta quæst. 30. num. 35. & declarat ipse exactius. num. 134. cum sequentibus. Nos autem, qui modo de foro interiori disputamus, accipimus iniustè carceratū, vt Theologi, idest innocentem.

Præmitto secundò, quod circa illum, qui iustè carceratus est, tres reperiuntur opiniones.

6 Prima est dicentium, illū nullo modo posse fugere à carcere, & istam tenent Ioannes Maior in 4. distinct. 15. quæst. 22. & communiter Iurisperiti Bartol. num. 1. in l. relegati. ff. de pœnis. Abb. num. 3. in c. 1. de testib. cogend. idem Abbas num. 2. in c. ex parte. el 2. de sepultur. Zabarella in Clement. pastoralis. §. cæterum. nu. 2. de re iudic. & plures alios citando Bolognet. in l. vt vim. num. 18. ff. de iustit. & iure. Iulius Clarus. §. fin. quæst. 21. num. 16. & ita sentire videtur Farinac. d. q. 30. num. 89. tametsi dum allegando Couarru se inuoluit, ad sensum sequentis opinionis trahi posit.

Secunda est opinio dicētium, etiam iustè carceratum, vel condemnatum ad mortem, aut membri mutilationem, dummodo ad carceres non sit condemnatus, posse fugere, non tamen vincula rumpere, aut carcerem effringere, neque esse in consideratione, quod inde commentariensi possit graue damnum euenire, quia ex accidenti venit, & præter voluntatē fugientis. Ita Henric. de Gandauo quodlib. 9. art. 25. Syluester verbo accusatio. q. 16. Summa Rossella verbo carceratus. Couarru. lib. 1. variar. resolut. capit. 2. numero 11. 13. & 14. Simancas in Catholic. Institut. titulo 16. numero 27. & seq. Archidiacon. in cap. cum homo. 23. quæst. 5.

Tertia est opinio dicentium, posse istum iustè carceratum è carcere fugere, & ad id faciendū vincula rumpere, carcerem effringere, portas referare, muros perfodere, quia totum hoc seruit fugæ; dummodo neque vim,

neque damni quicquam custodi inferat. Ita Caietanus in 2.2. q. 69.artic.4. quæst.3. & 4. Soto de iustit.& iure. lib.5.quæst.6.art.4. Michael Salon dicta quæst.69. artic.4.controuers.2. concl.3.Aragon ibidē dub. 2. & Dominicus Bañes conclus. 3. Nauarrus in c. statuimus.11. quæst.3. nu.63. argum.4.& in solutione.

Conueniunt istæ duę posteriores sententiæ in eo, quod etiam iustè carceratus, in foro interiori potest à carcere fugere, siuè cum effractione, siuè sine effractione. Igitur quæstio nostra est, an iste sic carceratus, vel condēnatus, qui fugere potest, si commoditatem habet fugiendi, teneatur fugere, an verò posśit remanere. Et iam vides, duos casus esse distinguendos.

7 Primus casus est in eo, qui iustè captus, vel condemnatus est, & hunc posse manere, neque peccare non fugiendo, quia non temerè mortem appetit, sed iudicem reueretur, neque id agere vult, quod esset in foro exteriori puniendum, actum autem facit, qui non necessario, & naturaliter, ac proinde certò, & immutabiliter mortem infert, sed periculosum, & morti proximū: quod ob illum iustum finem fieri potest: tenent Ioannes Maior.d. quæst.22.Couarru.d.lib.1. cap.2. num.10.vers.sexto eadem ratione. Petrus Plaza in Epitome delicto.cap.23. num.5. versic.cæterum illud. Simancas in Catholic. Institut.tit.18. numer. 30.Petrus Nauarra libro 2.de restitut. cap. 3. num.75. & seq. & concurrunt illi, qui pro hac parte sunt in sequenti casu.

Neque obstat, quod suprà dictum est, condemnatum ad pereundum inedia peccare, si oblatos cibos respuat, quia, vt ibidē dictum est, non edere, est causa naturalis, ac proinde certa, & inuariabilis moriendi, in carcere manere, non est causa mortis, quia non producit mortem ipsa actio manendi, sicut ipsa cessatio edendi, & licet moraliter sit occasio nimis proxima, non est tamen omninò certa, quia potest fieri, quod non condemnetur ad mortem, etiam si illam mereatur, pœna commutata, & iudice quamuis iniquo, & tyranno, ob aliquam emergentem causam benigno effecto: potest etiam iam condemnatus superueniente indulgentia principis, ob victoriā, aut quid simile liberari.

8 Secundus, & verè difficilis casus est, in eo, qui iniustè captus est, & vel condemnatus, vel verosimiliter scit, se ad mortē omninò condemnandum. Istum enim posse nihilominus manere in carcere, & non peccare, si non fugiat data opportunitate; aiunt Aragon in 2.2. quæst.64. artic.5. argumēto 4. Michael Salon ibid. controuers.2. Soto de iustitia, & iure. libro 5. quæstione 6. articulo 4. qui dicunt, quod erit actus heroicus.

Pro quibus facit primò, quod Paulus, & Sylas cum essent Philippis in carceribus, & omnia ostia diuina virtute, & miraculo aperta fuissent, noluerunt tamen fugere, vt habetur Actorum cap. 16. igitur licet. Posset autem responderi, quod noluerunt fugere, ne custos se occideret, *qui euaginato gladio, volebat se interficere, existimans fugisse vinctos.* vt habetur ibi. Nam & certum est, si non posset aliter euadere, nisi occidēdo custodem, posse manere, ne illum occidat: sicut potest quisquam se non defendere, ne occidat aggressorem, & eximiæ charitatis est: vt resoluimus lib. 1. c. 17. num. 10.

Secūdò facit, quod multi martyres, cum possent fugere, maluerunt manere, & certè iniustè detinebantur. Potest tamen responderi, ob finem excelsum, & heroicum martyrij, cū fidei propagationi conueniret, illos manere potuisse. Socrates autem, sine hoc fine, cum posset à carcere fugere, noluit, prout ex Xenophonte de dictis, & factis Socratis, Athenæo, Diogene, Laertio, & alijs constat. Seneca Epistola 24. *In carcere Socrates disputauit, & exire, cum essent, qui permitterent fugam, noluit, remansitque, vt duarum rerum grauissimarum hominibus metum demeret, mortis, & carceris.*

Tertiò facit illud Hieronymi, *Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere.* Et paulò post. *Sed percutienti colla submittere.* cap. non est nostrū. 23. quæst. 5. Et illud Ambrosij epist. 33. *Si patrimonium petitur, inuadite, si corpus, occurram, vultis in uincula rapere, vultis in mortem, voluptati est mihi.* Habetur in cap. conuenior. 23. quæst. 8. vnde Gl. verbo offerre. & Abbas num. 10. in Clem. pastoralis. de re iudi. aiūt, posse quemquam se offerre morti ex multæ patientię merito. Potest tamen responderi, Hieronymum loqui in martyrio, & Ambrosium pro bono virtutis, defendebat enim bona Ecclesiæ, vnde subdit. *Non ego me vallabo circumfusione populorum, neque altaria tenebo, vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.* Et Abbas non simpliciter notat, licere se offerre morti, sed supplens glossam addit, *propter iniustitiam auferendam.* nam certæ morti ex intentione volendo perire, se offerre, sæpius dictum est suprà, non licere.

Quartò facit, quod manere in carcere, non est actus directo, & ex sui natura mortem inferens, neque infallibilis, cum non sit agens naturale, licet sit periculosum, ex malitia alterius; ergo si fiat ob aliquem finem bonum, vt est patientia, & mansuetudo, vt Deus inde glorificetur, & homines ædificentur, erit actus licitus.

Quintò, si licet delinquenti, qui iustè captus est, & condemnatus, vt dictum est præcedenti

casu,

casu,ergo multò magis debet licere innocenti, neque enim delictum illi potestatem dedit,quā Deus negauit:neque pœnitentia cōmissi criminis iustificat mortē propriam.c.sceleratior. ca. nihil Iudæ.de consecr.distinct.3. neq; finis ille satisfaciendi Reipublicæ,& obediēdi iudici, est altior, q̄ iste,summā patientiam,& mansuetudinem, & vitæ contemptū ad gloriam Dei ostendendi: & pariter iste, licet innocentem se ostendat, ob fugam carceris puniendus esset in foro exteriori. d.l.in eos. ff.de custod.reorum.

Contrarium autem,imò non licere,aiunt Couarru.lib.1.variar. resolut.cap.2.num.10. vers.septimo his animaduersis Plaza de delictis.c.26.num.6.Ioannes Gutierrez. de iuramento confirmatorio.par.1.c.57.num.26. Clarus §.fin. quæst.21. num.16. Farinac. d.quæst.30.num. 122.

Primò ponderat Couarr. maximæ temeritatis esse, id agere, ex quo, licet mediatè, & indirectè mors sequatur. Cæterum facilè respondetur, id posse dici, si temerè, & inconsultò fieret, secus si ob fines prædictos.

Secundò facit, quod S. Thomas in 2.2.quæst.69.artic.4. sentit, manere in carcere, esse facere id, vnde mors sequatur: ex quo infert, neminem ad id condemnari posse,neminem teneri;ergo & sequitur etiam, non posse fieri. Sed iam respondit Couarru. d.cap.2.num.9. id esse mediatè, & præter sui naturam,ideò ex iusto fine posse fieri.

9 Tertiò adducit Farinac. quod non solum peccat iniustè detentus,qui potest fugere, & non fugit:verum etiam puniendus sit, prout ait,dixisse Lucam de Penna in l.prohibitum. nu. 11. C. de iure fisci.lib.10.quem sequuntur Paris de Puteo, Conradus Hippolyt.de Mars. & Siluius de Arcerijs, qui dicunt, (si Deo placet) quod capite punitur, eos refert sequiturque Farinac. d. q. 30.nu.123.& mouentur per text. in l.non omnes. 5. §. qui captus. ff.de re militari.

10 Cæterum maximè miros istos Doctores, alioqui viros doctos, & oculatissimos, nam quæ iustitia, quæ ratio, aut æquitas est, innocentem punire,& capite punire, quod legibus paruerit, iudici habuerit honorem, & carceres noluerit violare. Rursus quis ferat,hunc si fugiat,tametsi ostēdat se innocentem, puniri,d.l.in eos. ff.de custod. reorum. si non fugiat, capite puniri ex opinione dictorum? Quisvè iudex talem puniret, etsi mille I.C. dicerent? Sed nihil magis alienum à mente Arriani Iurisconsulti, qui in illo text.loquitur de capto ab hostibus, qui cum posset euadere, & ad suos reuerti, mauult cum hostibus manere; & istum ait, iudicandum esse transfugā. Ex quo Glos. deducit, vt talem esse puniendum. Verba text. sunt. *Qui captus, cum poterat redire,*

non

non rediit, pro transfuga, habetur. Ex hoc autem nemo sanus inferre potest, innocentem carceratum à iudice, nisi carcerē effringat, capite puniendū esse. Enimuero Lucas de Penna non id dixit, quod alij volunt, neque malè deduxit ex eo textu, quod capt' à latronibus grassatoribus publicis, qui interea excusandus est, quia inuitus detinetur, si quādo potest ab illis se proripere, mauult cum eis manere, pro latrone, & grassatore publico habendus sit, & puniēdus. Nam qui vltro cum grassatoribus versatur, & vias obsidet, quid aliud est quàm latro? sed hoc ad rem nostram nihil facit.

Vides igitur, prioris sententiæ fundamenta multum vrgere, posterioris esse debilia.

21 Libet ex eo textu reprobare sententiam Glo. in cap. ius gentium. verbo seruitus. dist. 1. quæ voluit, bello iusto captum peccare, si aufugiat à domino, quod sequuntur Præpositus, & Turrecremata, ibidem Syluester verbo seruitus. quæst. 3. & saltem honestū pretium teneri illi restituere, ait Nauarr. in Manuali. cap. 17. num. 103. Verum cum obligatus sit fugere, quamprimū possit, & aliàs pro transfuga habeatur, d. l. non omnes. §. qui captus. ff. de re milit. dicendum est, neque peccare, neq; ad aliquid teneri. Ius enim gentium est, vt captus ad suos, si potest, aufugiat, & qui vi cœpit, vi retineat, alioquin quod nō tenuerit, perdat. Ita tradit Couarruuias lib. 1. variarum resolutionum. cap. 10. num. 11. & in regula peccatum. 2. par. §. 11. nume. 6. & latiùs probat Bañes in 2. 2. q. 40. artic. 1. dubio 13. Addo ex instituto nostro rationē, quod fortior, & naturalior est potestas in se ipsum, quam quilibet vēdicare potest ab opprimente.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Relaxatus sub iuramento de redeundo, si iustè carceratus erat, tenetur redire, si iniustè non tenetur.*
2 *An iste qui non tenetur, possit, si velit, sine peccato redire?*
3 *De Attilio Regulo laudato.*
4 *Bello iusto capti, postquā capti sunt, non debent occidi.*
5 *Dimissus ab hostibus, etiam iustis, si timet mortem, non tenetur redire.*
6 *Filia Iephte, an fuerit realiter immolata?*

CAPVT X.

Relaxato sub iuramento, an liceat redire ad carceres, vel hostes, vbi scit se occidendum?

NOn dissimilis, sed propè eadem est quæstio, an relaxatus sub iuramento de redeundo, cum redire non tenetur, possit tamen redire, siuè ad carcerem, siuè ad hostes, vbi scit mortem sibi

bi esse infligendā. Et hic pariter

1 Præmitto, quod iustè carceratus tenetur, tametsi sciat, se iusta morte esse afficiendū: iniustè verò carceratus, si periculū vitæ redeundo posset incurrere, redire non tenetur, neque est periurus non redeundo. Quia iuramentum non ligat cum dispendio salutis corporalis, quemadmodū neque cum dispendio salutis spiritualis, ita dixit Glos. verbo per violentiam in Clement. pastoralis, de re iudic. & sequuntur communiter Scribentes ibi. Abbas in cap. si verò. num. 8. & in ca. sicut, nume. 4. de iureiuran. & alij plures, quos referunt & sequuntur Præposit. num. 10. in cap. ius gentium. dist. 1. Seraphin. de Seraphinis in tract. de priuileg. iuramenti. priuileg. 132. Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 7. & 8. colum. 3. vers. cæterum. & nu. 10. in fine. Iuli. Clar. §. fin. quæst. 21. nu. 16. Ioan. Gutierrez. de iuramento confirmatorio. 1. par. cap. 57. num. 24. Dueñas regula 393. limitat. 4. Farinac. quæst. 30. num. 91. & 124. Nauar. in Manuali. cap. 12. nu. 18. Plaza de delictis. cap. 23. nu. 6. apud quos probatur, & dicitur communis.

2 Quæstio ergo est, an is iniustè captus qui redire non tenetur, si velit, possit sine peccato licitè redire?

Et quidem, illum redire non posse, sed si redeat, mortaliter peccare, in terminis aiūt Couarru. d. lib. 1. variar. resolut. capit. 2. num. 7. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramēti. d. priuileg. 132. num. 6. Plaza d. capit. 23. numero 6. & Farinac. d. quæst. 30. num. 125.

Pro quibus facit primò, quod, qui sciens se esse morte afficiendum, cum redire non teneatur, redire tamen vult, se ponit in periculo mortis euidenti, ergo peccat. Sed responderi potest, quod iste non est actus directo tendēs ad mortem, ideò ex iusto fine potest fieri licitus, tametsi periculū grande contineat: iustus autem finis est, velle simpliciter, & plenè implere iuramentum, tametsi ex interpretatione possit, non adimplere.

Secundò, Couarru. argumentatur, hoc iuramētum non potest adimpleri sine dispendio salutis æternæ, ergo non debet obseruari, cap. licet mulieres. de iureiur. cap. quamuis, de pactis. lib. 6. Verum respondetur, quod hoc est assumere id, de quo disputamus.

Tertiò ait Couarruu. ire ad locum, vbi est auferēda vita, est cooperari morti, sicut manere ī carcere, vt colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ergo non licet. Sed iam respondimus in præcedenti quæstione ex eod. Couarru. ibid. nu. 9. manere in carcere, & redire ad carcerem, vel hostes, nō esse actum directo tendentem ad mortem, ideò ex iusto fine posse fieri.

Quartò ait Couarruu. quilibet tenetur vitam suam tueri, sed redeundo

non redijt, pro transfuga, habetur. Ex hoc autem nemo sanus inferre potest, innocentem carceratum à iudice, nisi carcerē effringat, capite puniendū esse. Enimuero Lucas de Penna non id dixit, quod alij volunt, neque malè deduxit ex eo textu, quod capt' à latronibus grassatoribus publicis, qui interea excusandus est, quia inuitus detinetur, si quãdo potest ab illis se proripere, mauult cum eis manere, pro latrone, & grassatore publico habendus sit, & puniẽdus. Nam qui vltro cum grassatoribus versatur, & vias obsidet, quid aliud est quàm latro? sed hoc ad rem nostram nihil facit.

Vides igitur, prioris sententiæ fundamenta multum vrgere, posterioris esse debilia.

1 Libet ex eo textu reprobare sententiam Glo. in cap. ius gentium. verbo seruitus. dist. 1. quæ voluit, bello iusto captum peccare, si aufugiat à domino, quod sequuntur Præpositus, & Turrecremata, ibidem Syluester verbo seruitus. quæst. 3. & saltem honestū pretium teneri illi restituere, ait Nauarr. in Manuali. cap. 17. num. 103. Verum cum obligatus sit fugere, quamprimū possit, & aliàs pro transfuga habeatur, d. l. non omnes. §. qui captus. ff. de re milit. dicendum est, neque peccare, neq; ad aliquid teneri. Ius enim gentium est, vt captus ad suos, si potest, aufugiat, & qui vi cœpit, vi retineat, alioquin quod nō tenuerit, perdat. Ita tradit Couarruuias lib. 1. variarum resolutionum. cap. 10. num. 11. & in regula peccatum. 2. par. §. 11. nume. 6. & latiùs probat Bañes in 2. 2. q. 40. artic. 1. dubio 13. Addo ex instituto nostro rationē, quod fortior, & naturalior est potestas in se ipsum, quam quilibet vẽdicare potest ab opprimente.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Relaxatus sub iuramento de redeundo, si iustè carceratus erat, tenetur redire, si iniustè non tenetur.*
2 *An iste qui non tenetur, possit, si velit, sine peccato redire?*
3 *De Attilio Regulo laudato.*
4 *Bello iusto capti, postquã capti sunt, non debent occidi.*
5 *Dimissus ab hostibus, etiam iustis, si timet mortem, non tenetur redire.*
6 *Filia Iephte, an fuerit realiter immolata?*

CAPVT X.

Relaxato sub iuramento, an liceat redire ad carceres, vel hostes, vbi scit se occidendum?

NOn dissimilis, sed propè eadem est quæstio, an relaxatus sub iuramento de redeundo, cum redire non tenetur, possit tamen redire, siuè ad carcerem, siuè ad hostes, vbi scit mortem sibi

bi esse insligendã. Et hic pariter

1 Præmitto, quod iustè carceratus tenetur, tametsi sciat, se iusta morte esse afficiendũ: iniustè verò carceratus, si periculũ vitæ redeundo posset incurrere, redire non tenetur, neque est periurus non redeundo. Quia iuramentum non ligat cum dispendio salutis corporalis, quemadmodũ neque cum dispendio salutis spiritualis, ita dixit Glos. verbo per violentiam in Clement. pastoralis, de re iudic. & sequantur communiter Scribentes ibi. Abbas in cap. si verò. num. 8. & in ca. sicut, nume. 4. de iureiuran. & alij plures, quos referunt & sequuntur Præposit. num. 10. in cap. ius gentium. dist. 1. Seraphin. de Seraphinis in tract. de priuileg. iuramenti. priuileg. 132. Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 7. & 8. colum. 3. vers. cæterum. & nu. 10. in fine. Iuli. Clar. §. fin. quæst. 21. nu. 16. Ioan. Gutierrez. de iuramento confirmatorio. 1. par. cap. 57. num. 24. Dueñas regula 393. limitat. 4. Farinac. quæst. 30. num. 91. & 124. Nauar. in Manuali. cap. 12. nu. 18. Plaza de delictis. cap. 23. nu. 6. apud quos probatur, & dicitur communis.

2 Quæstio ergo est, an is iniustè captus qui redire non tenetur, si velit, possit sine peccato licitè redire?

Et quidem, illum redire non posse, sed si redeat, mortaliter peccare, in terminis aiũt Couarru. d. lib. 1. variar. resolut. capit. 2. num. 7. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramẽti. d. priuileg. 132. num. 6. Plaza d. capit. 23. numero 6. & Farinac. d. quæst. 30. num. 125.

Pro quibus facit primò, quod, qui sciens se esse morte afficiendum, cum redire non teneatur, redire tamen vult, se ponit in periculo mortis euidenti, ergo peccat. Sed responderi potest, quod iste non est actus directo tendẽs ad mortem, ideò ex iusto fine potest fieri licitus, tametsi periculũ grande contineat: iustus autem finis est, velle simpliciter, & plenè implere iuramentum, tametsi ex interpretatione possit, non adimplere.

Secundò, Couarru. argumentatur, hoc iuramẽtum non potest adimpleri sine dispendio salutis æternæ, ergo non debet obseruari, cap. licet mulieres. de iureiur. cap. quamuis, de pactis. lib. 6. Verum respondetur, quod hoc est assumere id, de quo disputamus.

Tertiò ait Couarruu. ire ad locum, vbi est auferẽda vita, est cooperari morti, sicut manere ĩ carcere, vt colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ergo non licet. Sed iam respondimus in præcedenti quæstione ex eod. Couarru. ibid. nu. 9. manere in carcere, & redire ad carcerem, vel hostes, nõ esse actum directo tendentem ad mortem, ideò ex iusto fine posse fieri.

Quartò ait Couarruu. quilibet tenetur vitam suam tueri, sed redeundo

deundo ad eos,quos ſcit, ſe interempturos, temerariè vitam exponit, ergo redire non poreſt. Sed reſpondetur, non poſſe dici temeritatem, reuerti propter fidem iuramenti implendam.

Contrarium voluit Bald.num. 9.in l.adoptionem 7. C. de adoption. quem ſequuntur Paris de Puteo de re milit.par.9. c.5. nu. 1.Petrus Bellin.in eodem tracta. 4.par.tit.8. num.1.

Pro quibus facit primò, quod in præcedenti quæſtione conclu ſum eſt, iniuſtè cõdemnatum ad mortem poſſe manere in carcere, tametſi habeat fugiendi opportunitatem, ergo eodem modo licebit ei, qui iurauit ad carcerem, vel ad hoſtes redire, fidẽ implere. Imò multò magis, cum hic præterea adſit religio iuramenti, neque video quæ ratio differentiæ poſſit adduci, inter remanentem, cum poſſet fugere, & redeuntem.

Secundò, qui redit, non agit actum, qui ſui natura ad mortem tendat,ergo ex iuſto fine fit licitus, licet periculum habeat:finis autem iuſtus eſt, fidem ſeruare, ergo licitum eſt redire, tametſi ex malitia aliorum poſſit mors euenire.

Tertiò,qui redit ad hoſtes,vel carcerem, vult implere fidem. vt finem, redire, vt medium, mortẽ autem nullo modo vult, imò vellet non occidi, ſed ſi occidatur, vult pati,& tolerare vt effectũ,ergo licet: ex adductis ſup.. cap.1.

Quartò facit factũ Damonis, & Pythiæ, de quo ſuprà hoc lib. capit.3.omnes enim laudant eũ, qui redijt, & ad id alludens Auguſtin.in epiſt.54. ad Macedoni. relatus in c.cum homo.23.quæſt. 5. ait. *Et aliquando qui cauſa mortis fuit, potius in culpa eſt, quàm ille qui occidit, veluti ſi quiſpiã decipiat fideiuſſorem, & ille pro iſto legitimũ ſupplicium luat.* Quibus verbis Auguſtin. videtur velle, eſſe in culpa illum, qui ad carcerem nõ redit occidendus: ergo qui redit, culpa caret. Hoc autem argumentum poteſt euitari, quia Auguſtin.dum ait, quod non redeundo eſt in culpa, videtur loqui de eo, qui redire tenetur,nos loquimur de eo,qui redire tenetur, nos loquimur de eo, quem certum eſt, non teneri redire, & diſputamus, an poſſit.

3 Quintò facit eximium illud exemplum M.Attilij Reguli, qui à Carthaginenſibus Romam miſſus,vt de commutandis captiuis ageret, ſub iureiurando de redeundo, ſi nõ impetraſſet, in ſenatu diſſuaſit,& ad crudeliſsimã mortem redijt. Refert l.poſtliminij.5.§.captiuus. ff. de captiu. & poſtlimin.reuer. Quem non ſolũ laudat Liuius libro 18. ac Valer. Max.lib.1.c.1.exemp.14.dicẽns, eum cuſtodia religionis omnes præceſsiſſe: ſed & beatus Auguſtin.lib.1.de Ciuit. Dei.c.24.Qui poſt alia in eius laudem dicta ſubdit. *Inter omnes ſuos laudabiles, & virtutum inſignibus Illuſtres viros,*

ros, non proferunt Romani meliorem, quem nec fœlicitas corruperit, nam in tanta victoria pauperrimus permansit, nec infœlicitas fregerit, nam ad tanta exitia reuertit intrepidus. Et ibid. c. 15. dixerat. *Merito certè laudant virtutem tam magna infœlicitate maiorem*. Et quamuis Couarr. vbi sup. dixerit, non esse certum, illud bellum ex parte Carthaginensium fuisse iniustum, & qđ cum eis seruabant Romani leges de captiuis: tamen esto, qđ esset iustū, certè iniusta erat occisio, quia bello capti iure gētium
4 occidi nō debēt, sed seruari, l. libertas. §. serui. ff. de statu homin. per quem tex. dixit ibi Cynus, & sequitur Bald. quod etiam in bello licito non est licitum occidere inimicum, postquam est captus. Paul. Castrens. cons. 21. viso processu. num. 22. lib. 3. Hippoly. in l. 1. num. 4. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Paris de Puteo de re milit.
5 par. 9. cap. 1. Ideò cum ad iniustā mortē rediret, potuisset manere, nam & dimissus ab hostibus etiā iustis, quandò timet mortem, potest non redire. Bald. in l. in adoptionem. nu. 7. C. de adoption. & consilio 358. licet latrunculis. numero 1. ad fin. libro secundo. Bellin. de re milit. par. 4. titulo octauo. numero 5. neque efferati mores Pœnorum erant Attilio ignoti, vt ait Valer. Maxi. vbi suprà, qui inquit, *Carthaginem repetijt, non ignarus ad quam crudeles, quamq; etiam merito sibi infestos hostes reuerteretur*. Et Cicero lib. 3. officiorum ait, illum scientem redijsse ad supplicium. Qui potuit ergo manere, sciens & prudens maluit ad mortem redire, & ob id ab Augustino laudatur. Tametsi debuisse redire Attilium, insinuent Couarruuias 2. parte de sponsalibus cap. 3. §. 4. nume. 14. Lucas de Penna in l. prima. numero 11. C. de veteranis. lib. duodecimo.

6 Sextò facit etiā insigne exemplum filię Iepthe, de qua habetur libro Iudicum. cap. 11. Quæ cum à patre immolanda esset, & per duos mēses in montana abijsset, licet non iurata, licet ad mortem certam, tamen Scriptura dicit, quod expletis duobus mensibus reuersa est ad patrem: & illam piè fecisse, ait Ambrosius lib. 3. officiorum cap. 12. vbi post alia, cum etiam recitasset factum Damonis, & Pythiæ, ait. *Quod ergo in spectatis, & eruditis viris plenum miraculi est, hoc in virgine multò magnificentius, multoque illustrius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri ait, fac mihi, vt exiuit de ore tuo. Sed spatium duorum poposcit mensium, vt cum æqualibus conuentum ageret in montibus, quæ virginitatem eius præ destinatam, nec impio affectu prosequerentur. Nec fletus æqualium mouit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præterijt, nec fefellit hora, redijt ad patrē, quasi ad votum rediret, & propria voluntate cunctantē impulit. feciq; arbitratu spontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.*

Lau-

Laudat & illam Origenes Tom, 9. in Ioannem. Et licet alij inter interpretentur factum hoc Iepthe, & filiæ illius: nimirum, quod fuerit virginitas eius consecrata Deo in perpetuum, manseritque absque spe coniugij: non autem quod fuerit occisa, quod adiubatur eius petitione, quę non petijt illos duos menses ad plorandam vitam, sed ad plorandã virginitatem, prout interpretantur Liranus ibi, & quidam alij. Tamen ad nostrum hoc argumentũ sufficit, quod Ambrosius interpretetur de morte, & præsupposita ea interpretatione, factum ad mortem redeuntis laudet. Quinimò non ipse Ambrosius solus, sed cæteri patres communiter intelligunt, filiã Iepthe fuisse realiter immolatam, & occisam. August. & Hieronym. ibid. Augustin. irerum de Ciuit. Dei. lib. 1. cap. 21. Chrysost. homil. 14. ad popul. Antiochen. Origen. d. Tomo 9. in Ioannem. Iustin. Martyr. q. 99. Tertullian. lib. 3. contra Marcion. Gregor. Nazianz. orat. 22. de laudibus Machabæor. Beda lib. qq. super lib. Iudic. cap. 7. Rupertus de Trinitate in lib. Iudic. cap. 12. S. Thomas in 2. 2. qõ. 88. artic. 2. ad 2.

Certè rationes istæ posterioris sententiæ nimis vrgent, & adiungi possunt authoritates, & fundamenta, quibus in c. pręced. probauimus, licere condẽnato, qui fugere potest, manere in carcere, quãuis sciat se occidẽdum.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Gladiatorum ludus quando sublatus.*
2 *Venationes ferarum qualiter olim fierent.*
3 *Christianis non licuit spectare gladiatores, & venationes.*
4 *Quales ludi, spectaculaque sint licita.*
5 *Et quid tempore Quadragesimæ, vel in diebus festis?*
6 *Gladiatores illiciti.*
7 *Venationes illicitæ.*
8 *Torneamenta equestria illicita.*
9 *Torneamenta pedestria licita.*
10 *Hastiludia, vulgo* Iustas, *licita.*
11 *Luctari, saltare, palum, vel discum mittere, licita.*
12 *Cannarum ludus licitus.*
13 *Ludu pugnorum vt licitus.*
14 *Homicidium in ludo pugnorum contingens, an punibile?*
15 *Consuetudo excusat.*
16 *Lapidationes illicitæ.*
17 *Homicidium in lapidatione tolerata eueniens non punitur.*
18 *Ludicrum Troianum licitum.*
19 *Batuere, vulgo* esgrimir, *licitum.*
20 *Funambuli, vt licitè faciant.*
21 *Taurorum agitationes, an licitæ?*
22 *Reipublicæ gubernatores si benè omnia disponant, in agitatione taurorum non peccant.*
23 *Agitantes tauros equestres non peccant.*
24 *Pedestres an, & quando peccent?*
25 *Spectantes taurorum agitationes, nõ peccant.*
26 *Etiam si essent spectacula illicita.*
27 *Lucratum in his ludis illicitis non debet*

debet restitui.
28 *In diebus festis agitationes taurorum fieri non possunt.*
29 *Et quid si non à iure, sed à voto populi festi sint?*
30 *Nisi tauri sint ligati.*
31 *Congredi cum ipso tauro non licet.*
32 *Absurdum est votum agitãdi tauros.*
33 *Morientes in agitatione taurorum, an ecclesiastica sepultura careant?*
34 *Clerici interesse an possint agitationibus taurorum?*
35 *Et an si intersint, peccent mortaliter?*
36 *Et quid in religiosis laicis?*
37 *Et an sint excommunicati ipso iure, vel excommunicandi?*
38 *Et an qui non vident, sed rumorem audiunt?*

CAPVT XI.

Quatenus ludi, & spectacula sint licita.

1 VAria apud Romanos spectaculorum genera fuere, maximè cruenta, gladiatores, & venationes. Gladiatores in paria compositi vsque ad mortem pugnabant, armati plerumque, nonnunquam & nudi, vt ait Vegeti. lib. 6. de re milit. cap. 43. Rem, modum, multaque scitu digna docet Iustus Lipsius in Saturnalibus. Atrocem hanc, & inhumanam voluptatẽ Constantinus anno à Christo nato 325. sustulit, Sozomen. lib. 1. c. 8. Eusebi. lib. 4. de vita Cõstant. c. 25. Nicepho. Calixt. lib. 7. c. 46. l. 1. C. de gladiat. lib. 11. Sed nõ videtur vsus acquieuisse. Rursus annò 357. Constantius vetuit. l. 2. de gladiator Codicis Theodosiani. Sed vsque ad Honorium peruenerũt, vt ex l. quãquã. de pagan. Codic. Theodos. & ex Augustin. lib. 6. confessio. c. 8. & ex Prudentio lib. 1. contra Simachum videre est. Cuius ætate, Almachius monachus sanctissimus, cum Alipius præfectus vrbi gladiatores ederet, ab impia actione, dum homines reuocare conatur, iussu Alipij à gladiatoribus occisus est. Eius martyrij memoria in tabulis ecclesiasticis celebratur die 1. Ianuarij. Telemachum appellãt Theodoret. lib. 5. histor. eccles. c. 26. Cassiod. lib. 10. tripart. cap. 2. Dirimachiũ Otho lib. 4. cap. 19. puto ab effectu, nam hac occasione Honorius gladiatores prohibuit, & inde cessarunt.

2 Venationes omnis generis feras exhibebant, quibus homines laniandi offerebantur, noxij, vt plurimum, hinc cõdemnatio ad bestias, quæ viliorum pœna erat. l. eiusdem 3. §. pen. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. aut damnum. 8. §. quicunque. l. ad bestias 31. ff. de pœnis. Cuiusmodi martyrium S. Egnatius, & multi martyres sustinuerunt: frequens enim fuit gentilium acclamatio, Christianos ad leonem, vt cõstat ex Tertulliano in Apologia, Cypriano Epist 55. & alijs.

3 Solebant & operas aliqui locare

care ad pugnādum cum beſtijs, l.1.§.item Senatuſconſulto. ff.de poſtulan.l.hæ demum. ff.de operis libertor.l.in arenam.C.de inoffic. teſtam. Vtrumq; ſpectaculum Chriſtianis inhibitum ſpectare, multa Tertullian. libro de ſpectacul. Auguſt. in Pſalmo 39. & 147. & homil. 21. Tomo 10. Theophi.Patriarcha Antiochen. lib.3.ad Autolycum.Baſil.in ſermo.de legend.libr.gentili. Chryſoſtom.homil.38.in cap.12. Matthæi.Clemens Alex.lib.3. Pœdagog.cap.11. Sexta Synodus Conſtantinopolitana in Trullo.c.51. tex.in cap. non oportet de conſecrat.diſt.2.c.presbyteri.34.diſtinct. Iuſtinianus eccleſiaſticis prohibuit l. placer.& Auth.inter dicimus. C.de epiſc.& cler.& in corpore vnde ſumitur. Suſtulit ergo pietas Chriſtiana eiuſmodi ferinam oblectationem. Sed ſub ingreſſa ſunt alia ſpectacula, nōnunquam etiā inhumana, de quibus modo, quatenus ſint licita, diſſerendum nobis eſt.

4 Et quidem reſolutio eſt, quod ea ſpectacula, ijvè ludi, in quibus promptum eſt periculū mortis, vel vulnerum, quique à communiter accidentibus, ſine morte, aut vulneribus non peraguntur, prohibiti ſint: & qui ea ingrediuntur, mortaliter peccent. cap.1. de torneamentis. Illa verò, in quibus à communiter accidentibus, nō ſolent euenire mortes, neque vulnera, tametſi aliquando eueniant, prohibita non ſint: neque illa ingredientes peccent, propter publicam vtilitatem, quæ exerceri ad bella milites poſcit. extrauag.1. de torneamen. Ioan.22. ita concludunt S. Thomas in 2.2.quæſt.40. artic.1. ad 4.Hoſtienſ. num 3. & 4. Ioan. And.num.7. Anton. de Butr. nu. 4.Abbas nu.3. & ibi additio Alexand.de Neuo.Anan.num.4.Ancharan.nu.2.Socin.nu.5.9. & 11. in c.1.de torneamentis.Ioannes Maior in 4.diſtinct.15. q.5. Summa Angeli. verbo torneamenta. num.1.& verbo ludus. nu.2. Tabiena verbo torneamenta. nu.1. & verbo ludus.num.5. ad fin.Syluester verbo torneamentum. & verbo ludus. num. 2. Victoria in relectione de homicid. num.32. Nauarr.in Manuali.cap.15.nu.9. Aragon in 2.2.quæſt.64.art.5. ad 5.argumentum. Molina 1.par.de iuſtit.& iure.tract.2. q.111. verſ. quod denique. & alij paſſim.

5 Limitat hoc Corduba qō. 42. ſi fierent in Quadrageſima, quo tēpore ea ſpectacula exercere, etſi aliàs licerēt, eſſet peccatum mortale. Pro quo facit l.quo tempore.tit.5.lib.15.Codic. Theodoſi. Sed in contrarium facit, quod etiam diebus feſtiuis poſſunt fieri ſine peccato, Caietan. in 2.2. quæſt. 168.artic.3. Sylueſter verbo ludus. nu.2. Alcocer in tract. de ludo.cap.52.

6 Gladiatorum munera peccatum grauiſſimum cōtinere, apud omnes expeditiſſimum eſt, Sanctuſq; Almachius ſanguine ſuo con-

confirmauit, & aboleri obtinuit, quod Imperatores ante eum nõ potuerunt.

7 Pugnare cum bestijs in arena, vbi aut occidere illas, aut occũbere oportebat: pariter esse peccatum mortale, cõstat, Gl. & Doctores in c. qui venatoribus. 86. distinct.

8 Torneamenta esse prohibita, sub pœna peccati mortalis, est tex. in cap. 1. de torneamentis. l. 10. tit. 13. par. 1. Intelligi de torneamentis equestribus, ait Alcocer in tract. de ludo. c. 51. Et merito, quia vix sine morte fieri possunt, esse tamen licita, asserit Molina d. quęst. 111. vers. licet ergo. & Clarus in §. ludus. num. 6. Et quidem si lanceæ essent sine ferro, si enses essent nigri, si omnia cauta, vt mors nullius timeri posset, forsan esset verum.

9 Torneamenta pedestria, quia nullum continent periculum, licita sunt. Franc. Alcocer. in tracta. de ludo. c. 51.

10 Hastiludia quas vulgo *Iustas* dicimus, damnant Summa Tabiena verbo torneamenta. nu. 1. Ricardus in 3. distinct. 37. esse tamẽ licita, ait Summa Angelicæ verbo torneamenta. num. 1. & videtur expressum in d. extrauag. 1. Ioannis 22. de torneamẽtis. Respendet ex pręcedenti resolutione, si ita fit hic ludus, quod periculum mortis, aut vulnerum non timeatur, prout communiter fit, licet, si contra, non licet, prout si ferris acutis fieret, Syluester verb. torneamentum. & verbo ludus num. 2. Alcocer in tracta. de ludo. c. 52. Grego. Lopez glos. 1. in l. 10. tit. 13. par. 1. Nauar. in Manuali. cap. 15. num. 9. Anan. nu. 6. ad fin. in cap. 1. de torneamentis. vbi ait, quod hastilusores, & intrantes in corbonam Neapolitanam, & illi qui Romæ in festo carnis priuij pugnant cum bestijs, non peccant: loquitur autem de bestijs ligatis, à quibus facilè licet fugere, & ita raro nocent.

11 Luctari, saltare, lapidẽ, palum, discũ, aut hastã, vel similia proijcere, quod virtutis causa fit, licitum est. Hostien. num. 4. Anton. de Butr. nu. 4. Ioan. And. num. 7. Anchar. num. 2. Cardinal. num. 2. Anani. num. 4. ad finem. in cap. 1. de torneamentis. tex. in l. solent. ff. de aleæ lusu & aleator. idẽ est de lusu pilæ, vbi nullum omninò potest adesse periculum.

12 Cannarum ludus, vulgo *juego de cañas*, omninò licitus est, Alcocer de ludo. c. 52. Nauar. d. cap. 15. nu. 9. Ioannes Garzia de expensis & melioratio. cap. 21. numero 29.

13 Ludum brachiorum, & pugnorum, Bononiæ & Senis frequentem, esse permissum vtroq; iure, etiamsi casus mortis ibi contingeret, quia verosimiliter non est ordinatus ad talẽ casum, ait Socin. num. 12. in cap. 1. de torneamentis. Et respondit Decius consil. 9. non esse punibile homicidiũ in eo casu contingẽs, pro-

pter consuetudinem, quæ ludum tolerat, quæ excusat Gl. & Doctores communiter in cap. cum venerabilis de consuetudine. plures per Farinac. q. 20. nu. 45.

15

16 Lapidationes, vulgo *apedreas*, omninò esse illicitas, quia suapté natura ad vulnera, & mortes ordinantur, & nulla publica vtilitate defenduntur, neque opus videtur comprobare, neque credimus vllum dubitaturum. Sicubi autem tolerarentur, homicidia in eis euenientia, non esse punienda, argumento text. in l. qua actione. §. si quis in collunctatione. ff. ad leg. Aquil. respondit Anchar. cons. 283. iure stricto, & sequuntur Anani. num. 2. in cap. 1. de torneamentis. Alexan. consil. 8. num. 9. lib. 6. Decius d. consi. 9. Marsil. in l. 1. num. 101. ff. de quæstionibus. Cremens. singul. 140. mos puerorum, vbi longa additio Tiraquell. de pœnis temperan. caus. 42. nu. 1. & alij passim.

17

18 Ludicrum Troianum licitum est, Nauar. in Manuali cap. 15. nu. 9. idem credimus de his, quas vulgo *fuyzas* vocant, & de ludo Christianorum & Maurorum, & alijs similibus.

19 Batuere, vulgo *esgrimir*, cum omni genere armorum, vel non acutorum, vel ita temperatè ne vulnera executioni mandentur, sed tantum signentur, licitum est. Alcocer d. tracta. de ludo. c. 52. Est tamē ab hoc secundo abstinendum, quia vix potest moderari

20 Qui super funibus altissimis in locis corpus volutando, aut per acutos enses, non semel in promptum incidunt periculum, peccant mortaliter, nisi prudentis viri arbitrio, eis viribus, agilitate, & exercitatione polleant, vt sine verosimili periculo talis volutatio possit exerceri. Syluester verbo ars. quæstione 8. Nauar. in Manuali cap. 15. num. 8. Alcocer in tractatu de ludo. c. 55. Petrus Nauar. lib. 2. de restitutione. c. 3. num. 83.

21 De Taurorum agitationibus magna dubitatio est, & nimis principē decere, eiusmodi prophanam voluptatem, venationibus gētilium per quam similem abolere, multorum, & mea sententia est: quia vix sine mortib. & grauibus vulneribus peraguntur, neque Reipublicæ videntur conducibiles, cum nihil ad militaria exercitia pertineant. Quinimò, vt dicebat Capitaneus Ioānes ab Azpilcueta & Xabier, magis ad fugiendum hostem, quam ad dimicandum homines assuefaciant. Itaque eiusmodi agitationes damnant Hierony. Rom. 2. part. de Republi. lib. 10. cap. 6. Bernard. Diaz. in praxi. cap. 72. Gregor. Lopez. glo. 2. in l. 57. tit. 5. part. 1. qui ait, se ludum istum noxium, & culpabilem reputare, arbitrarique, nullam diligentiā sufficere, ad euitandas mortes & damna, quę ex isto ludo eueniūt, tam ex tauris, quam ex iaculis in eos missis, & istæ mortes non

raro,

rato, sed sæpè, & sæpissimè, & quasi communiter eueniunt, & euenire est probabiliter sperandum. Idem dicit Bernard. Diaz. d.cap.72.& quod inficiari nemo valet, quod ille actus inhumanus sit,& antiquam redoleat barbariem, in quo plures exinde hominum sequuntur interitus,tantoque solent iucundiora reputari similia spectacula, quanto sæuior in homines fuerit taurorũ ferocitas iaculis lacessita. Idem tenent Alcocer in tract.de ludo. c.53.conclus.2.Auiles 2.part. de exequend.mandat.Regum c.10. nũ.12.& mouet me plurimum iudicium sanctissimi viri Pij Papæ V. qui anno 1567. Kal. Nouembris eiusmodi spectaculum interdixit.

Sed quia Gregorius XIII.Pontifex Maximus alio suo diplomate dato die 25.Augu. anni 1575. censuras à Pio V. latas sustulit, damnari taurorum agitationes sine temeritate non possunt. Quamuis enim cõtendat Petrus Nauarra lib.2. de restitut. cap.3. num.84.neque Ioan.22. in d.extrauag.1. de torneamentis, neq; Grego. XIII. in prædicto motu proprio anni 1575. torneamenta,aut taurorum agitationes approbasse,sed tantum relaxasse cẽsuras à prædecessoribus latas. Non tamen credimus, ab eis fuisse relaxandas,nisi celebrari permitterent, neque si peccatum esse iudicarent,fuisse permissuros. Gregorius autem exprẽsè reuocat cõstitutionem Pij, qui etiam exprefsè prohibebat, tauros agitari: ergo permittit, qui reuocat prohibitionem. Itaque aliquot propositis conclusionibus res ista explicanda est.

22 Prima conclusio, qui Rempublicam administrant, si debitam adhibent diligentiam,quo forus aut locus, in quo tauri agitãtur, benè sit dispositus, & clausus, subsellia firma, & loci apti, vt fugientes se recipiant,& pueros senes, mulieres mente captos, claudos,& infirmos eijci,curant: ac ita cauent, vt verosimiliter cædes, & vulnera sperari, non possint: non peccant: alioqui peccabunt. Ita tenent Ioannes de Medina in Codice de pœnitent. q. 21.Ioan.Garzia in tract. de expẽsis c.21.num.29.Nauar.in Manuali.cap.15.num.18.Ludou. Lopez in Instructor. conscient.1. par.c. 70. Humada ad Gregor. Lopez in l. 57. tit. 5. part.1. Salcedo ad Bernard.Diaz.in practica. capit. 72. Gutierrez in practicis qq. c. 7.num.9. Azeuedo in l.4. tit.10. lib.5.Recopil.Petrus Nauar. lib. 1. de restitut. cap.3. nume. 300. & alij, quos nouifsimè citat Cenedo ad cap. 1. de torneament. collect. 13. De ista verò cautela habetur exprefsè in Bulla Gregorij XIII.

23 Secunda conclusio,qui ad agitandos tauros procedunt equestres, quia rarifsimè visum est, eos periculum aliquod subire, nullo modo peccant. Franc. de Alco-

Alcocer in tractatu de ludo. cap. 23. conclus. 6.

24 Tertia cõclusio, qui pedestres tauros agitant, si ea agilitate, & viribus polleãt, si refugia ita sint apta, vt periculum verosimiliter non timeatur, non peccant; contra est, si timeatur. Ita Alcocer de ludo. cap. 53. concl. 4. Medina & cæteri in 1. conclus. citati.

25 Quarta cõclusio, spectantes in fenestris, aut locis tutis non peccant, dummodo de peccato, aut negligentia, si qua in rectoribus fuit, de decurrentium temeritate, aut de damno alicui ex taurorum agitatione venienti, non lętentur. Ita Medina vbi suprà. Alcocer d. cap. 53. conclu. 7. Nauar. in Manuali. cap. 19. nu. 14. & sentiunt cæteri suprà citati. Sed am-

26 plius, quod etiam si spectaculũ esset illicitum, & illud edentes, & facientes peccarent, tamẽ spectatores non cooperantes non peccent, volunt S. Thomas in 2. 2. quæst. 167. artic. 2. ad 2. Angel. in l. Athletas. ff. de his qui nota. infam. Anani. num. 1. Socin. nu. 3. in cap. 2. de torneamentis. Summa Angelica verbo torneamenta. num. 2. & verbo ludus. num. 6. Tabiena eod. verbo, nu. 8. & verbo duellum. 3. Nauarr. in Manuali. cap. 15. num. 9. versic. decimo peccat. Licet contrarium teneat Corduba quæst. 42. ad fin.

27 Cõfirmatur ex alia communi, quod lucratum in his ludis, etiã illicitis ratione periculi, licitè retinetur, sine vlla obligatione restituendi. Summa Tabiena verbo ludus. numer. 10. Angelica eod. verbo num. 7. Syluester eod. verbo num. 16. Alcocer. in tracta. de ludo. cap. 52. & 53. in fine.

28 Quinta cõclusio, in diebus festis non potest fieri agitatio taurorum, & facientes, & interessentes peccabunt. Ita habet vtraque Bulla Pij Quinti, & Gregorij De cimitertij; notant Gutierrez. ca. 7. canonic. qq. nume. 10. Petrus Nauarr. lib. 2. de restitut. capit. 3. numer. 304. videturque manasse ex Concilio Carthagin. IV. cap. qui die. de consecrat. distinct. 1. Chrysostom. homil. 15. in Genes. tomo 1.

29 Ampliat Nauarra ibid. nume. 305. quod neque in festis, non à iure, sed à voto priuato populi, poterunt agitari, sed non credo verum, neque seruari, non enim sensit Pontifex, nisi de festis Ecclesiæ.

30 Limitatur, si ligatus esset taurus funibus securis, & cornuum cuspidibus præcisis, & ita temperatè, ne vllum damnum sequi possit. Ita Alcocer d. cap. 53. conclus. 1. Nauar. in Manuali. cap. 15. nu. 21. vers. ex quo infertur. Gutierrez. d. cap. 7. num. 14. vbi amplius requirit, quod non in foro clauso, sed in via aperta, alioquin contradicit, ibid. nu. 13. neque vim facit, quod cuspides sint præcisi.

31 Sexta conclusio, congredi cũ ipso tauro, non licebit, Gutierrez. d. cap. 7. nu. 10. sed hoc etiã

ex

ex periculo metiendum erit,iuxta suprà adducta.

32 Septima conclusio, absurdum videtur votum agitandi tauros. Alcocer d.cap.53. conclus.8. tametsi approbari videatur in l. 4. titulo 10.lib.primo.Recopilat.

33 Octaua conclusio, morientes in agitatione taurorum, etiamsi antequam vltimum spiritũ emittant, confiteantur, non sunt ecclesiasticæ sepulturæ tradendi. argumento cap. 1. de torneam. Alcocer d.cap.53.conclus.5.Gutierrez.d. cap.7. num. 10. Spino gl.2.num.27.Sed hoc intelligendum esse, quando agitatio taurorum fuit facta in casu illicito, & reprobato, secus si in casu licito, & præter spectationem successit mors,videtur inferri ex his quæ notantur in d.c.1.de torneamentis.& tradunt Summistæ verbo ludus. Sed perpende, vtrùm possit simpliciter contrarium teneri, quia hæc est pœnalis dispositio,quæ ad alium casum extendi non potest, etiam ex maioritate rationis,post alios Vincent. de Franch. decis. 315. & faciunt dicta suprà lib.1. capitu. 22. numero 24.

34 Nona conclusio, clerici in sacris,vel beneficium habẽtes nullo modo possunt interesse eiusmodi agitationibus taurorum, argumen.text.in c. non oportet. de consecrat.distin.5. c. cum decorem. de vita & honest. cleric. cap.quicunque.23.quæst.vltima. cap.vident homines.86.distinct. text. & ibi Cardin. in Clemen.ne in agro.§. porrò. de statu monachor. Tradunt & pluribus comprobant Anani.num. 2. in cap.2. de torneamen. Socin.numer. 12. in cap.1. eod.tit. Nauarr. in Manuali. cap.19. num.14. Bernard. Diaz.in pract.cap.72.& ibi Salcedo, Alcocer d.cap.53.conclus.3. & habetur in Bullis Pij V.& Gregorij XIII.

35 Amplia primò, quia contra facientes peccant mortaliter,siquidem eis imponitur pęna excommunicationis. Latè disputant,& comprobant Gutierrez.cap.7.canonicar.quæstion.à num.18.Humada ad Gregor.Lopez. in l.57. tit.5.parti.1.glo.2.num.2.Petrus Nauarra lib.2.de restitutione. c. 3.num.301. Spino glos.2. nume. 28. & ita declarauit Sixtus Quintus Pontifex Maximus, in Bulla directa Episcopo Salmanticensi, data 14.April.1586.quam refert Gutierrez. vbi suprà.

36 Amplia secundò ad religiosos etiam laicos, Nauarra d. c.3. nume.307.

37 Limita primò, quia licet peccent mortaliter, non tamen sunt ipso iure excommunicati, sed veniunt excõmunicandi.Gutierrez. d.cap.7. numero 17. Nauarra d. cap.3.numero 304. Spino glo. 2. numero 29.

38 Limita secundò, vt non ligentur, qui sunt in aliqua domo, vel casu, vel quia expectant, quod taurorũ agitatio finiatur, vt videant alia spectacula ipsis

licita, tametſi audiant rumoré, ſi tamen non vident, ita pluribus Humada vbi ſuprà à num. 4.

SVMMARIA
Ex Capite ſequenti.

1 *An vnuſquiſque ſit dominus famæ, & honoris ſui? & num. 3.*
2 *Fama non negligenda, etiam ab eo qui fidit conſcientia ſuæ.*
4 *Reſtitutio famæ poteſt fieri in pecunia.*
5 *An qui verum ſuum delictum detegit peccet mortaliter?*
6 *Simplex prodigalitas regulariter eſt venialis.*
7 *Verum ſuum delictum detegere ex cauſa bona, eſt actus meritorius.*
8 *Qui in tormentis occultum ſuum crimen detegeret, non peccaret, etiã venialiter.*
9 *Grauius eſt prodigere famam, quàm pecuniam.*
10 *Occultum ſuum crimen iactando detegens, mortaliter peccat.*
11 *Perſona publica cum ſcandalo reuelãs occultum ſuum peccatum, mortaliter peccat.*
12 *Idem, quando reſultaret ſcandalum, etſi non eſſet perſona publica.*
13 *Qui notabiliter indigens fama, illam prodigit, mortaliter peccat.*
14 *Vel ſi ex reuelatione incurreret periculum vitæ.*
15 *Falſa crimina ſibi imponens, ex quo imminet periculum vitæ mortaliter peccat.*
16 *Falſa crimina ſibi imponere extra iudiciũ, quando ſolum imminet periculum famæ, an ſit peccatum mortale?*
17 *Mendacium in re graui eſt mortale.*
18 *Falſa crimina ſibi imponere metu tormentorum, vbi ſolum imminet periculum famæ, an ſit peccatum mortale?*
19 *An qui ſe infamauit, teneatur ad reſtituendam ſibi ipſi famam?*
20 *An infamatus teneatur, ſe purgare?*
21 *An poſſit quis remittere famã ſuæ reſtitutionem?*

CAPVT XII.

De poteſtate in famam, & honorem proprium.

NIhil magis amatur quàm fama, & honor, in iſta quam poteſtatem habeamus, ſequentibus propoſitis quæſtionibus explicamus.

1 Prima quæſtio eſt, an vnuſquiſque ſit dominus famæ, & honoris proprij? Et partem negatiuã, nimirum neminem eſſe famæ, & honoris proprij dominum; tenet Caietanus in 2. 2. quæſt. 73. artic. 2. & in Summa verbo detractio. Idem volunt Ioãnes Maior in 3. diſtin. 15. quæſt. 16. Coſmus Philiarch⁹ de officio ſacerdotis. 2. par. lib. 4. cap. 14. Burſatus conſilio 191. num. 13. ad fin. libro 2. qui ait, ita ſentire Minchacam controuerſ. Illuſtri. cap. vndecimo. numero 7. cum mihi diuerſum

ſum

lum sentire videatur.

Pro quibus facit primò, quod famæ, & honoris videmur custodes constitui, non domini, Ecclesiastic. cap. 40. *Curam habe de bono nomine.* Et Prouerb. cap. 22. dicitur, *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ.*

Respondet Soto lib. 4. de iustitia & iure. q. 2. artic. 3. conclus. 4. & sequuntur Aragon & Michaël Salon vbi infrà quod intelligi debet, lege charitatis, nō autem lege iustitiæ, quemadmodum, & bona temporalia, cuius perfectè sumus domini, tenemur tamen custodire, & non prodigere. Aliter respondet idem Soto lib. 4. de iustit. & iure. q. 6. artic. 3. col. 16. & lib. 5. quæst. 10. artic. 2. col. 8. ad fin. quod, illud sapientis. *Curam habe de bono nomine*, intelligendum est, de eo quod facit bonū nomen, hoc est de virtute, quam sequitur honor, sicut vmbra solem: nam aliàs, honores spernere docuit Christus Dominus, & Paulus 1. ad Corinth. cap. 4. ait, pro minimo habere, iudicari ab hominibus. Vtramque responsionem coniunxit idem Soto de ratione tegendi secretum. mēb. 1. q. 3. ad fin.

Secundò facit, quod dominiū famæ nostræ videtur esse penes Rempublicam, ideò Augustinus de bono viduitatis. cap. 22. reprehendit eos, qui conscientia sua freti; famam suam negligunt: &
2 subdit, *Nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra.* Habetur in cap. non sunt audiendi. 11. quęst. 3. Idem ait idem Augustin. serm. 52. ad fratres in heremo, dum idem argumentum tractat, subditque, *Duæ res sunt, conscientia & fama, conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo, qui fidens conscientiæ suæ, negligit famam suam crudelis est.* Habetur in cap. nolo. 12. quæstio. 1. Idem vult Gelasius Papa in cap. quatuor autem. 12. quæstio. 2. & Lucius in cap. iubemus 60. de consecrat. distinct. 1. Augustin. lib. 1. de Ciuitate Dei. cap. 29.

Hoc argumentum potest dupliciter deduci. Primo modo, quatenus ait, neminem debere famam suam negligere, & hoc modo nō facit ad hanc quæstionem, sed ad sequentem, quia etsi sit dominus famæ suæ, nemo debet illam negligere. Secundo modo, quatenus ex dictis capitulis inferre volunt prædicti, nō esse penes nos, sed penes alios, ac adeò penes Rempublicam dominium famæ nostræ, quod affirmat Caietan. vbi suprà, & hoc modo facit pro hac quæstione.

Respondetur, hoc non colligi ex dictis capitulis, quæ hoc volunt, quod non debemus famam nostram negligere, ne alij scandalizentur: ex quo non sequitur, dominium famæ nostræ esse penes Rempublicam, & non penes nos. Præterea, si ex eo, quod dicit Augustin. vitam nostram nobis necessariā esse famā nostrā alijs, colligimus, non esse

nos dominos famæ, debemus etiam colligere, esse dominos vitę, sed hoc est falsum, ergo non potest fieri ista illatio. Deindè, verum non est, Rempublicam esse dominam famæ nostræ, & ita contra Caietanum tenent Aragon in 2.2.q.62.in tract. de dominio. colum.32. Michael Salon 2.2.quæst.61.in eod. tract.q.3. art. 3.ad 4. Et probatur. Quia sequeretur absurdum, quod nec ipse Caietanus concederet, quod si Respublica iniustè infamaret aliquem ciuem, non teneretur ei aliquam famæ restitutionem facere, quia nemo tenetur restituere illud, cuius est dominus, etiam si in illius dispendio peccet; vt in consumente prodigè bona propria.

Tertiò aiunt prædicti, quod non magis est quis dominus honoris, & famæ suæ, quàm vitæ, cũ honor sit pretiosior vita, sed vitæ nullus est dominus, ca. si non licet. 23. q.5. & dictum est lib.1. cap.1. ergo neque famæ.

Respondet Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 8. col. 2. quod non est par ratio vitæ, & famæ, quia vitæ dominium Deus sibi reseruauit, famæ non reseruauit, ita etiam Soto, Aragon, Salon, & alij qui contra Caietanũ tenent. Aliter responderi potest, quod neque verum est, honorem esse prætiosiorem vita, vt dictum est suprà cap. 5. num. 8. neque sequitur, non est quis dominus rei vilioris, ergo neque pretiosioris, quia non pendet dominium à valore rei.

Quartò arguitur, fama, & honor non sunt in posse nostro, sed in mentibus, & actibus aliorum, quomodo ergo possumus esse domini eorum, quæ non possidemus?

Respondet Aragon vbi suprà, quod imò possidemus famam; quia iste est modus illam possidendi, non enim omnes res possidentur eodem modo, pecunias possidemus, cum sunt in manu nostra, famam, cum est in mentibus aliorum.

Quintò arguitur, fama nostra aut est iuxta merita, aut vltra merita, si sumus domini famæ, debemus esse vtriusque, nam à parte, non videtur conueniens: sed famæ vltra meritum non possumus esse domini, quia aliàs sequeretur, quod nemo posset reducere famam, ad id quod iustè debetur, quia esset tollere ius acquisitum, hoc videtur inconueniens, ergo non est dominus huius famæ vltra merita, & per consequens nullius, ne sit dominus partis famæ.

Respondet Aragon vbi suprà, negando dicta inconuenientia, quia neque quis potest tollere famã acquisitam vltra merita; quia iam est sua, neque est inconueniens, quod dicamus, quem esse dominum solius famæ debitæ suis meritis, nam vlterior est æstimatio præter veritatẽ, vt si ego habeo mille scutos, & alij pu-

putant, me habere duo millia, non sum dominus nisi mille. Sed hoc latius & aliter deducit vbi suprà Aragon.

3 Contrarium ergo, imò quemlibet esse dominum suæ famæ, & honoris, videtur verius, & communiter receptum. Ita tenent Anchar. & Aretin. num. 6. in cap. cū dilecti. de accusatio. Soto lib. 4. de iustit. & iure. q. 4. art. 3. conclus. 4. & q. 6. art. 3. col. 24. & lib. 5. quæst. 10. art. 2. col. 6. & de ratione tegendi secretum, memb. 1. q. 3. conclus. 3. Nauarr. in Manuali. cap. 18. nu. 27. & in cap. inter verba. concl. 6. num. 13. Aragon in 2. 2. quæst. 62. in tractatu de dominio. colum. 3. Bañes in 2. 2. quæst. 64. artic. 5. dubio 4. ad primum argumentum. Michael Salon in 2. 2. quæst. 61. in tractatu de dominio. quæst. 3. artic. 5. conclus. 1. & quæst. 62. artic. 2. controu. 23. Couarruui. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. nume. 8. colum. 2. & 2. par. de sponsalib. cap. 8. §. 12. nu. 16. Ioãnes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 3. par. c. 10. nu. 1. Enriquez in Summa lib. 5. c. 4. nu. 115. cum seq. Toledo in Summa lib. 5. c. 66. Grego. de Valentia tomo 3. disput. 5. quæst. 10. puncto 1. quæstio. 4. vbi tamen ait, istam sibi videri quæstionem de nomine.

Mouentur isti primò, quia fama, & honor acquiruntur factis nostris proprijs per nos ipsos, sunt enim præmium virtutis, vt ait Aristotel. 1. & 10. Ethicorum. & pars fœlicitatis, vt ait idē Aristotel. 1. Rhetori. ca. 5. virtus autem, saltē naturalis, est proprium opus nostrum per concursum generalem Dei, & supernaturalis quodammodo, per eius singulare auxilium, & fœlicitas est bonū proprium nostrum, ergo domini sumus eius, quod acquirimus.

Secundò, iura vocant prodigos, eos, qui famam suam negligunt, cap. fin. de accusation. l. 1. C. de his qui potentio. nom. ergo eos habent pro dominis, quia quando rem nostram perdimus, dicimur prodigi, quando alienam, iniusti, & vsurpatores.

Tertiò, si non essemus domini famæ, esset, vel quia Deus reseruauit sibi dominium illius, quod nusquam fecit, vel quia Respublica esset domina famæ nostræ, sed hoc non est verum, vt dictum est suprà ad 2. argumentum contrarium, ergo sumus domini.

Quartò, si non essemus domini famæ, sequeretur, quod si aliquis nos infamaret, teneremur eum refellere, & non possemus omittere nostram purgationem, sequeretur etiam, quod nō possemus restitutionem famæ remittere, sed hoc est falsum, vt infrà dicetur, ergo sumus domini.

4 Quintò, magna pars pecuniæ præualet alicui famę, licet fama prætiosior sit pecunia, sicut magna quantitas argenti præualet pauco auro, ideò & restitutio famæ potest fieri in pecunia, Doctores in 4. dist. 15. Soto de ratione

tione tegendi secretum. memb. 1.q.3.concl.3. argum.2. Glos. & Doctores in c. ecclesia Sanctæ Mariæ vt lite pendent. Michael Salon in 2.2.quæst.62.art.2.controuers.14. vbi latè Petrus Nauarra lib.2.de restitut.cap.4. à nu.414. sed pecuniæ, quantumuis maxima quantitas sit, domini sumus, ergo & famæ, quæ minus illa est, ergo & totius famæ. Sed hoc argumentum tutum non est, quia nō à valore rei pendet dominiū.

Sextò, si non essemus domini famæ, non possemus, etiam pro vita æterna illam perdere, vt de vita dicitur in cap. si non licet. 23. quæst.5. sed consequens est falsum, quia qui cognosceret, famam esse illi impedimento ad vitam æternam, posset illam licitè, imò meritoriè perdere, vt patet in Ambrosio, qui ne fieret episcopus, induxit fœminas in cubiculum suum; ergo sumus domini illius.

Septimò, pondero tex. in cap. cum dilecti. & in cap. inquisitionis. de accusation. vbi valet renunciatio defensionum in causa, in qua vertitur infamia, quæ non valeret, nisi renuncians famæ dominus esset, nam vbi agitur de vita, cuius nemo est dominus, non valet renunciatio: vt plenè deducimus lib. 1. cap. 17. cum seq.

Octauò ponderatur, voluisse S.Thomam in 2.2.quæst.65.art.5. ad 3. quatenus ait, hominem per liberum arbitrium constitui sui ipsius dominum, quātum ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, sed fama & honor pertinent ad hanc vitam, ergo sumus illorum domini: & q. 129.art. 1. quatenus inter res humano vsui subiectas, famam & honorem commemorat, & quæst.73.art.4.ad primum. dum ait, arbitrij nostri esse famæ detrimentum pati, nisi vergat in aliorum præiudicium. Ita ergo tenendum est.

5 Secunda est quæstio; an famā suam prodigere sine causa, verū suum delictum occultum detegendo, sit peccatum mortale? Et esse peccatum mortale, sentire videtur Caiet. in 2. 2. q.73. art. 2. & in Summa verbo detractio. tametsi loquatur in terminis sequentis quæstionis, de imponēte sibi crimen falsum, ita perpendit Soto de ratione tegendi secret. memb. 1. quæst.3. & ab alijs Recentioribus ita intelligitur, & eodem modo possunt intelligi plures alij, qui loquuntur in terminis quæstionis sequentis, idem videtur tenere Bellamera num.3. in cap. senti. 1. q.3. & tenent expresè Gregorius de Valentia 3. Tomo. disput.5. quæst. 17. puncto 2. quæst. 1. & in grauibus pro statu nostro Michael Salon in 2.2.q.61. in tract. de dominio. q.3. artic.3. concl.6.

Pro istis facit primò, quod Augusti. ait, neminem debere conscientiæ fidendo, famam suā spernere. cap. non sunt audiendi. 11. quæst.3. cap. nolo. 12. q.1. cap. quatuor

tuor autem. 12.q.2.cap. iubemus 60.de consecr.distinct.1.

Respondet Soto lib. 4. de iust.& iure. q.2. conclus. 4. quod hoc procedit, quando alijs fit scandalum, nam aliàs, ait idem Augustin.contra Secundinũ Manichæum. cap.1. *Senti de Augustino, quidquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset.* Vbi cõtentus conscientia, nõ curat opinionem aliorum, habetur in cap. senti. 11. quæst. 3. & ita interpretantur Glos. Archidiacon. Præposit. Bellamera, Turrecremata in d. cap. non sunt audiendi. 11. quæst. 3. alijs etiam modis respõdent Soto, Aragon, & Salon in locis dictis.

Secundò facit, quod Christus Dominus videtur præcepisse, curandum, vt per bona opera nostra glorificetur pater noster, qui in cœlis est: Matthæi cap. 5. & ita curandum esse, habetur in cap. præcipuè. 11. quæst. 3. c. quatuor sunt. 12. quæst. 2. cap. in mandatis. 43. dist. cap. paratus. 23. q. 1.

Respondetur, hoc procedere in prælatis, & publicis personis, qui tenentur dare bonum exemplum, & alijs prodesse, ita Soto, Turrecremata, & Præposit. vbi supra. S. Thomas quodlib. 9.

Tertiò argumentatur Gregorius de Valentia, fama est quoddam bonum externum maximè necessarium, tanquam stimulus ad virtutem, ergo qui se ipsum sine causa infamat, notabiliter lædit charitatem erga se ipsum, & consequenter ex genere suo, peccat mortaliter.

Respondetur, negando vtrũque, quia fama non est necessaria ad virtutem, quando autem esset necessaria, non essemus in casu, de quo disputamus, sed in limitationibus, de quibus infrà, præterea infamatio sui non lædit notabiliter charitatem, sed leuiter, ideò non est mortale.

Quartò argumentatur idẽ Gregorius de Valentia, infamare alterum, etiam ea parte qua est cõtra charitatem, est genere suo mortale, quia est magnum instrumentum dissoluendi amicitiam, & ita offendendi Deum, ergo à fortiori erit mortale, diffamare se ipsum; cum strictius nos debeamus diligere.

Respondetur, cessare, quia nõ est instrumentũ dissoluendi amicitiam sui ipsius, & ita non procedit argumentum.

Contrarium igitur, quod regulariter, qui occulta sua delicta detegit, etiam sine causa, non peccet mortaliter, sed venialiter, aiunt, & verius, Soto de iust.& iure. lib. 4. quæst. 2. artic. 3. concl. 4. & lib. 5. q. 10. art. 2. col. 6. & de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. concl. 3. Bañes in 2. 2. q. 64. art. 5. dubio 2. argum. 1. Nauarrus in Manuali c. 18. num. 27. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. nu. 8. colum. 3. Aragon in 2. 2. q. 62. in tractatu de dominio. colum. 34. Adrian. in 4. de restit. quæst. penult. & quodlib. 11. Cor

duba

duba de detractione. memb. 1.
quæst.3. concl.3:& memb.4. q.3.
conclus.4. dub.1.Angles in 4.de
restit.famæ.dub.2. diffi.2. Petrus
Nauarra de restit.lib.2.cap.4.nu.
113. Toledo in Sũma lib.5. c.66.

Pro quibus facit primò, quod
homo dominus est famæ suæ, ac
proinde illam prodigendo, non
facit contra iustitiam, quæ non
est respectu sui ipsius, sed ad alte-
rum, Aristot.lib.5. Ethicorum. c.
11.non facit contra charitatem
tertij, quia nemini nocet, non cõ-
tra charitatem propriam, quia
ea non obligat, nisi quoad spiri-
6 tualia virtutem & gratiam, ergo
est simplex prodigalitas, quæ re-
gulariter non est peccatum mor-
tale, sed veniale, S.Thomas, & a-
lij in 2.2.q.119.art.3.

Huic argumento videtur re-
spondere Caietanus, infamare se
ipsum, esse cõtra iustitiam respe-
ctu Reipublicæ, cuius pars est, cu-
iusq; interest, integram esse famã
suorum ciuium. Sed in hac dispu-
tatione excludimus casum, quo
intersit Reipublicæ, de quo in li-
mitationibus, generaliter nega-
mus interesse.

Secundò argumentatur Soto,
Christus Dominus docuit hono-
res, & gloriam mundi spernere,
Matthæi cap.5.& Paulus parui æ-
stimat iudicari ab hominibus,
Gregor.homil.9. super Ezechiel.
ait, tolerandam esse infamiam, er-
go licet se infamare.

Respondet Gregorius de Va-
lentia, Christum prohibuisse ni-
miam, & illicitam ambitionem,
ac appetentiam honoris, non li-
citam, & moderatam: de qua
iusserat curam haberi, Ecclesiast.
capit.40. sicut & iubet, animam
suam odisse, ex quo nõ sequitur,
quod homo potest sibi abrum-
pere vitam, ex quibus planè hoc
argumentum non vrget.

Tertiò, Soto adducit exempla
Sanctorum, qui se infamarunt,
Ambrosius inclusit fœminas in
cubiculo, ne fieret episcopus,
Anselmus plorat amissam virgi-
nitatem, Augustinus confessio-
nes suorum criminum scripsit,
ergo credendum, esse licitum.

Respondet Philiarchus de of-
ficio sacerdotis.2.par.lib.4. cap.
14. ista facta Sanctorum esse ad-
miranda, & non imitanda, sicut
de Sancto Simeone Abbate refe-
runt Simeon Metaphrastes, & Su-
rius die primo Iulij, quod simu-
labat libidinem, & velle cum fę-
minis cubare, & contrectabat il-
las, ab illisque contrectari patie-
batur, ne haberetur Sanctus: ista
enim nullus deberet imitari, ca.
duo sunt. §.lex verò priuata. 19.
q.2.cap. licet. de regular.

Gregorius de Valentia vbi su-
pra respondet, quod Sancti non
se infamabant sine causa, sed ex
maxima causa, pro summa humi-
litate, vnde non potest in argu-
mentum adduci, cum loquamur
de eo, qui se infamat sine causa.

Quartò argumentatur Soto, si
esset peccatum mortale, reuela-
re crimen suum sine causa, esset
etiam

etiam peccatum mortale, non se purgare, & refellere alium, cum illud reuelat, sed hoc est falsum, vt infrà dicetur, ergo & illud.

Quintò, pro hac sententia pōdero, quod licitum est vnicuiq; peccata sua publicè confiteri, vt habetur in Concilio Tridentino sessio. 14. cap. 5. ergo licet, peccata sua occulta publica facere. Potest tamen euitari, quia tunc esset ex iusta causa pœnitentiæ. Nihilominus ista videtur recepta opinio. & ex argumentis quibus responsum non est tenenda.

7 Ampliatur primò ista sententia, vt si quis bona aliqua causa ductus, eiusmodi crimen suum reuelasset, neque etiam esset peccatum veniale, sed potius actus meritorius, vt si pro humilitate consequenda, pro fugiendis honoribus, pro petendo consilio, pro obtinendo remedio à superiore. Ita Michael Salon vbi suprà, Gregorius de Valentia dicto puncto 2. quæst. 1. conclus. 2. & eodem tomo 3. disput. 3. q. 10. puncto 5. casu 5. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 4. num. 114.

8 Ampliatur secundò; vt neque etiam sit veniale, si pro fugiēdis doloribus corporis quis reuelaret delictum suum secretum, vt reus occultus qui metu tormentorum occultum suum crimen fatetur. Ita Soto libr. 4. de iustit. & iure. quæst. 1. arti. 3. conclus. 4. & melius lib. 5. quæst. 10. artic. 1. colum. 9. conclu. 2. & de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. cōclus. 5. Vbi, quod etiam liceret pro vtilitate amici, & iterum eodem tract. memb. 3. quæst. 4. conclus. 10. Couarru. lib. 1. variarum resolut. cap. 2. num. 8. col. 3. Aragon in 2. 2. quæst. 62. in tracta. de dominio. colum. 34. Gregor. de Valentia d. puncto 2. concl. 2. versicu. item eodem modo potest quis. Nauarr. in Manuali. cap. 18. num. 28. & seq. Quod ita probat Soto, vt posset re' pecunijs, imò magnis, & multis pecunijs redimere illam vexationem sine peccato, ita & potest iactura famæ suæ, cuius dominus est, prout pecuniarum, & quæ est infra magnum cumulum pecuniarū. Atque prout non tenetur pati tormenta, & cruciatus pro celando secreto naturali alterius, ita neque pro suo.

9 Limitatur dicta sententia primò, quia licet prodigere famam sine causa, non sit plus quàm veniale, est tamen grauius quàm prodigere pecuniam, quemadmodum & fama est prætiosior pecunijs. Couarru. d. num. 8. Nauarrus d. cap. 18. nume. 28.

10 Limitatur secundò, in eo qui iactando detegeret suum peccatum occultū, quia tunc esset mortale, per ea quæ habentur Psal. 55. & 93. & Esaiæ cap. 3. Ita Soto d. lib. 4. de iustit. & iur. q. 2. art. 3. conclus. 4. & de ratione tegend. secret. memb. 1. quæst. 3. conclus. 4. à quo cæteri non dissentiunt. Pro his est tex. in c. quam sit graue. de excessibus prælat. vnde & glo-

gloriam se de delicto extra ordinem punitur. Purpuratus in l. magistratibus. num. 23. ff. de iurisd. omn. iudic.

11 Limitatur tertiò, quando reuelans esset persona publica, & ex tali reuelatione resultaret scādalum, vel aliquod damnum subditorum: Soto dictis locis, Turrecremata, & Præpositus in cap. non sunt audiendi. 11. qō. 3. Michael Salon in 2. 2. quæst. 61. in tract. de dominio. quæst. 3. art. 3. conclus. 3. Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap. 4. num. 123.

12 Limitatur quartò generaliter, quando alicui alij damnum resultaret, vel scandalum, Soto vbi suprà, Couarruu. d. num. 8. col. 3. Nauarrus in Manuali. cap. 18. nu. 28. & in cap. inter verba. 11. q. 3. conclus. 6. num. 13. vbi de monacho se infamante, quod resultat in præiudicium totius religionis; Aragon d. colum. 34. Turrecrem. & Præpositus vbi suprà, Salon dicto loco. conclus. 4.

13 Limitatur quintò, quando indigens notabiliter fama ad se honestè continendum, illam prodigit: Nauar. d. num. 28. Aragon vbi suprà, Salon d. art. 3. concl. 2.

14 Limitatur sextò, si ex reuelatione secreti incurreret periculū vitæ, quia tunc esset mortale: Soto de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. concl. 4. quod corroborari potest ex his, quæ in sequenti quæstione dicemus.

Vltimò vult limitare Salon d. q. 3. art. 3. concl. 6. quando delictum graue, & turpe in ordine ad suum honorem, quis reuelaret. Sed hoc tolleret in totum conclusionem, ideò repudiandum est.

Tertia est quæstio, an crimina falsa sibi imponere, sit peccatum mortale: & hic tres casus distinguendi sunt.

15 Primus casus est, quando ex tali sua impositione immineret periculum vitæ, aut amissionis membri, siuè essemus extra iudicium, & ita spontè quis sibi imponeret, siuè in iudicio, & ita coactè, prout in reo, qui metu tormentorum imposita sibi crimina non vera confiteretur. Et istum mortaliter peccare, quia id agit, ex quo sequitur mors: tenent Abbas nu. 2. in cap. ex parte. el 2. de sepult. idem Abbas num. 3. Felyn. num. 7. in cap. 1. de testibus cogendis. Palacios Rubios in Rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 70. num. 4. Guiliel. Benedictus in cap. Raynuntius. verbo mortuo itaque testatore. num. 84. Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 8 Nauar. in Manuali. cap. 18. num. 28. & 29. Petrus Plaza in Epitome delictor. cap 23. num. 2. colum. 5. & nu. 3. Aragon d. colum. 34. & seq. & sentit Soto de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. conclus. 4. in fine. vbi ait, peccasse Samsonem, detegendo Dalidæ secretū capillorum: Nauarrus iterum in capit. inter verba. conclus. 6. numero 13. Petrus Nauarra de restit.

ſtit.libro 2.cap.4.num.126.

Contrarium, in eo qui metu tormentorum falſa crimina ſibi impoſita confitetur, nititur defendere Soto, dicens, quod non tenetur homo, cum tanto cruciatu vitam ſeruare. lib.5. de iuſtitia, & iure. quæſt.10. art.2.colum.fin. & de ratione tegendi ſecretum.d.memb.1.quæſt.3. cõcl. 5. & 6. ſequitur Toledo in Summa lib.5.cap.66. Et Nauar.in Manuali. cap.18. nu.29. putat, eum qui certus eſt, eſſe torquendum, donec fateatur, non peccare, ſi fatetur. Sed non eſt recedendum à communi ſuprà relata, quia nõ tolerat pro vita, ſed pro virtute, ne mentiatur, & corroborabitur ex dicendis in caſibus ſequentibus.

16 Secundus eſt caſus, cum ſolũ imminet periculũ amiſſionis famæ, & ſumus extra iudicium, & neceſſitatem tormentorũ, & hoc caſu, iſtum imponentem ſibi falſa crimina, mortaliter non peccare: aiunt Soto de iuſtit. & iure.lib.4.q.2.art.3.concl.4. ad fin. & de ratione tegendi ſecretum memb.1.q.3. concl.6. Nauarrus in Manuali.cap.18. nu.27. & 29. & in cap. inter verba. concluſ.6. num.13. & Couarr. Plaza, & alij, in ſequenti caſu citandi, ita ſentire videntur.

Eo fundamento mouẽtur iſti, quia cum quiſquam ſit dominus famæ ſuæ apparet, non peccare contra iuſtitiam, & ita eſſe mendacium non pernicioſum.

Reſpondetur, quod etiam ſi ſit mendacium contra charitatẽ, eſt in re graui, ideò genere ſuo eſt mortale.

Huic ſententiæ (ſi vera eſſet) applicari etiam poſſent plures limitationes, de quibus in caſu ſequenti agemus.

Sed contrarium, imò iſtũ falſa crimina in prædicto caſu ſibi imponentem, mortaliter peccare, videtur mihi verius, & tenent Caietanus in Summa verbo detractio.& in 2.2. quæſt.73. art.2. Syluester in Summa.verbo detractio.q.3.Michael Salon in 2. 2. q. 61.in tract.de dominio. q.3. art. 3.concluſ.5. & videntur tenere à fortiori citandi in caſu ſequẽti.

Pro quibus facit primò, quod præcepta decalogi ex ſuo genere obligant ad mortale, ſed in præcepto decalogi, non falſum teſtimonium dices, comprehenditur etiam, ne aduerſus ſe ipſum quis falſum teſtimonium dicat: Auguſtin. lib.1. de Ciuitate Dei cap.20.& habetur in capit.ſi non licet.23.q.5. ergo eſt peccatum mortale.

Huic argumento reſpõdet Soto in locis ſuprà citatis, quod Auguſtin.tantùm dicit, quod illo præcepto decalogi, prohibetur falſum teſtimonium aduerſus ſe ipſum, ſicut aduerſus proximum, non tamen, quod tantùm peccatum ſit, quia non ait, quod ſit contra iuſtitiam, idem ait libro 5. de iuſtitia, & iure. quæſt.10. art.2. colum.8. & Aragon

gon vbi suprà, colum.35.

Sed certè ista responsio non tollit vim argumenti, quia si est contra præceptum decalogi, ergo est suo genere mortale, siuè sit contra iustitiam, siuè contra charitatem.

17 Secundò facit, quia hoc est mendacium in re graui,& perniciosum, cum perdatur fama,quã constat esse omnibus facultatibus prætiosiorem: ergo est peccatum mortale, iuxta tex. in ca. primum.22.q.2. S.Thomam, & alios in 2.2.q.100.art.3. & 4.

Tertiò pro hac parte facit Augustinus in lib. de mendacio.ca. 9. in fine, vbi ait in hæc verba. *Sed vtrum etiam volentis fama falso stupri crimine lædenda sit,vt ab alterius corpore stuprum auertatur, magna quæstio est. Et nescio vtrùm facilè reperiatur,quomodo iustum sit,volentis famam falso stupri crimine maculari, quàm ipso stupro corpus inniti.* Vides,etiam officiosè, pro liberando aliquo ab stupro, non licere lædere volentis famam: vnde sequitur, neque eidem licere velle.

18 Tertius casus est, cũ quis metu tormentorum falsa crimina sibi imposita confitetur, quando ex hac confessione non imminet periculum mortis, aut membri, sed tantùm amissionis famæ, & istum non peccare mortaliter, sed venialiter, volunt Syluester in Summa verbo detractio. q. 3. Soto d.lib.4. de iustit. & iure. q. 2.art.3.concl.4.& lib.5.q.10.art. 2.col.9.in fi.& de ratione tegendi secretum.memb.1. q.3. concl. 6.& memb.3.q.4.concl.9. ad fin. Couarr.lib.2. variar. resolut.c.2. num.8. col.3. in fin. Nauarrus in Manuali.c.18.num.29. & in cap. inter verba. concl.6.nu.13. Aragon vbi suprà. col. 35. Plaza in Epitome delict. cap.23. nu.3. ad fin.Enriquez in Summa lib.5. capit.4.§.2.

Eo fundamento mouetur isti, quia ipsi credunt, non esse mortale, spontè sibi imponere falsa crimina, & insuper, adest illa ratio fugiendi tormentorum cruciatus; vnde aiunt,effici mendacium officiosum.

Sed hoc argumentum iam est sublatum in casu superiori, neque illa ratio fugiendi cruciatus, quicquam valet, cum potius debeat homo mori, quàm mentiri,maximè in re graui: text. in cap.ne quis arbitretur. ca.faciat homo.cum cap. seq. 22.q.2.

Limitant isti sententiam suam aliquot casibus, Primò,in persona publica, quia redundaret in præiudicium subditorum, Soto, Nauar.Couar. Aragon, & Plaza vbi suprà.

Secundò, si nefanda, & absurdissima quæ aures perhorrescũt, sibi quis imponeret: Soto, Couarr.Nauarr. & alij vbi suprà.

Tertiò,si hæresim sibi imponeret, propter magnum scandalũ, & posterorum ignominiam: Soto, Couarr. Nauarr. Aragon vbi suprà.

Quartò,

Quartò, si falsum sibi crimen cum iuramento imponeret, ijdē eisdem locis: & quod magis est, etiam his casibus, (præter iuramentum) negat esse mortale, Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap. 4. num. 121. cum sequentibus.

Verum contrarium simpliciter verius est, imò peccare mortaliter, qui metu tormentorum falsa crimina sibi imposita confitetur, tametsi non immineat periculum mortis, quia si extra iudicium est mortale, vt diximus in casu precedenti, multò magis in iudicio: in quo omne mendacium est mortale. S. Thomas & DD. in 2. 2. q. 69. art. 1. & vt diximus, metus tormentorum nō excusat, quia debet quis poti' mortem pati: August. lib. de mendacio. cap. 6. & 17. cap. ne quis arbitretur. c. faciat homo. 22. q. 2. Ita, & melius, tenent Caietan. in 2. 2. q. 73. art. 2. & in Summa verbo detractio. S. Antonin. in Summa 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 3. Abbas nu. 2. in cap. ex parte. de sepult. idem Abbas num. 3. Fely. num. 7. in ca. 1. de testib. cogend. Palacios Rubios, & Gulielmus Benedictus ī locis supra citatis casu 1. huius 3. q̄onis quatenus volunt, teneri se retractare ante mortem, quod non spectat ad conseruandā uitam, sed ad reparandam famam.

19 Quarta quæstio est, an ille qui se ipsum infamauit, teneatur sibi ipsi ad restitutionem famæ, & teneri ait Caietan. in 2. 2. quæst. 73. art. 2. & in Summa verbo detractio. Idem volūt S. Antoninus in Summa. par. 2. tit. 2. cap. 2. num. 3. Syluester in Summa. verbo detractio. q. 3. Abbas nu. 3. in c. ex parte. de sepultur. idem nu. 3. Felyn. num. 7. in c. 1. de testibus cogen. & alij citati in primo casu quæstionis præcedentis, quatenus aiunt, illum, qui falsa crimina sibi imposuit metu tormentorum, teneri ante mortē retractare, alioquin decedere in peccato mortali. Michael Salon in 2. 2. q. 61. in tract. de dominio. q. 3. art. 3. cōclus. 4. videtur distinguere.

Contrarium, imò non teneri sibi ad restitutionem, aiunt Soto de ratione tegendi secretum, memb. 1. q. 3. concl. 7. & memb. 3. q. 4. conclus. 9. ad fin. Aragon vbi supra. Petrus Nauarra de restitu. lib. 2. c. 4. nu. 120. 134. & 366.

Nō dubitem, veros restitutionis terminos hic non posse verificari, credamque, vbi simplex casus est, non teneri se retractare, cum dominus sit famæ suæ, publicam personam teneri, sed propter tot dicentes consultius forsan erit id facere.

20 Quinta quæstio est, an ille cui aliqua infamia imposita est, teneatur se purgare, & infamiā refellere, an verò possit non se purgare? Et in hoc S. Thomas quodlibeto 9. ait, quod personæ publicæ, quibus incumbit ex officio, aut ex statu perfectionis aliorū saluti prouidere, peccant, nisi infamiam repellant, alij, quibus solum incumbit animæ suę cōsu-

lere, possint, imò meritorium illis sit, se ex humilitate nō defendere, sed patiēter tolerare infamiā. Nam Christus Dñs cum malediceretur, non maledicebat, & Pilato dicenti, non audis quanta aduersum te dicunt testimonia, nihil respondit, sed tāquam ouis coram tondente se obmutuit. Et Apostolus ait, non vos defendentes charissimi, sed date locū irę. Ita Greg. homil. 9. super Ezech. S. Thomas d. quodlib. 9. & in 2. 2. quæst. 73. artic. 4. ad 1. Soto de ratione tegendi secretum. memb. 1. quæst. 3. concl. 3. argum. 4. & cōclu. 5. Aragon vbi sup. Turrecremata num. 2. Præposit. nu. etiam 2. in c. non sunt audiendi. 11. q. 3. Petr. Nauarra de restit. lib. 2. c. 4. num. 116.

21 Sexta quæstio est, an possit quis sine peccato remittere famæ suę restitutionem, in qua quæstione, licet Caietan. in locis citatis videatur tenere negatiuam. Tamen præcedentis quæstionis distinctio recepta est, quod publica persona, cuius fama necessaria est pro subditorum vtilitate, non possit famæ suæ restitutionem condonare, priuatus autem possit, & si ex humilitate faciat, meritoriè agere, præterquā in infamia hæresis, vel apostasiæ, quia respicit honorem Dei, & magnum Ecclesiæ scandalum. Ita tradunt & extendunt Soto libro 4. de iustit. & iure. quæst. 6. art. 3. col. 24. & de ratione tegendi secretum. memb. 1. q. 3. conclus. 3. argum. 2. Aragon vbi suprà. col. 34. Couarru. lib. 1. varia. resolut. c. 2. nu. 8. col. 2. Angles in 4. de restitut. famæ dub. 3. difficult. 2. Nauarr. in Manuali. cap. 18. num. 46. Gregor. de Valentia tomo 3. disputat. 5. quæst. 6. puncto 5. assert. 4. colum. 897. & latius alij, quos viderim Michael Salon in 2. 2. q. 62 artic 2. controuer. 23. vbi per octo conclusiones rem istam examinat, & declarat Petrus Nauarra d. lib. 2. de rest. cap. 4. nu. 385.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Anima suæ nemo dominus est.*
2 *Nemo potest renuntiare his, quæ sunt necessaria ad salutem animæ.*
3 *Bonorum suorum spiritualium quilibet dominus est.*
4 *Valorem satisfactorium, & impetratorium bonorum nostrorum spiritualium possumus alijs largiri.*
5 *Valet obligatio sub pœna amissionis beneficij, & ordinis.*
6 *Quod intelligitur de ordinis executione, non de charactere.*
7 *Character indelebilis est.*
8 *Quatenus valeat obligatio, sub pœna excommunicationis.*

CAPVT XIII.

De potestate in bona nostra spiritualia.

1 QVæri potest, an homo sit dominus bonorum suorum spiritualium? In qua quęstione, partem negatiuā, quod

quod nemo sit dominus animæ suæ, tenent Abbas ante num. 1. in cap.fin.de pactis. Felyn. num. 2.in cap.cõtingit. de senten. excommun. Franciscus Marcus 2. parte. decis.879 num.8.Tibe.Decian. lib.9. tract.criminal. cap. 1. num.35. eandem tenuisse Soto libro 4.de iustitia & iure. q.2. art. 1. ait Salon infrà citandus, ego apud Sotum non reperi.

Pro istis facit primò, quia si homo non est dominus vitæ, vt constat, & dictum est suprà lib. 1.cap. 1. ergo minus erit dominus animæ suæ, quæ multò prætiosior est corpore, & vita l.sancimus.C.de sacrosan. ecclesijs.

Respondet Aragon vbi infrà, quod dominium non pendet à valore rei, sed à potestate,quam in eam habemus: itaque homo potest habere dominium in rem pretiosissimam, & non in aliam vilissimam. Respondeo aliter, quod vitæ dominium Deus sibi reseruauit, Deuteronomij cap. 32. Sapientiæ cap. 16. bonorum spiritualium non reseruauit.

2. Secundò, nemo potest se obligare in præiudicium animæ suæ, 2.2.quæst.4 per totum.& iuramẽtum non obligat ad peccandum, quia non debet esse iniquitatis vinculum, cap.quanto,cap.si verò. de iureiurand. etiam si obligaret se ad peccatum veniale. cap.2. de pact. libro 6. nemoque potest renuntiare his, quæ sunt necessaria ad salutẽ animæ suæ, Nauar. in Manuali. cap.18. num. 28.Socin.& Felyn.num.3.in fi.in cap. P. & G. de officio delegati. Qui dicunt,quod sicut non valet pactum, per quod corpus affligi potest,ita non valet pactũ,per quod anima ligari potest. Ergo nemo est dominus gratiæ, & bonorum spiritualium, nam quorum quis est dominus, aliquo casu debet ea posse exponere,& consumere sine peccato mortali.

Respondetur,quod non posse se obligare ad peccatum, nõ infert, non esse dominum bonorũ spiritualium,quia dominium est facultas vtendi ad vsum licitum, & non prohibitum: vt diximus lib.1.cap.3. ad fin. Itaque verum est, neminem se obligare posse ad peccatum, etiam veniale: quia est vsus prohibitus, sed ad alios vsus licitos, & concessos, dominus est;sunt autem alij vsus liciti, vt apparebit ex argumentis contrariæ sententiæ. Sed Michael Salon vbi infrà respondet, quod etiam si quis nunquam possit consumere sine peccato mortali,potest esse dominus,quia sufficit,quod quando consumit,nulli faciat iniuriam, aut iniustitiã, vt in diuite prodigente pecunias,quibus posset iuuare pauperem, peccat mortaliter, sed verè illarum dominus est.

Tertiò, quemadmodum Dominus reseruauit sibi dominium vitæ corporalis,ita videtur reseruasse bonorum spiritualium, gratiæ,& virtutum: Psal.83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Et ibidẽ,

& Pſal.23.vocatur Dominus virtutum.

Reſpondent Aragon, & Michael Salon infrà referẽdi, quod non ſequitur, habemus gratiam dono Dei, ergo non ſumus illius domini, quia quidquid habemus, etiam temporalium bonorum, habemus dono Dei: & tamen ſumus illorum domini. Item, quod eſt differentia, inter vitam corporalem, quam nulla ratione nos poſſumus acquirere, & ſpiritualem, quæ ita eſt donum Dei, vt nos per noſtrum arbitrium ad illam adiuti gratia præueniẽte nos diſponamus; & hoc nomine ſumus domini.

Quartò, imò homo ſolum eſt dominus eorum, quæ poteſt ſua induſtria acquirere, gratiam & dona ſpiritualia non poteſt ſua induſtria acquirere, quia illa Deus in nobis ſine nobis operatur: vti in Concilio Mileuitano, & alijs multis diffinitum eſt contra Pelagium: ergo non ſumus illorum domini.

Reſpondet Michael Salon, eſſe nos dominos iſtorum bonorũ, quia licet non ſimus prima, ac præcipua cauſa, ac efficiens gratiæ noſtræ, & virtutum, conſequimur tamen illa, diſponendo nos ad ea diuino auxilio adiuti, ſicut neque qui ſeminat, neque qui rigat, eſt aliquid, (vt habet Diuus Paulus) ſed qui incrementum dat Deus: & nihilominus agricola ob ſuas induſtrias & labores eſt dominus fructuũ, quos colligit. Et ad illud Concilij Mileuitani dicit, Deum operari hęc in nobis, ſine nobis, ideſt ſine noſtris meritis, aut propria virtute noſtri liberi arbitrij, vt volebat Pelagius; non tamen ſine concurſu noſtri liberi arbitrij, ac noſtris diſpoſitionibus gratia præueniente, & diuino auxilio adiutis, propter quod vocamur Dei cooperatores.

3 Contrarium, imò quemlibet eſſe dominum bonorum ſuorum ſpiritualium, tenẽt Melchior Cano in relectione de pœnitentia. part. 4. ad 2. argumentum. Aragon in 2.2. quæſt. 62. in tracta. de dominio. colum. 42. verſic. eſt & aliud dubium. Gregorius de Valentia tomo 3. diſpu. 5. quæſt. 10. puncto 1. quæſt. 5. Michael Salon in 2. 2. q. 61. in tract. de dominio. quæſt. 3. artic. 4. vbi ait, quod ita tenuit magiſter Victoria, quem ſequuntur ferè omnes Recentiores, & conatur Aragon in hác ſententiam inducere S. Thomam in 2.2. q. 64. art. 5. ſed aliquanto duriuſculè.

Pro his facit primò, quia Deus dedit homini liberum arbitriũ, ad operãdum bona vel mala, Eccleſiaſt. cap. 15. & per conſequẽs eſt dominus bonorum ſpiritualium, ad quæ propria opera ſua diuina gratia adiutus ſe ipſum diſponit. Quia cum ſit dominus ſuarum operationum ſupernaturalium, quibus acquiruntur virtutes, & alia bona ſpiritualia, adiuuante auxilio diuino, ergo

&

& bonorum spiritualium, quæ per huiusmodi operationes habentur: quia etsi ad huiusmodi bona acquirenda exigatur diuinum auxilium, acquiruntur tamen à nobis, mediante isto diuino auxilio, proprio labore, & industria: vnde in sacra Scriptura vocatur opera nostra, & vocantur etiam opera Dei, Esaiæ cap.26. *Omnia enim opera nostra operatus es nobis Domine*: ergo sumus domini eorum.

Secundò, licet ista bona non possimus disperdere sine peccato, tamen quando illa disperdimus, nulli facimus iniuriam: ergo sumus domini: quia ratio dominij in hoc consistit, quod si disperdimus, nulli fiat iniuria.

Tertiò, si non essemus domini bonorum spiritualium, semper peccatum esset duplex, & in omni peccato faceremus duo peccata, vnum contra præceptum, quod transgrederemur, & alterū contra iustitiam, disperdendo gratiam, cuius non eramus domini: sicut qui furatur cum periculo vitæ, facit duo peccata, vnū contra præceptum de non furando, alterum, quod exponit se periculo mortis, sine fine iusto, & ita peccat contra iustitiam, quia non est vitæ dominus. Aragon vbi suprà, Nauar. in Manuali. cap.15.nu.8.vers. qui timidus. Sed hoc est absurdum, quia transgrediens aliquod præceptum diuinum, vnum tantùm peccatum committit, & non duplex, ergo quia sumus bonorum spiritualium domini.

Quartò, si non essemus domini bonorum spiritualium, sequerētur tria absurda; Primum, quod qui aliquem induceret ad peccādum, non solum teneretur curare illius conuersionem, sed aliquid alij restituere, illi scilicet, qui esset verus dominus gratiæ illius peccantis, quod esset ridiculum. Secundum, quod omnis peccans teneretur statim pœnitere sub nouo peccato, quia vnusquisq; tenetur, cum potest, restituere, sub nouo peccato: qd nemo concedet. Tertium, quod cuilibet peccanti posset quilibet resistere, sicut potest volenti se interficere, quia non est vitæ dominus, sed hoc non est, quia qui hoc faceret, iniuriam illi faceret, sicut qui resisteret prodigenti suas pecunias; ergo sumus domini bonorum spiritualium.

4 Quintò, aliqua bona nostra spiritualia possumus alijs largiri nimirum valorem satisfactoriū & impetratorium: vt per S. Thomam in 4. distin.35.q.2. Nauar. in Manuali de oratione & horis canonicis. c.20.nu.44.cū seq. Azor. lib.9.c.33.q.4. ergo sumus illorū domini, & ne simus domini partis, & partis nō, quod nō videtur conueniens, sumus domini omnium bonorum spiritualium.

5 Sextò, ponderare potest, quod valet obligatio sub pœna amissionis beneficij, c. cum dilectus.

in fine, de electio. cap. fin. de crimine falsi. Fely. num. 2. in cap. cōtingit. de sentent. excom. Anton. de Butrio nu. 16. in c. P. & G. de officio deleg. Valet etiam obligatio sub pœna amissionis ordinis, text. in c. quoties cordis oculus. 1. quæst. 7. vbi notant Gl. & Doctores tex. vbi Glos. verbo ordini. Bald. num. 5. Abbas num. 24. in c. post translationem. de renunciatione. Lucas de Penna in l. cū scimus. nu. 2. C. de agricol. & censit. lib. 11.

6 Quod tamen intelligendum est, de ordinis executione, non de charactere, cui renūtiari non potest. c. quod quidam. §. si enim aliqui. 1. quæstio. 1. Gl. Abbas, & Doctores in d. cap. post translationem.

7 Est enim character indelebilis etiā per mortē. Gl. 2. in cap. 2. 32. quæst. 7. Bartol. in l. 1. C. ne sanctum Baptisma iteretur. Abbas in Rubr. de sacramentis non iterandis. num. 2. & alij passim.

Pariter, potest quis se obligare sub pœna excommunicationis, vel anathematis, vt probatur in eod. cap. quoties cordis oculus. 1. quæst. 7. cap. nunc autē. 21. distinct. cap. si is qui. 11. quęst. 3. cap. ego Berengarius. de consecratio. distinct. 2.

8 Circa quod tamen distinguendum est, quia si quis se obligaret sub pœna excommunicationis, ita quod, sine alia monitione, quæ requiritur, cap. sacro. de senten. excommunic. aut sine aliqua causa, quæ etiam requiritur, cap. Romana. §. caueant. eodem tit. lib. 6. adueniente aliquo termino posset excommunicari, & ita obligatio sola esset causa excommunicationis, ista obligatio non valeret, neque termino adueniente esset sine noua admonitione excommunicandus: quia excommunicatio non potest fieri, nisi pro contumacia, & delicto, cap. nemo. cap. notum. 2. quæstio. 1. cap. nemo. 11. quæstio. 3. d. cap. sacro. & c. cum medicinalis. de sentent. excommunic. lib. 6. & pactum præcedens non efficit, quod termino adueniente fit cōtumax, cum posset ob impossibilitatem excusari, cap. Odoardus. de solution. neque per illud pactum præcedens, potuit effici criminosus, qui non est, l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. neque potest quis separari à gratia Dei, nisi primo delinquat, c. illud. 11. quęst. 3. cap. cum æterni. de re iudicat. lib. 6. Si verò quis, obligando se aliquid soluere intra certum tēpus, consentit nūc & de præsenti, quod iudex præcipiat ei, quod infra dictum terminum soluat, & pronuntiet sententiam excommunicationis sub ea conditione, si intra dictum terminum non soluerit, adueniente die erit excommunicatus, quia terminus habetur pro monitione, & consensus pro causa, adeò, quod ab hac sententia nequibit appellare, propter suum consensum, tametsi à simili sententia, sine cōsensu debitoris lata, possit

alias

aliàs appellari, etiam post decē dies, ante aduentum termini, & ita eius effectus suspenderetur: tex. & ibi Doctores contra Abbatem communiter in capit. preterea. de appellation.

Ita resoluunt Innoc. num. 1. & 2. Host. num. 2. Bald. nu. 9. Guido Pap. num. 4. & 5. Ioan. And. nu. 2. & 8. Anton. de Butrio nume. 14. Abbas num. 7. Henric. Bohic. nu. 21. Bellamera nume. 1. Ioann. de Anani. num. 2. Cardinal. q. 4. Anchar. num. 1. Ioannes de Imola à num. 10. Felyn. num. 2. & 3. in cap. P. & G. 40. de officio delega. Alexan. nume. 10. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimon. Felyn. nu. 14. in cap. ex rescripto. de iureiurand. Matthæus Brunus in tract. de cessione bonorum. quæst. 20. principali. nu. 17. Chasseneus in consuetud. Burgun. Rubr. 1. §. 6. glos. 1. num. 99. Couarru. in cap. Alma mater. de sententia excommunicat. lib. 6. par. 1. §. 10. nume. 4. Salcedo ad Bernardum Diaz. regula 263. versicu. primo igitur declara. Anton. Massa Gallesi. ad formam cameralis obligationis. parte secunda. particula 3. q. 3. apud quos constat, ita recepisse praxim Romanæ Curiæ.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *In causa publica homo liber potest dari hostibus in obsidem.*
2 *Et dari potest à quibuslibet habentibus iura principis.*
3 *Quid inter ciuitates recognoscentes superiorem.*
4 *Veri obsides testamenti factionem nō habent.*
5 *Nec videntur liberi, sed quasi serui.*
6 *Et bona eorum fisco queruntur.*
7 *Quod est intelligendum, post mortem eorum.*
8 *Bonorum domi relictorum an amittāt dominium?*
9 *Obses cuius expensis pascitur?*
10 *Obsides possunt dari inuiti.*
11 *Qui tenetur dare obsidem pro causa etiam pecuniaria, liberatur dando aliquem de sanguine suo, etsi non soluendo.*
12 *Et mortuo obside, non tenetur alium subrogare, nisi dictum sit. Nec datus pro vna causa potest pro alia retineri.*
13 *Obses non potest se obligare ad pœnam corporalem. & de Narsete.*
14 *Offendens obsidem committit crimen læsæ maiestatis, quia stat sub protectione principis.*
15 *Obsidi non possunt imponi seruitia.*
16 *De Appio Claudio & Vuitige Rege Gothorum.*
17 *Creditor non potest debitorem inuitum in pignus capere.*
18 *Lege veteris testamenti iudex dabat debitorem non soluendo creditori in seruitium.*
19 *Et quid lege Athenlensium?*
20 *Quid legibus duodecim tabularum? qua & secari permittebant.*
21 *Quid iure ciuili?*
22 *Denuò ius veteris testamenti posset introduci in hac materia.*
23 *Iudicialia veteris legis sunt mortua;*

sed non mortifera.

24 *Quid iure Hispano introductum sit?*

25 *Quid alijs in prouincijs?*

26 *Liber homo inuitus, in priuata causa dari in pignus non potest.*

27 *In famis necessitate pater dare potest filium in pignus.*

28 *Papa dare potest monachū in pignus.*

29 *Quid in Abbate?*

30 *Clerici seculares à Papa dari possunt in obsides inuiti, ab episcopo non possunt.*

31 *Nemo potest dare se ipsum in pignus verum, & reale.*

32 *An possit quis se in obsidem dare? ita vt licet verum pignus & ius reale in eo non constituatur, possit detineri, donec placitum adimpleat. & numero 33.*

34 *Et quid interueniente iuramento?*

35 *Ab hostibus redemptus remanet pignori.*

36 *Remanens pro alio in pignus, exactus, habet actionem contra illum.*

37 *Clerici se in pignus dantes, an possint retineri.*

CAPVT XLV.

An possit quis se ipsum pignori dare?

Percelebris est discepta tio, an possit quis se ip sum pignori dare? quæ aliquot propositis casi bus explicanda est.

1 Primus casus est, cū quæritur, vtrùm in causa publica, & autho ritate publica possit homo liber dari hostibus in obsidem: & dicendum est posse, siuè pro pace, siuè pro treuga, siuè pro alia securitate. Ita est text. vbi notant Glos. Bartol. Bald. & cæteri in l. obsides. ff. de testam. tex. & ibi omnes in l. diuus. ff. de iure fisci. c. suppliciter. 23. q. 8. Bald. nume. 12. in l. 2. C. de patrib. qui fili. distraxet. Abbas nu. 7. Felyn. nu. 6. & cæteri in cap. ex rescripto de iureiuran. Socin. regu. 174. aliàs est 7. sub lit. h. incipit homo liber. Iason in §. rursus, nu. 53. Inst. de actio. Brunus de cessione bonorum. quæst. 21. principal. num. 20. Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis. titu. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestatis committ. quęst. 19. Petrus Bellin. de re militar. par. 11. Gail. de pace. lib. 2. cap. 2. nume. 10. Et licet Bald. in d. l. obsides dubitauerit pro pace facta, quo modo possint dari, illi respondent ibidem. Ange. & Aretin. Gigas, & Bellin. vbi suprà, & approbatum est in l. 3. tit. 13. partita 5. & in l. 16. tit. 1. parti. 6.

2 Et dari possunt à quibuslibet habentibus iura principis, Paris. ad Barto. in d. l. obsides. Alex. de Neuo nu. 26. in c. ex rescripto. de iureiuran. Gigas d. q. 19. num. 15. Bellin. d. par. 11. nu. 10. Decianus lib. 7. tracta. crimin. cap. 18. nu. 6.

3 Pariter, tametsi inter ciuitates recognoscentes superiorem, stricto iure obsides non possint dari, consuetudine receptum est, vt dentur: non tamen erunt veri obsides, & ita non amittent fa-

cultatem

cultatem testandi, Bartolus nu. 2. Baldus, Paul. & Alberic. ac Aretin. num. 2. in dicta l. obsides. Bartol. num. 2. in d. l. Diuus. Gigas d. q. 19. numero 11. & 14. Bellinus d. parte 11. num. 13. Alexand. de Neuo d. num. 26. Capra reg. 102. num. 103. Decianus d. cap. 18. nu. 5. & 7. Gregor. Lopez. glos. 1. in l. 16. tit. 1. parti. 6.

4 Nam veri obsides testamenti factionem nō habent, nisi eis expressè permittatur per principem, vel tacitè concesso vsu togæ. d. l. obsides. ff. de testamentis. l. sed si accepto. ff. de iure fisci. & vtrobique Glos. & Doctores d. l. 16. tit. 1. parti. 6. Soc. sen. cōs. 13. num. 24. lib. 1. Surdus de ali-

5 mentis. tit. 1. q. 69. nu. 5. Et ratio est, quia non videntur omninò liberi, sed quasi serui. d. l. 16. tit. 1. parti. 6. Decia. d. tit. 18. nu. 3. Surdus d. tit. 1. quæst. 69. num. 3. & 5. & titulo 6. quæst. 1. numero 29. Petrus Bellinus de re militari. par. 11. num. 5.

6 Et bona quæsita dum sunt obsides, fisco quæruntur: text. in l. diuus. ff. de iure fisci. Vbi Glos. verbo bona. variat, an in vita, an post mortem; & dum vltimo loco refert, videtur sentire, quod eis in vita auferuntur bona, & applicantur fisco: idem sentit Glos. in dicta l. obsides. Martin. Laudens. de confœderatione, & pace. quæst. 40 Gigas dicta q. 19. num. 3. Decian. lib. 7. capit. 18. numero 10.

7 Sed verior est prima glo. intelligentia, quod intelligatur ille tex. in d. l. diuus. per text. in d. l. obsides. nimirum, quod obsides non possunt testari de bonis in obsidatu quæsitis, & ideò post mortem eorū cedunt fisco: prout intelligit ibi Bartolus & Peregri. de iure fisci lib. 4. tit. 3. nume. 15. Quod sequenti coniectura confirmo, quod illa l. diuus desumpta est ex Martiano lib. 4. institutionum. in quo Martianus de testamentis ordinandis, & his qui possunt testari, agebat: vt constat ex l. his verbis 48. ff. de hæred. instit. l. potest 36. ff. de vulgari. l. conditiones 14. l. si Titius 16. ff. de constit. instit. l. quod constitutum 22. ff. de testamento milit. l. cum hæres 52. ff. de acquir. hæredit. l. si quis priore. ff. ad Trebellian. quæ omnes desumptæ sunt ex eod. lib. 4. institutionum Martiani, & pariter text. in l. qui à latronibus. ff. de testamentis. vbi agit, an captus à latronibus possit testari, & vnde credibile est, idem quæsijsse de obside, & subiunxisse non posse, sed eius bona fisco vindicari, quod vltimū sumpsit Tribonianus, & locauit sub titulo. ff. de iure fisci. in d. l. diuus. & ita nōn in vita, sed post mortem.

8 Amplius etiam bonorum domi relictorum obsidem amittere dominium, dixit Glo. in d. l. obsides. & in d. l. diuus. Contrariū verius est, & tenent Goffredus in d. l. obsides. Decia. lib. 7. tract. crimin. tit. 18. num. 10.

Præ-

9 Prædicta confirmantur ex eo, quod pascit se suis expensis, neque qui illum in obsidem recepit, tenetur eum exhibere, nisi operibus eius vtatur: Ioan. And. nu.2. Anton. de Butrio nu.9. Bellamera num.1. & 21. Anan. nu.7. Anchar. num. 10. Imola num.6. in cap. ex rescripto. de iureiurād. Paris. ad Bartol. in d. l. obsides. Guido Pap. decis. 61. num.2. Surdus d. q. 69. & tit. 6. q. 1. nu.3. Igitur dum viuit, ei bona non sunt auferēda, vt habeat vnde se alat, alioquin iniquissimū esset, quod ait Glos. obsidem amittere dominium bonorum domi relictorum, & si quid in obsidatu acquirit, statim fisco vindicari, & ipsum debere se alere.

10 Istos obsides inuitos dari non posse, dixerunt Ripa num. 12. in fi. in l. obligatione generali. ff. de pignor. Surdus de alimentis. tit. 1. quæst. 69. num.3. Sed contrariū verius est, imò quod inuiti dentur, prout tenent Petrus Bellinus de re militar. parte 11. num. 20. Gregorius Lopez. glos. 8. in fi. in l.3. tit.13. parti.5. nā quemadmodum corpus exponit membrum periculo pro salute totius, ita potest Respublica exponere ciues.

11 Cæterum pro Colofone adnotabo, eum qui tenetur dare obsides pro aliqua causa, etiā pecuniaria, liberari dādo aliquem de sanguine suo, licet non locupletem: Bald. in l. filius. num.6. ff. de his qui sunt sui, vel alienis iuris. Alex. num.4. in l. 2. ff. in ius

12 vocati, vt eant. Et si obses moriatur, non tenetur alium dare in locum illius, nisi expresse fuerit dictum in conuentione: Bald. num. 1. vers. tertio de pacto. in cap. ex rescripto. de iureiurando. Ioan. Faber num.7. in §. serui autem. Instit. de iure personarū. Qui voluit, hæredem illius, qui se obligauit ad ostagia nō posse detineri, neque debere tenere ostagia, per text. in l. fin. l. de captiuis. l. si cohortalis. C. de cohortal. lib. 11.

Pro quo expēdi potest doctrina Bart. num. 1. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. de qua infra cap. 20. num. 38. Addo etiam, obsidem datum pro vna causa, non posse pro alia retineri, argumento eorum quæ ait Ioann. de Platea. num. 23. in fi. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. libr. 10. quem sequitur Gregor. Lopez glos. 4. in fi. in l. 22. titulo 13. parti. 5.

13 Secundus casus est, cum quæritur, an is obses etiam in causa publica possit se obligare ad pœnam corporalem, & dicendum est, non posse: ita Baldus in titulo de pace Constantiæ, verbo dāna. nu.4. idem Baldus num. 8. Alexand. de Neuo nu.43. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Decian. lib.7. tract. criminal. cap.18. nu. 12. Molina de iustit. & iure. tomo 2. tract. 2. disput. 120. & est approbatum in l.3. tit.13. partit.5. ibi. *E maguer el pleyto, sobre que fuese*

alguno

alguno empeñado en esta manera, non fuese guardado, con todo eso non deuen a el matar, nin ferir, nin darle pena ninguna, nin facerle mal ninguno. Obseruauit hæc Narses dux Iustiniani, qui acceptis obsidibus à Lucensibus, hi post dies triginta se dedissent, tametsi non paruissent, crudele existimauit, in obsides innocentes animaduertere. Refert Agathias libr. 1. Et efficaci ratione probatur, quia cum ipsemet sibi ista inferre nō possit; prout latè supra libro 1. probatum est, non potest consentire, quod ab alio sibi fiant. l. filiū habeo. ff. ad Macedon. Conducit, imò idem est communis traditio, Glos. & Doctorum in ca. cum homo. 23. q. 5. quod fideiussor in causa criminali non potest se obligare ad pęnam corporalem: de qua re supra lib. 1. cap. 15.

14 Imò amplius, obsides esse sub protectione principis, & ideò qui illos offenderet, incurrere crimen læsæ maiestatis, sicut qui offendit carceratum. l. fin. C. de custodia reorum. dixit Decianus dicto lib. 7. tract. criminal. ca. 18. num. 11. Vbi num. 14. limitat, nisi priuata inimicitia ductus obsidem quis offenderet.

15 Amplius etiam dixit Baldus, quod obsidi non possunt imponi seruitia: ita Bald. num. 13. in l. 2. C. de patribus qui filios distrax. Berous consi. 160. num. 16. lib. 3. Surdus de alimentis. tit. 4. q. 23. nu. 32. Gregor. Lopez. gl. 9. in l. 3. tit. 1. parti. 5.

Vnde non video, quo spiritu dixerint, posse obsides se obligare ad pœnam corporalē; quia & interfici possunt: Archidiac. & Bellamera in cap. cum homo. 23. quæst. 5. Roderic. Xuarex in tractatu de fideiussore in causa criminali. num. 22. quos d. ca. 14.

16 reprobamus. Tametsi Appius Claudius consul tercentum obsides à Volscis datos, quia rupto fœdere bellum integrarant, in foro virgis cæsos securi percuti iussit. Vt refert Dionys. Halicar. libr. 6. Et Vuitiges Rex Gothorū in bello aduersus Bellisarium, magis immanitèr, quàm jure cōcesso, idem in simili casu iusserit. Vt ait Procopius libr. 1. de bello Gothorum.

17 Tertius casus est, cum quæritur, an creditor possit, propria authoritate debitorem suum liberum hominem inuitum in pignus capere, & dicendum est, nō posse; cap. 1. de pignoribus. l. ob æs. & Auth. imò. C. de action. & obligat. text. in Auth. vt non fiat pignorationes. & in Auth. vt nulli iudicum. §. quia verò. collat. 9. l. nullus. C. de Iudæis. l. 1. ff. quorum legatorum. l. extat. ff. quod metus causa. l. meminerint. C. vnde vi. l. 3. tit. 13. l. 14. tit. 14. par. 5. l. 9. & 10. tit. 4. par. 3. l. 15. titulo 10. part. 7. l. 5. & 6. tit. 14. libro 3. ordinamenti. hodiè l. 5. & 6. titu. 13. lib. 4. Recopilat. l. 1. & 6. titul. 11. lib. 3. ordinamenti. hodiè l. 1. & 4. tit. 17. li. 5. Recopilat. Quod tamen hactenus, vt capiat, & ad iudi-

iudicem ducat, limitatur quibuſ-
dam caſibus, quos perſequuntur
Ripa in l. obligatione generali.
ff.de pignor.Matienzo gl.1.in d.
l.1.tit.17.li.5.Recopilat. Gutier-
rez. lib.1. practicar. quæſtion. q.
81.&ſeq.& alij paſſim.

18 Quartus caſus eſt, cum quæri-
tur, an liber homo debitor per
iudicem publica authoritate ſit
creditori in pignus, & ſeruitiũ
aſſignandus, & in hoc,antiquiſsi-
ma videtur Diuina veteris teſta-
menti lex, quæ debitorem, & fi-
lios vendi, & dari in ſeruos cre-
ditori, permittebat. Exodi cap.
22.verſ.3. *Si non habuerit quod pro*
furto reddat,ipſe venundabitur. Lib.
4.Reg. cap.4. *Ecce creditor venit,*
vt tollat duos filios meos ad ſeruien-
dum ſibi. Matthæi cap.28. verſic.
25. *Cum autem non haberet, vnde*
redderet,iuſſit eum Dominus eius ve-
nundari,& vxorem eius, & filios,&
19 *omnia quæ habebat,& reddi*. Simi-
lem fuiſſe apud Athenienſes le-
gem,quam ſuſtulit Solon,ait Plu-
tarchus in Solone,& refert è no-
ſtris Couar. lib.2. variar.reſolut.
cap.1. num.1. Lex duodecim ta-
20 bularum non ſolum addici de-
bitorem, ſed & inter plures cre-
ditores ſecari in fruſtra, permit-
tebat. Oldendorp.tit.8.Verruci.
tit.7.Quintil.lib.3.orator. inſtit.
cap.8.Carol.Sigo de antiquo iu-
re ciui.Roman. lib.1. cap.6. Ac-
curſ.in l.1.C.qui bon.ceder.poſſ.
Sed hoc nũquam fuiſſe praxi re-
ceptum ait Gellius lib.20.noctiũ
21 Attic. cap.1. Et fuit poſtea lege
Pætilia ſublatum. Lata fuit ea
lex anno ab vrbe condita 428.
Lucio Papirio Mugilano, & Ca-
io Pætilio conſulibus. Quæ de-
creuit, vt pecuniæ creditæ bona
debitorum, non corpora eſſent
obnoxia: Liuius libr. 8. Sed non
videtur vſquequaque vſum ap-
plaudiſſe, nam poſt legem Pæti-
liam de eiuſmodi nexis magna
mentio eſt apud ſcriptores Ro-
manos. Cicero pro Flacco de
quodam Heraclide ait, *Cum iudi-*
catum non faceret addictus Hermi-
po,& ab hoc ductus eſt. Meminit,&
Fab.Quintilian.lib.7.oratori.in-
ſtit. c.4.vbi probat addictum nõ
eſſe ſeruum, verba inferiùs op-
portunè reddam. Plautus in pœ-
nulo.ſcena 1.

Dupli tibi, auri, & hominis fur
leno fiet.

Neque id vnde efficiat, habet, vbi
in ius venerit,

Addicet Prætor totã familiã tibi.

Valer.Maxim.lib.6. cap.1. Sene-
ca lib.7. de benefic. cap.10. Alia
adducit Ludouic. Celius Rodi-
gini.lib.12.lection.antiquar. cap.
20. Idem colligitur multis poſt
ſæculis ex Diuo Baſilio in Pſalm.
14. ac ex Gregorio in Regiſtro
lib.1.cap.94.vbi ait, *Coſmas ex va-*
riis periculorum neceſſitatibus, mul-
tus ſe dicit debitis obligatum, ita vt
pro eis à creditoribus ſuis ſuos dicat
filios detineri. Plura Reuard.ad le-
ges duodecim tabul. cap.8. Qui
ait, legem Pætiliam ſuſtuliſſe ſe-
ctionem, & venditionem,nõ ad-
dictionem, & nexum.Sed Venu-
leius

leius Iurisconsultus in l. fi.§. fin. ff. de liber. homi. exhibend. vestigium legis Pętiliç retulit, dum ait, creditori non competere interdictum, vt debitor exhibeatur. Postmodum Diocletianus & Maximianus id quasi constitutum referunt in l. ob æs. C. de action. & obligation. dicentes. *Ob æs alienum seruire liberos creditoribus iura non patiuntur.* Et Gregor. 3. in cap. 2. de pignoribus inquit. *Lex ait, vt homo liber pro credito non teneatur, etsi res defuerint, quæ possint pro credito addici.* Neque qualia sint ista iura, quorum meminere Diocletian. & Maximia. vel quæ sit lex ista, cuius meminit Gregor. alia videtur, quam lex Pætilia. In Hispania, ab antiquissimo tempore, leges illæ veteris testamenti videntur ali-
22 quo modo denuò introductæ, (id namque posse fieri, ait Nauarrus in Manuali. cap. 17. num. 88. quod videtur omninò sine dubio, cũ fuerit lex iudicialis, quæ licet mortua sit, non est mortifera, ideò denuò potest lege huma-
23 na reduci, & introduci S. Thomas in 1.2. quæst. 104. art. 3. & in 2.2. quæst. 87. art. 1. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 17. nu. 1. col.
24 2.) In Hispania igitur, debitor, qui soluendo non est, creditori addicitur, vt ei seruiat. Ita cõstat ex legibus Gothorum in lib. Iudicum. l. 1. tit. de los peños. li. 5. & l. 2. tit. 4. eod. lib. idem habetur in l 2. tit. 8. lib. 3. fori Regalis. l. 2. & l. fi. tit. 20. lib. 4. eiusdem fori. l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinamenti. l. 4. l. 5. tit. 13. lib. 5. eiusdem ordinamenti. l. 4. cum quinque sequẽtibus. tit. 16. li. 5. Recopilat. Prędicta latè deducunt Couarruu. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. nu. 1. Gregor. Lopez. gl. 8. in l. 3. tit. 13. parti. 5. Baeza de inope debitore. cap. 1. à num. 56. Ioannes Matienzo gl. 2. nu. 3. in d. l. 4. titu. 16. lib. 5. Recopilat. Menoch. de arbitrar. casu 183. Paz. in praxi tomo 1. parte 4 cap. 5. num. 1. Et legum Regiarum meminit etiam Bursatus consil. 204. nu. 17. lib. 2.
25 Similia statuta alijs in locis adesse, notat ex pluribus quos citat Baeza d. cap. 1. num. 67. & c. 2. nume. 13. & obseruari etiam in Saxonia ait Gail. libr. 2. de pace publica. cap. 2. nu. 23. Adde Petrum Barbosa in l. alia. §. eleganter, num. 53. ff. solut. matrim.

26 Quintus casus est, cum quæritur, an alius possit inuitum liberum hominem in causa priuata in pignus dare; & regulariter dicendum est, non posse. Sic in patre, quod nõ possit filium in pignus dare, est tex. in l. qui filios. C. quæ res pig. oblig. non poss. l. fin. ff. eod. tit. text. in Authent. vt nulli iudicũ. §. quia vero. collat. 9. ex quo sumpta est Auth. imò. C. de actio. & obligat. Vbi imponitur pœna eiusmodi pignus recipienti, tex. in l. 3 tit. 13. parti 5. l. 8. tit. 10. lib. 3. fori. Etenim, homo liber non est in cõmercio. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. l. 22. tit. 21. part. 5.

Nec

Nec possideri potest, l.cum hæredes.§.fi.ff.de acquir. possess.l.si seruus.vbi notat Imola. ff. de stipul. seru. Nec dicitur esse in bonis nostris,d. l.qui filios. Nec recipit æstimationem, l. fin. ff. de his qui deiecer. vel effuder. l. ex hac.ff.si quadrup.paup. fecis.dicatur. l.liber homo.ff.de verbor. obligat.

27 Quod autem in maxima famis necessitate, quemadmodum pater potest filium vendere. l. 2. C. de patrib. qui fili distraxer. possit etiam illum in pignus dare, licet aliquando dubitatum sit, receptum est.Glos.& Bald.nu.2. & alij in d.l.2. Glos. & Doctores in d.l.qui filios.Glo.in d.l.fin.ff.quę res pign obli. poss. Glos.& Bald. num.4. Ant. de Butr. nu 14. Abbas num.7.Felyn.nu.4. & 6.Ioannes de Imola nu.5. in cap. ex rescripto. de iureiuran.Gl. & Guido Papæ.nu.5.Ioan.de Anan.nu. 7. in cap. 2. de pignorib. Bartol. num.3.in Authent. vt nulli iudicum.§. quia verò. colla.9. Ripa in l.obligatione generali. nu.13. ff. de pignor. & est approbatum in l.8.tit.17.parti.4.l.3.titulo 13. par.5.Quidquid contradicat Iason in l.in suis. num.28. ff. de liber.& posthum.Molina lib.4.c.5. num.13.& quidam alij. Ampliat Benincasa ad matrem,in tractat. de paupertate.q.7.priuileg.5.cōtractus num.17.magnum verbū, sed an verum sit, amplius deliberandum erit.

29. Circa monachos, an possint inuiti in pignus dari à Papa, non est dubium posse omnes, in cap. ex rescripto. de iureiurando.

29 Ab Abbate dari non posse, voluerunt Glos. & Bald. num.1. ac cōsentire videtur Ioan.de Imol. num.5.Cardinal. nu.1. in d. cap. ex rescripto. Bald. nu. 16. & 17. in l. 2. C. de patrib. qui fili. distrax.Roma. singul.505.nunquid episcopus.Petrus Bellin.in tract. de re milit. par.11. nu. 17. & 18. Gigas in tract. de crimine læsæ maiestat.tit qualiter & à quibus. q. 19. num. 10.

Rationem subnectit Baldus in hæc verba. *Nam si Abbas non potest adire hæreditatem delatam monacho,nisi de consensu monachi.ff. de acquiren. rerum dominio.l. acquiritur. §. 1. quia ius adeundi est inseparabile à persona,vt. ff de acquir. hæredit. l. Paulus multò minùs potest eum inuitum tradere creditori, licet secus in seruo,vt ff.de furtis.l.interdum.§.qui furem. & l. penult. ff. de condict. ob turpem causam. Et si dicatur, quod monachus non habet nolle nec velle, respondetur, verum est,ad faciendū, sed ad non faciendum sic:vt C.de hæred.instit.l.cum proponas. & C.de acquir.poss.l.fin.* Hactenus Baldus.

Contrarium, imò quod Abbas possit inuitum monachum in obsidem dare, voluit Hostiens. num.1.Ioan.Andr.num.9.Abbas numero 8.Felyn. num.3 Alexan. de Neuo num.33. in c. ex rescripto. de iureiurand.Corset.in singul. verbo obses. Petrus Barbosa in l.alia. §.eleganter. num.41. ff.solu.

ff.solut.matrim.Quorum sententia verior videtur, qa monachus non potest resistere, aut contradicere abbati, cum voluntas eius de abbatis voluntate pendeat: cap.si religiosus de electione.libro 6. capit. non dicatis. 12. q. 1. Et ita tenendum est, tametsi aliter distinguat Decian.libro 7. tractat. criminal. capit. 18. numero 8.

Et hoc casu, dicunt isti, quod detinentes monachum, etiam in uitum, de voluntate tamen Abbatis, nõ essent excommunicati, de quo in fi. istius cap. iterum agemus.

30 De clericis secularibus, communis resolutio est, quod à Papa dari possunt in obsides inuiti, ab episcopo non possunt: Abbas nu.8. ad fin. Alexand. de Neuo num.34. in d. cap. ex rescripto, Roman.d. singul.505. Corset.vbi suprà Bellin.d.par.11.nu.15. 16. & 22. Gigas d.q.19.nu.7. Barbosa d.nu.41.

31 Sextus casus est, cum quæritur, an quis possit se ipsum in pignus verum, & reale dare, ita vt constituatur in eo ius reale pignoris, & non posse, creberrimè receptũ est: Glos. 1. Innoc. Bald. num.4. Butri. nu.14. Abbas nu.7. Bellamera num.16. Anchara. nu. 6. Imola nu.5. Felyn. nu.7. Alex. de Neuo num.26. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Glos. & Doctores in cap. exposita. de arbitris. Gl. in cap. suppliciter.23. quæst.8. Glos. verbo conflata. in cap.hoc ius.10.q.2. Speculat.tit de cõclusione & renuntiatione. nu.29. Bal.nu.14. & 15. in l.2. C. de patrib. qui fili. suos distrax. Ripa nu.12. in l. obligatione generali.ff.de pignor. Baeza de inope debitore.cap.1.nu.5. Decian. lib.7.tract.crimi. cap.18. num.2. & 9. And.Gail. libro 2.obseruat. 45. nu.4. & de pace publica. lib. 2.cap.2. num.7. & alij citandi in casu sequenti, ac videtur approbari in l.3. tit. 13. parti.5. neque inueni contradictorem.

Mouentur isti per text. in Authent. vt nõ fiant pignorationes. & in Authen.vt nulli iudicum.§. quia verò.collat.9.l.os æs.& Authent.imò.C.de actio.& obligat. l. qui filios. C. quæ res pignor. oblig.pos.l.fi.ff.eod.tit. l.fin. §.fi. ff.de lib.hom. exhiben. cap.2. de pignoribus.

Verum facilè defendi posset, omnia ista iura non loqui in casu isto, sed in diuersis admodũ speciebus, prout ex distinctione casuum suprà adductorum perspicuè patet, & in disputatione sequentis casus latiùs expendã: & contendi, iure communi licuisse, se ipsum in pignus dare. Romani enim, qui in se sæuiendi potestatem vnicuique concedebant, & ad mortem se vendendi, prout suprà lib.1.cap.3.deduximus, se in pignus dare posse, non vidêtur fuisse negaturi, nisi plus sit, in pignus dari, quàm vri, vinciri, ferroque necari: ad quæ sæpius authorabantur. Sed in re

tam

tam recepta nihil muro.

32 Septimus, & nunc vltimus, illeque controuersus casus est, cũ quæritur, an possit quis se ipsum in obsidem pro causa priuata pecuniaria dare, vel consentire, vt ab alio detur, in hunc sensum, vt pignus quidem, & ius reale non constituatur, verum possit detineri, donec placitũ fuerit adimpletum. Et hoc etiam in casu non posse, dixerunt Glos. in cap. supppliciter. 23. q.8. & videtur residere gl. 1. in fine. atque ibi clarè tenent Abbas num. 7. Imola nu. 5. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Bald. num. 6. in l. ob æs. C. de actio. & obliga. Paris. in additio. ad Bartol. in l. obsides. ff. de testamentis. & Aret. ibid. num. 2. qui dicit communem. Bald. in margarita Innocentij. verbo homo liber. Socin. regula 174. aliàs est 7. sub lit. h. incipit homo liber. Iason num. 53. in §. rursus. Instit. de actio. Gulielm. Benedictus in ca. Raynuntius. verbo testamẽtum. 3. num. 26. Ripa in l. obligatione generali. num. 9. & 12. ff. de pignor. Petrus Bellin. de re milit. par. 11. num. 11. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 1. qui dicit communem Gaspar Baeza da inope debitore. cap. 1. num. 6. & num. 24. Ioannes Matienzo in l. 4. tit. 16. libro 5. Recopilat. gl. 2. nu. 2. qui etiam dicit communẽ.

Mouentur isti primò, per tex. in l. ob æs. C. de actio. & oblig. & in ca. 2. de pignor. Verũ ista iura loquuntur in debitore, qui simpliciter se obligat ad pecuniam creditam, non in eo, qui expressè se obligat pro obside, aut pignore, & quod possit detineri: de quo diuersa ratio est, itaque hæc iura non spectant ad hunc casum, de quo modo agimus, sed ad casum quartum suprà relatum, imò & in eo casu, per leges Hispaniæ sublata sunt.

Secundò mouentur prædicti, per l. qui filios. C. quæ res pig. oblig. non poss. l. fi. ff. eod. tit. Authent. vt nulli iudicum. §. quia verò. collat. 9. & quæ inde desumitur Auth. imò. C. de action. & obligat. Cæterum ista iura nõ loquuntur in eo, qui spontè se in pignus dat, sed in eo, qui inuitus vel saltem non consentiens ab alio in pignus datur, vel accipitur. Loquuntur enim de patre, qui filium dat in pignus, quod iure optimo prohibitum est, quia ad Rempublicam, & non ad commercium, & vile lucrum filios genuisse, scire debent patres. Ideò in illis legibus nulla fit mẽtio de consensu filij in pignus, vel obsidem dati, itaque prædicta iura non ad hunc, sed ad quintum casum supra relatum spectant.

Aliter etiam his duobus argumentis respondent Doctores, nimirum, quod ius reale pignoris non possit in homine libero constitui, & hoc sit quod in prædictis iuribus habetur, verũ quod ea iura non negent, quod in obsides, & pignus dari possint, ad hoc, quod licitè possint retineri,

ri, donec debitũ soluatur; & hãc interpretationem sequuta est l. 3. tit. 12. parti. 5. sed fortassis simplicius est, quod suprà respondi, & illorum textuum contexturis congruentius.

Tertiò mouẽtur ex tex. in Authen. vt non fiant pignorationes colla. 5. Verum ille tex. non loquitur de debitore se ipsum in pignus dante, sed de creditore, qui pro debito alterius alterum capit, & ad soluendum compellit, (quod nostri represalias appellant) & hæ quidem iniuriosissimę sunt, & omni iure prohibitæ: l. prouidendum. C. de decurio. lib. 10. ca. primo. de iniur. lib. sexto. Bald. in cap. fin. de treuga & pace. & in l. nullus. C. de Iudæis. Alberic. 1. parte. statutor. q. 53. Afflict. in constit. violentias. notab. 1. & alij passim. l. 2. l. 10. tit. 17. li. 5. Recopilat.

Quartò põderat Abbas, quod detineri in aliquo loco, est species seruitutis: l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de conditio. & demonstra. l. succurritur. l. nec nõ. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. ad seruitutem autem nemo se obligare potest simplici pacto: l. nec si volens. C. de liberal. caus. Verum respondetur, quod obsides à priuatis dati nõ sunt serui, sed liberi, vt suprà dictum est; neque hic adest perpetuitas, sed detinetur, donec adimpleatur contractus: ideò non potest dici inducta seruitus. Probat hoc Quintilianus lib. 7. orator. instit. cap. 4. dicẽs. *Seruus cũ manumittitur libertinus, addictus recepta libertate est ingenuus: seruus inuito domino libertatem non consequetur, addictus soluẽdo citra voluntatem domini consequetur: ad seruum nulla lex pertinet, addictus legem habet, propria liberi, quæ nemo habet, nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hæc addictus.*

Quintò põderat etiam Abbas, quod hoc est factum, ad quod nemo præcisè potest obligari: l. stipulationes non diuidũtur. §. Celsus. ff. de verborũ obligatio. Sed respondetur, verius esse, factum præcisè obligare, & de iure canonico & Regio esse sine dubio, prout infrà capit. 18. probamus.

Sextò ait Abbas, posse hominem inuitum detinere, est species carceris priuati, ad quem nemo potest se obligare: l. 1. C. de priuat. carcer. Sed facilè respondetur, quod præsupposita validitate pacti, illius executio in inuitum, & reluctantem, non est facienda per creditorem, propria authoritate, sed publica iudicis, ideò cessat timor carceris priuati. Aliter respondet Alexand. de Neuo numero 29. in d. capit. ex rescripto. de iureiurando.

Septimò adducitur, quod nemo est dominus membrorũ suorum: l. liber homo. ff. ad legem Aquili. Sed facilè respondemus, suprà libro primo à nobis fuisse probatũ, quemlibet in se ipsum po-

tam recepta nihil muro.

32 Septimus, & nunc vltimus, illeque controuersus casus est, cũ quæritur, an possit quis se ipsum in obsidem pro causa priuata pecuniaria dare, vel consentire, vt ab alio detur, in hunc sensum, vt pignus quidem, & ius reale non constituatur, verum possit detineri, donec placitũ fuerit adimpletum. Et hoc etiam in casu non posse, dixerunt Glos. in cap. supplpliciter. 23. q. 8. & videtur residere gl. 1. in fine. atque ibi clarè tenent Abbas num. 7. Imola nu. 5. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Bald. num. 6. in l. ob æs. C. de actio. & obliga. Paris. in additio. ad Bartol. in l. obsides. ff. de testamentis. & Aret. ibid. num. 2. qui dicit communem. Bald. in margarita Innocentij. verbo homo liber. Socin. regula 174. aliàs est 7. sub lit. h. incipit homo liber. Iason num. 53. in §. rursus. Instit. de actio. Gulielm. Benedictus in ca. Raynuntius. verbo testamẽtum. 3. num. 26. Ripa in l. obligatione generali. num. 9. & 12. ff. de pignor. Petrus Bellin. de re milit. par. 11. num. 11. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 1. qui dicit communem Gaspar Baeza da inope debitore. cap. 1. num. 6. & num. 24. Ioannes Matienzo in l. 4. tit. 16. libro 5. Recopilat. gl. 2. nu. 2. qui etiam dicit communẽ.

Mouentur isti primò, per tex. in l. ob æs. C. de actio. & oblig. & in ca. 2. de pignor. Verũ ista iura loquuntur in debitore, qui simpliciter se obligat ad pecuniam creditam, non in eo, qui expressè se obligat pro obside, aut pignore, & quod possit detineri: de quo diuersa ratio est, itaque hæc iura non spectant ad hunc casum, de quo modo agimus, sed ad casum quartum suprà relatum, imò & in eo casu, per leges Hispaniæ sublata sunt.

Secundò mouentur prædicti, per l. qui filios. C. quæ res pig. oblig. non poss. l. fi. ff. eod. tit. Authent. vt nulli iudicum. §. quia verò. collat. 9. & quæ inde desumitur Auth. imò. C. de action. & obligat. Cæterum ista iura nõ loquuntur in eo, qui spontè se in pignus dat, sed in eo, qui inuitus vel saltem non consentiens ab alio in pignus datur, vel accipitur. Loquuntur enim de patre, qui filium dat in pignus, quod iure optimo prohibitum est, quia ad Rempublicam, & non ad commercium, & vile lucrum filios genuisse, scire debent patres. Ideò in illis legibus nulla fit mẽtio de consensu filij in pignus, vel obsidem dati, itaque prædicta iura non ad hunc, sed ad quintum casum supra relatum spectant.

Aliter etiam his duobus argumentis respondent Doctores, nimirum, quod ius reale pignoris non possit in homine libero constitui, & hoc sit quod in prædictis iuribus habetur, verũ quod ea iura non negent, quod in obsides, & pignus dari posſint, ad hoc, quod licitè posſint retineri,

ri, donec debitũ ſoluatur;& hãc interpretationem ſequuta eſt l. 3.tit.13.parti.5. ſed fortaſſis ſimplicius eſt,quod ſuprà reſpondi, & illorum textuum contexturis congruentius.

Tertiò mouẽtur ex tex.in Authen. vt non fiant pignorationes colla.5.Verum ille tex.non loquitur de debitore ſe ipſum in pignus dante,ſed de creditore,qui pro debito alterius alterum capit, & ad ſoluendum compellit, (quod noſtri repreſalias appellant)& hæ quidem iniurioſiſſimę ſunt, & omni iure prohibitæ: l. prouidendum.C.de decurio.lib. 10.ca.primo.de iniur. lib. ſexto. Bald. in cap.fin.de treuga & pace. & in l.nullus.C.de Iudæis.Alberic.1.parte. ſtatutor.q.53. Afflict.in conſtit.violentias.notab. 1.& alij paſſim.l.2.l.10. tit.17. li. 5. Recopilat.

Quartò põderat Abbas, quod detineri in aliquo loco, eſt ſpecies ſeruitutis: l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de conditio. & demonſtra.l.ſuccurritur.l. nec nõ.§.1.ff.ex quib.cauſ.maior. ad ſeruitutem autem nemo ſe obligare poteſt ſimplici pacto: l. nec ſi volens. C. de liberal. cauſ.Verum reſpondetur, quod obſides à priuatis dati nõ ſunt ſerui, ſed liberi,vt ſuprà dictnm eſt;neque hic adeſt perpetuitas,ſed detinetur, donec adimpleatur contractus: ideò non poteſt dici inducta ſeruitus. Probat hoc Quintilianus lib.7.orator. inſtit. cap.4. dicẽs. *Seruus cũ manumittitur libertinus, addictus recepta libertate eſt ingenuus: ſeruus inuito domino libertatem non conſequetur, addictus ſoluẽdo citra voluntatem domini conſequetur: ad ſeruum nulla lex pertinet, addictus legem habet, propria liberi, quæ nemo habet, niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hæc addictus.*

Quintò põderat etiam Abbas, quod hoc eſt factum,ad quod nemo præciſè poteſt obligari:l.ſtipulationes non diuidũtur.§. Celſus. ff. de verborũ obligatio. Sed reſpondetur, verius eſſe, factum præciſè obligare, & de iure canonico & Regio eſſe ſine dubio, prout infrà capit. 18. probamus.

Sextò ait Abbas, poſſe hominem inuitum detinere, eſt ſpecies carceris priuati, ad quem nemo poteſt ſe obligare: l. 1. C. de priuat. carcer. Sed facilè reſpondetur, quod præſuppoſita validitate pacti, illius executio in inuitum, & reluctantem, non eſt facienda per creditorem,propria authoritate, ſed publica iudicis, ideò ceſſat timor carceris priuati. Aliter reſpondet Alexand. de Neuo numero 29. in d. capit. ex reſcripto. de iureiurando.

Septimò adducitur,quod nemo eſt dominus membrorũ ſuorum: l. liber homo. ff. ad legem Aquili. Sed facilè reſpondemus, ſuprà libro primo à nobis fuiſſe probatũ, quemlibet in ſe ipſum

potestatem habere, ad omnia, quæ non reperiuntur expresſè prohibita, quale non est id, de quo modo agimus.

Octauò adduci potest authoritas eorum, qui tenent, neminem poſſe obligare ſe ad commorandum in aliquo loco, neminē poſſe obligare ſe ad carceres, neminem poſſe renuntiare ceſſioni bonorum, & ſimilia. Sed facilè retorquetur argumentum, dicendo, in his omnibus quęſtionibus in contrarium eſſe veritatem, prout diſputamus in capitibus ſequentibus.

33 Contrarium ergo, imò valere eiuſmodi pactum, quo quis ſe in pignus, vel obſidem dat, aut cōſentit ab alio dari, in priuata etiam cauſa, ſaltem in hoc ſenſu, vt licet non conſtituatur ius pignoris reale, retineri tamen poſſit, quouſque quod placuit, adimpleatur: verius eſt. & tenuerunt Glo. in cap. expoſita. de arbitris. Gloſ. in capit. 2. de pignori. & ibi Hoſtienſ. & Antonius de Butrio, & Guido Papæ num. 3. & 4. idem volunt Bald. num. 1. Hoſtienſ. nu. 5. & 6. Henric. Bohic. num. 17. Anton. de Butrio num. 13. Bellamera num. 16. Ioan. de Anan. nume. 6. Petr. de Ancharan. num. etiam 6. Cardinal. num. 1. Felyn. num. 7. Alexan. de Neuo num. 29. in cap. ex reſcripto. de iureiurand. Speculat. titu. de concluſ. & renunc. numero 19. Gloſ. & Bald. numer. 14. in l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxer. Archidiacon. num. 3. in cap. ſuppliciter. 23. quæſt. 8. Goffredus in l. obſides. ff. de teſtamētis. Ioannes Faber in §. fina. num. 7. Inſtitu. de iur. perſonar. Guido Papæ deciſ. 61. Ioan. de Platea in l. nemo carcerem. nume. 23. C. de exactor. trib. lib. 10. vbi ait, quod magis aſſimilatur obſidi quàm pignori captus pro debito. Benedictus Capra reg. 75. num. 5. Berous conſil. 160. num. 14. lib. 3. Gigas in tractatu de crimine læſæ maieſtat. tit. qualiter & à quibus. quæſtio. 19. numer. 16. Matthæus Brunus in tracta. de ceſſione bonorum. quæſt. 21. princip. nume. 20. Surdus in tract. de alimentis. tit. 1. quæſt 69. nume. 3. Andræas Gail obſeruationum lib. 2. obſeruatio. 45. numer. 1. & 2. & de pace publica. lib. 2. cap. 2. & 15. Gregorius Lopez glo. 8. in l. 3. titulo 13. partita 5.

Primò pro hac veriori ſententia facit tex. in cap. ex reſcripto. 9. de iureiurando quo loco Alexander Tertius Summus Pontifex in hæc verba reſcripſit Sardinenſibus Epiſcopis. *Ex reſcripto, quod nobis eſt præſentatum, innotuit, Abbatem Tremēſem cum Petro pro ſumma octo millium ſolidorum taliter conueniſſe, & infra. Super hac, prædictus Abbas quoſdam ex monachis obſides dedit, qui de obſeruanda conuentione iurauerunt, vt ſi ipſi deficerent, alij monachi loco eorum in oſtagio ponerentur. Inſuper ſi fidem dicti monachi non ſeruarent, Abbas dedit eidem V. & eius vxorem fideiuſſores, qui ſimiliter fidem præſtitiſſe,*

tisse, dicuntur. Ideóque mandamus, quatenus tàm Abbatem, quàm monachos, quàm V. & vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurarunt, eandẽ conuentionem faciant adimpleri. Ex quibus verbis manifestè apparet, in causa pecuniaria octo millium solidorum, validè consensisse monachos, in obsides dari: ideò monentur obseruare promissa.

Huic textui conantur responder e contrariæ partis assertores; & Primò Glo. & Abbas num. 7. in d. capit. ex rescripto. & Parisi. ad Bart. in d. l. obsides. dicunt, quod is textus loquitur de facto, quia refert, non approbat, quod factũ fuit inter partes. Sed hoc nihil est, quia cum Summus Pontifex iubeat pactum obseruari, apparet valuisse, & ita ait, ibi Alexander de Neuo num. 24.

Secundò respondent ibid. Gl. Abb. & Imola, & etiam Ripa numero 12. in l. obligatione generali. ff. de pignor. nec displicet Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 24. quod ibi fauore pacis, nimirum vt pax obseruaretur, fuerũt dari illi monachi in obsides. Sed valdè miror hos Doctores, quia in illo textu manifestè apparet, fuisse datos obsides pro summa octo millium solidorum, neque vlla est mentio de pace, & ita cõtra eos esse illum textum, perpẽdit Alex. de Neuo dicto num. 24. & nouissimè Petrus Barbosa numero 40. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio.

Tertiò communiter responde tur, quod in illo textu interuenit iuramentum, & propter eius vim sustinetur, quod possit homo liber in pignus dari, siuè in obsidem: & ita limitant suam illam opinionem assertores cõtrariæ partis, quando interuenit iuramentum. Potest ponderari ille textus in decisione, quæ fundari uidetur in ipso iuramento: ibi, *monere curetis, vt sicut iurarunt, eandem conuentionem faciant adimpleri*: Ita tenent Abbas nu. 7. in d. cap. ex rescripto. Bald. in margarita Innocent. verbo homo liber. Parisi. ad Barto. in d. l. obsides. Petrus Bellin. de re milita. par. 11. nume. 14. Couarruu. lib. 2. variar. resolutio. cap. 1. num. 1. Benedictus in cap. Raynuntius, verbo testamentum. 3. numer. 26. Soci. regu. 174. homo liber. alias est 7. sub litt. h. Ripa nume. 12. in l. obligatione generali. ff. de pignor. Baeza de inope debitore. cap. 1. num. 24. Petrus Barbosa in l. alia. §. eleganter. num. 40. ff. soluto matrimon.

Cæterum replicat Alex. de Neuo in eod. cap. ex rescripto. nu. 29. quod non stat vis in iuramento, sed in ipso pacto, quod est validum, si enim pactum non valeret, neque iuramento confirmaretur, quia si non valeret, non esset ex alia causa, quam, quod esset turpè ex parte recipientis, & tunc Papa non iuberet obseruari iuramentum, sed potius illud relaxaret. ex cap. 1. de iureiuran.

Ex quo infert, quod si valet pactum cum iuramento, prout ibi valet, valet etiam pactũ simplex. Ego eandem respondendi formulam retineo, sed aliter deduco, nimirum, si pactum illud simplex non valeret, esset, quia illi monachi non potuissent de corpore suo disponere, dando illud in pignus: sed ex hac causa neq; etiam iuramento confirmaretur, vt ait Baldus num. 13. in cap. pastoralis. de exceptio. & est communis opinio, vt diximus libro 1. cap. 20. nume. 1. esset enim pactum turpe, & criminosum, vt ait post alios Gutierrez 3. parte de iuramento confirmatorio. capit. 10. num. 8. igitur, quando Alexāder Tertius iubet pactum illud obseruari, manifestè censet, valere etiam sine iuramento. Et quidem textus in ca. exposita. de arbitris. de quo statim, etiam sine iuramēto sentit ualere obsidum dationem pro causa priuata.

Secundò, videtur pro hac parte text. in dicto cap. exposita. de arbitris. vbi pro litibus ciuilibus intra Feltren. & Beluacens. Episcopum, ac ciues Teruisinos fuit factum compromissum in Ducē Venetorum, & dati obsides, quorum datio præsupponitur valuisse, nam licet Pontifex iubet eos restitui, non id iubet ex hac causa, quod eorum datio non valuerit, sed quod compromissum non comprehendat articulos per Hostiensem Episcopum Sedis Apostolicæ delegatum diffinitos.

Tertiò facit text. in l. 3. §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. vbi dicit tex. quod si quis volentem retineat, non dicitur dolo malo retinere, & volens dicitur qui semel voluit. l. in diem. ff. de aqua pluuia arcend. & ad rem nostram perpendunt Guidielm. Naso, Anton. de Butrio numero 14. Alexan. de Neuo num. 34. in d. cap. ex rescripto.

Quartò, videtur pro hac parte text. in l. si vsumfructum. 23. §. 1. ff. de liberali causa. ibi, *quo ad eos qui pignori se dari passi sunt*. vbi textus præsupponit posse quem pati, se pignori dari. Quamquā & is textus vitari potest, si intelligatur, concurrentibus illis requisitis, quæ ad sui venditionem sunt necessaria, vt dixit Ripa numero 9. in fi. in l. obligatione generali. ff. de pignor.

35 Quintò, non est absonum, & inconueniens, quod homo liber detur in pignus, nam & leges id aliquando inducunt, vt in eo qui ab hostibus redemptus est. l. senatus. §. fina. ff. de legat. primo. l. secunda. l. tertia. l. 17. l. fin. C. de captiuis. l. qui testamento. §. primo. ff. de testamentis. & idem esset in redempto à latronibus. Ripa numer. 16. in l. obligatione generali. ff. de pignorib. de iure regni est text. in l. penult. tit. 29. l. 3. titu. 30. partita 2. l. 3. titu. 13. partita 5.

36 Sextò, facit text. in l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. vbi refertur casus triū Romanorū captorum

rum à Lusitanis hostibus, quorũ vnus dimissus fuit, ea conditione, vti pecuniam pro tribus afferret, & nisi redijsset, duo pro eo pecuniam darent, qui pro pecunia remanserunt obsides, & videtur præsupponi valuisse, ac illis exactis datur actio, contra illum tertium qui non redijt, quod notat ibi Bart. Calcan. cons. 81. idẽ præsupponit text. in l. 16. titu. 1. part. 6. & tex. in cap. cum homo. 23. q. 8. vbi Glo. & Doctores dubitant, quomodo qui pro alio remansit, obligare se valuit ad pœnam corporalem, præsupponentes validè potuisse remanere obsidem, quando tantùm se obligaret ad pecuniam. Sic Genes. cap. 42. Simeõ datus est fratri Ioseph in pignus, pro securitate adducendi Benjamin ad illum.

Septimò, validè confirmo ex his, quæ in toto hoc tractatu probamus, vnumquemque habere in corpus suum potestatẽ de eo disponendi, præterquam, quoad mortem, aut vulnus, aut membri mutilationem: siuè vt loquitur S. Thomas, præterquam quoad transitum de hac vita ad aliam; & cum hoc efficaciter iudicio nostro probauerimus, lib. 1. cap. 2. 3. & 4. infertur necessario, posse se ipsum in pignus dare, & consentire, quod in pignus detur.

Octauò, hæc sententia expressè approbata est in l. 3. titulo 13. parti. 5. ibi. *Otro si decimos, que ome libre puede ser dado en rehenes por raçon de paz, que firmasen algunos entresi, o por tregua, o por otra seguirança, o por otra cosa semejante destas. E maguer el pleyto en que fuese alguno empeñado desta manera, non fuese guardado, con todo eso non deuen a el matar, nin ferir, nin darle pena ninguna, nin facerle mal ninguno, mas pueden le guardar, quanto tiẽpo tuuieren por guisado, o fasta que el tiempo se cumpla, assi como fue puesto*. Et licet Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 24. velit, eum tex. loqui ĩ pace publica, vel alia publica causa, ponderando illa verba, *por raçon de paz, que firmasen algunos entresi, o por tregua, o por otra segurança, o por otra cosa semejente destas*. Verius est, quod notat ibi Gregor. Lopez. glos. 8. quod ea lex loquitur in causa priuata, & voluit approbare istã opinionem, dicentium, hominem liberum non posse dari in pignus, ita quod ius reale constituatur, sed posse dari in obsidem, ita vt retineri possit, etiam pro causa pecuniaria, & ita cõstat ex ea. Primò, quia præmittit illã regulam, q̃d homo liber non potest dari in pignus in causa priuata, & subijcit limitationem, quæ, vt sit de regula, intelligenda est, etiam in causa priuata. Secundò, quia neque lex illa, neque titulus sub quo situata est, loquuntur de causa publica. Tertiò, quia illa pax, de qua in illa lege, non est pax publica cum hostibus, sed inter priuatas personas, quæ æqualis est cuilibet causæ pecuniariæ. Quartò, quia ait, pro pace, pro

treuga, vel pro alia ſecuritate; certè inter priuatos, inter quos loquitur, alia ſecuritas eſſe non poteſt, niſi talis, quæ reducatur ad pecuniariam.

Vltimò Gregor.Lopez.d.gl.8. perpendit leges Regni, quæ iubent, debitorem addici creditori, vt illi ſeruiat, iſtam partem approbare: nam id naſcitur ex obligatione debitoris, quam facere non poſſet, ſi ad id non poſſet ſe obligare, quia facilè poſſet, ex obligatione ad iſtam addictionem perueniri: argumento tex.in l. oratio. ff. de ſpõſalib. cum ſimil. Poteſt etiam põderari text.in l. 14.tit.14.parti 5. & l. 6. tit.9.par.7.& tex.in l.1.tit.17. libro 5. Recopilat. ſed vrgentius tex.in l.2.tit.13.lib.8.Recopilat. ibi. *O tuuiere poder, o facultad que el deudor le vuiere dado, para que le pueda prẽder, no le pagãdo ſu deuda.*

37 In clericis, & religioſis, an hoc etiam procedat? vt detineri poſſint inuiti, diſputant Doctores, ex quorum reſolutione ſequentes colligo concluſiones. Prima concluſio, ſi clerici vel religioſi ſpontè adimplent fidem, & ſtant in loco, vbi promiſerunt, qui eos detinent, non incurrunt excommunicationem. Secunda concluſio, ſi volunt abire, eos inuitos detinentes, etiam ſi prius ſe obligauerant ſtare, incurrunt excõmunicationem: per text.in cap. nuper.de ſenten.excommu. Hoc Abbas num.8.in d.cap.ex reſcripto. non admittit, in eo, qui detinet monachum de licentia Abbatis, qa Abbas poteſt monachum, vbi vult detinere, & poteſt facere per alium, vt poſſet per ſe ipſum, quod non poteſt Epiſcopus, quoad clericos. Tertia concluſio, ſi clericus vel religioſus detinetur in vinculis, & carceribus, etiam ſi ſpontè detineatur, incurrunt detinentes excommunicationem: quia cum redundet in dedecus totius ordinis clericalis, non poteſt in hoc conſentire. c.contingit. de ſent. excomm. ita reſoluunt Abbas antiq. Butrius, Hoſtien. Ioan. Andr. nu.11.Henric.nu.17. Anch.nu.8. in d.c.ex reſcripto. Archidiac.& Bellamera nu.3. in cap. ſupplicíter. 23. quæſt.8. Aretin.nu.3.in l. obſides.ff. de teſtam. Petrus Bellin. de re milit. part.11. num.22. Ioan.Faber num.7.in §.ſerui autem.Inſtit.de iure perſonarum.

SVMMARIA
Ex Capite ſequenti.

1 *Meretrix licitè accipit ſuæ turpitudinis pretium, etiam in foro conſcientiæ.*

2 *Et habet actionem ad petendum in iudicio, quod ſibi promiſſum eſt.& num.13.*

3 *Et promittens in foro conſcientiæ tenetur implere.*

4 *Et ſi nihil promiſſum ſit, tenetur ei ſatisfacere.*

5 *Fiſcus in his, quæ meretrici dantur, nihil prætendere poteſt.*

Turpi-

CAPVT XV.

Meretrix, an licitè accipiat sua turpitudinis pretium.

EX potestate hac in corpus proprium, decidũt Recẽtiores quidam quæstionẽ illam antiquam, an meretrix licitè recipiat suæ turpitudinis pretiũ. In qua cõstituẽdũ est.

1 Quod secundum communiorem resolutionem, licitè recipit suæ turpitudinis pretium, & qđ ei datum est, repeti non potest: tex.est in l.4.§. sed & quod meretrici.ff.de condict.ob turpẽ caus. l.53.tit.14.part.5.& quod in conscientia licitè accipiat, tradunt S.Thomas in 2.2.quæst.62. art.2. ad 2..Bañes ibi dub. 5. & cæteri Thomistæ, Soto de iustitia & iure.lib.4.q.7.artic.1.ad 3. Minchaca controuers.Illustr.cap.48. nu. 5.Castro lib. 2. de lege pœnali c. 10.vers. tertio principaliter arguo. Gregor.Lopez gl.2. in l.53. tit.14.parti.3.Couarruui. in reg. peccatum.de reg.iur.lib.6.parte 2.§.2.num.4.

2 Quod si meretrici pretiũ promissum fuit, datur illi actio ad petendum in iudicio promissum; prout voluerunt Bart.num. 1.Alberi.Fulgos.& Saly c.nu.4.in l.idemque 4.ff.de cõdic. ob turp. caus.Alexan.nu.4.in l. 1. eod.tit. Iacob. Petrus & Cynus num. 5. Guido Papæ num.3.Fulgos.num. etiam 3. in l.2.C. eod.tit. Angel. num.2.Fulgos. num.etiam 2. qui ait, quod est peccatum non soluere meretrici promissum: Alexand.num.2.Ias. num.5. in l.1.C. illo tit. Bart. ante nu.1. Angel.& Cuman.nu.2.i l.affectionis. ff. de donation.Bartol.in fine.Roman. num. 13. Alexand. num.3. Zasius num. 29. in l. generaliter. ff. de verbor.obligatio.Paul.de Castro num. 3. in l.multum interest eo-

dem tit. Minchaca d. cap.48. nu. 3. Couarru. d. §.2. num. 1. qui dicit communem, prout etiam magis communem dixit Iaſ. in fin. iii d. l. generaliter. Palacios Rubios in Rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §.40. num. 6. cum ſeq. Anton. Gomez. in l. 62. tauri. nu. vlt. ad fin. Gregor. Lopez. gloſ. 2. in l. 38. tit. 11. & gloſſ. vlti. in l. 53. tit. 14. parti. 5. qui dicit communem, & quoad forum exterius cōſentit Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 40. ver. quinto infertur. Sed quod etiam in foro conſcientiæ promittens meretrici, teneatur promiſſum adimplere, tradunt Fulgoſ. in d. l. 1. Abbas num. 14. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſiar. & Bermondus de public. concubinarijs. verbo contra prædictos. nu. 7. Intrigliolus de caſibus conſcientiæ. caſu 39. num. 8. & 19. Soto vbi ſuprà, & citati.

4 Imò amplius, etſi nihil promiſſum ſit, teneri tamen in conſciētia coeuntem ſoluere cōſuetam mercedem, ait Couarru. d. num. 4. & antea Iſernia in c. 1. verſ. turpiter luſerit. num. 11. quib. mod. feud. amittatur.

5 Neque in his quę meretrici dātur, fiſcus quidquam iuris prætēdere poteſt: Cynus num. 4. in fi. Ioan. Faber num. 1. Guido Papæ num. 2. Salice. num. 2. in l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ. Bald. num 6. in l. 1. C. eod. tit. Cuma. num. 1. in l. affectionis. ff. de donatio. Bermondus vbi ſuprà num. 8.

6 Sed quæ ſit prædictorū ratio, non facilè eſt aſſignare, nam quā dedit Vlpianus, Recentiores vt manifeſtè falſam arguunt: quam ipſi excogitarunt, alij reprehendunt. Animus ergo eſt, adductas ab alijs rationes expendere, & nouam aſſignare.

Prima ergò prędictorum ratio ſolet adduci, quia cum vtriuſq; turpitudo verſetur, tam dantis quàm accipientis, non datur repetitio: l. vbi autem. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 2. C. eod tit. l. fin. ff. de condict. ſine cauſ. Iſta tamen ratio non placuit Vlpiano, in d. l. 4. §. ſed quod meretrici. qui conſiderauit, ex parte meretricis non verſari turpitudinem, illam verò defendit Sarmiento lib. 6. ſelectar. interpretatio. c. 8. cui neceſſe eſt, negare, quod meretrici datur actio ad promiſſum, quod ex hac ratione euincitur, eſt tamen contra communē, & falſum.

Secundò Vlpian. in d. §. ſed & quod meretrici. nouam rationē adducit, quod non vtriuſque, ſed ſolum dantis verſetur turpitudo, ait enim. *Sed & quod meretrici datur, repeti non poteſt, vt Labeo & Marcellus ſcribunt: ſed noua ratione, non ea, quod vtriuſque turpitudo verſetur, ſed ſolius dantis, illam enim turpiter facere, quod ſit meretrix; ſed non turpiter accipere, cum ſit meretrix.* Et ita turpitudinem uerſari ex parte dātis, & non ex parte meretricis, notāt Odofre. in fi. ver. or ſignori. in l. 1. illo tit.

Glo.

Glos. verbo ob turpem causam. in l.1.C.eod.tit. Odofred.& Cy. num.1.Angel.nu.2. Fulgos.num. 2.in l.2. C.eodem. Bartol. in fin. Alex.num.13. Alciatus nu.etiam 13.in l.generaliter. ff.de verbor. obligat. Paul.Castren.nume.3.in l.multum. eod. titu. Et ita etiam expressit. l.53.titu.14.parti.3.dicens. *Esso mismo seria, si alguno diese dineros à alguna mala muger, porque yoguiese con ella, ca despues que selos ouiese dado, non gelos podria demandar, porque la torpedad vino de su parte tan solamente, por ende nolos deue cobrar, ca como quier que la muger face gran yerro, yoguer con los homes, non face mal, en tomar lo quel dan, e por ende en recebillo non viene la torpedad de parte della.*

Verum planè ista ratio minus cõcludens est, cum præsupponat I.C. turpiter illam facere, quod sit meretrix, quod vtique negari non potest; l.palam.§.nõ est igno scendum. ibi, *turpissimam vitam elegit*. ff. de ritu nuptiarum, & velit, non accipere turpiter. Ideo Nauarr. in Manuali cap.17. num. 34.dicit, Vlpianum sibi contradicere, cum in l. 2.3. & 4. illo titu. tradatur pro regula, illum accipere turpiter, qui accipit vt rem turpem faciat: d.enim l. 2.ait, turpiter quem accipere, vt hominẽ occidat, quia turpe est, hominẽ occidere. l.3. turpiter accipere, vt sacrilegium faciat, quia turpe est sacrilegium: l.4. turpiter accipere ob stuprum, quia stuprum turpe est: ergo si turpiter facit meretrix copiam sui, turpiter quidem accipit, quod illi datur, vt hoc faciat, quomodo ergo lex ait? *Ca como quier que la muger face gran yerro, en yoguer cõ los omes, non face mal, en tomar lo quel dan.*

Francis. Sarmiento lib.6. selectarum, interpretat. cap. 8. ait, istam rationem non esse veram, & dormitasse Vlpianum, nam si seiungas (inquit) dationem à causa, idem erit in quolibet maleficio, vt si assassino pecuniam ob homicidium des, dationemque seiungas à turpi causa, quod fieri non potest, iure pecuniam accipiet, licet enim turpiter fecerit occidendo, sed non turpiter facit accipiendo pecunias, neque enim turpitudo in acceptione consistit, sed in causa.

Sensit hanc difficultatem Bal. in d.§.sed & quod meretrici. dũ opposuit, quod causa dandi potius inspicienda est, quàm ipsa datio, vel factum. l. verum. ff. de furtis. Et respondet, quod speciale est in meretrice, quæ legum laqueis non innodatur, neque digna est supponi legibus. l. quæ adulterium. C. de adulter. Sensit prius ibi glo.fi.quę ait, ob vilitatem vitæ non inspici præcedentem causam, sed neutra ratio vrget, quia sequeretur, in vilissimo quoque causam non inspici.

Nauarr. vbi supra ait, nõ posse defendi Vlpianum, nisi per æquiuocationem, nimirum quod quãdo dixit, quod est turpe meretricium, respexit ius naturale, quan-

quando vero, quod non est turpe accipere, respexit ius ciuile, quod permisit meretrices. Senserunt hoc Aret. in l. 1. ff. de condict. ob turpem causam. in fi. Fulgos. num. 4. in l. 2. C. eodem tit. Cuman. in l. affectionis. ff. de donatio. dum perpendunt, ideò nō dici meretricem turpiter accipere, quia permissum est meretricium, & istam esse veram rationem, quia datur ob turpitudinē permissam, ait Sarmiento d. lib. 6. select. interpretat. cap. 8. & in effectu idem ait Molina de iustit. & iure. tract. 2. disput. 94. cōcl. 3.

7 An dici potest pro defensione Vlpiani, esse quidem meretricem turpe esse, & si quis daret alicui fœminæ, vt esset meretrix, turpiter ille daret, & ipsa turpiter acciperet, & versaretur turpitudo vtriusque, prout subobscurè sentiūt Alberic. & Fulgos. in dicto §. sed & quod meretrici. & clarè Archidiacon. & Præposit. num. 3. in cap. qui venatoribus. 86. dist. postquam autē est meretrix, non turpiter cum vno, vel altero coire de iure ciuili?

Sed maior insurgit aduersus Vlpianum difficultas, cur turpitudinem ex parte dantis considerat, cum iure ciuili, nulla sit turpitudo, cum fœmina meretrice coire, siquidem ius ciuile simplicem fornicationem non credidit rem esse turpem, vnde Aristippus, vt referunt Plutarchus, & Laertius, cum aliquando adiret scortum, sensit, quendam ex adolescentibus, qui aderant, erubescere, quasi turpe esset philosopho, ingredi fornicem; & ad hunc versus, huc (inquit) ingredi, turpe non est adolescens, sed egredi non posse turpe. Et Portius latro apud Senecam patrem lib. 1. controuersia 2. in diuisione. innocentem vocat militem, qui voluit vti corpore prostituto. Igitur, si turpe non est coire cum meretrice de iure ciuili, turpe non erit, illi ob hanc rem mercedem dare; quinimò videtur actus iustitiæ, vt ait Præpositus in capit. qui venatoribus. 86. distinct.

8 Insurgit etiam magna difficultas, aduersus legem Regiam, quę eandem rationem sequuta, fœminam meretricem, dicit, turpiter non accipere, cum inter Christianos constet, tàm meretricem accipientem, quàm dantem pro coitu, turpiter facere, ac ideò turpiter dare, & accipere, quia pro actu Christianis turpi, & prohibito dat, & accipit: prout ait S. Thomas in 2. 2. q. 62. artic. 5. ad 2. & perpendunt Nauarr. in Manuali. cap. 17. num. 34. Couarruu. 2. par. regulæ peccatum. §. 2. numero 1. Aragon in d. 2. 2. qō. 62. art. 5. in solutione ad 2.

Vides & Vlpianum, & legem Regiam vix defendi posse. Quærenda est ergo alia ratio, quę ius ciuile, & canonicum, legemque Christianam in vtroq; foro cōprehendat.

Tertia igitur ratio adducitur, ex

ex his quæ in hoc tractatu comprobamus, quod quamuis fornicatio praua sit, & iure diuino vetita, ipsa tamen meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est, neque ipsa venditio actus venerei illicita censetur, & licet actus venereus ex se ipso malus sit, eius tamen venditio non est illicita, ratione materiæ, ita ex Caiet. in 2.2. q.32. art. 7. tradunt Soto lib. 4. de iustit. & iure. q.7. art. 1. ad 2. Couarruuias in regula peccatum. 2. parte, §. 2. nu. 1. Intrigliolus dicto casu 39. num. 10.

Verum isthæc ratio displicet Nauarro in Manuali. cap. 17. nu. 35. & 40. & ridiculam dicit Sarmiento d. cap. 8. quia obtineret in quolibet maleficio, nam locās operas ad occidēdum aliquem, vtique periculum, & laborem subit, & dominus est sui corporis, ideò illud vendere potest, vnde sequeretur, in homicidio, & in alijs delictis non turpiter dari, neque accipi, quod est contra omnes leges in tit. ff. de condict. ob turpem causam. Et sanè, licet isti actus in genere entis sint vendibiles, in genere moris sunt turpes, & inuendibiles, & iura diuina, & humana non considerāt actus in genere entis, sed in genere moris, & ita volunt, quod licet aliquid sit vendibile ex se, coniunctum tamē peccato, quod est inuendibile, quia turpe, fiat inuendibile.

Sed Couarruuias huic difficultati respondebat, quod lex permittendo meretrices; facit iustā venditionem earum, quod non procedit in alijs maleficijs, quæ non permittit. Verum respondet Nauarrus dicto nu. 35. quod
8 non concludit, quia inferretur, datum alijs fœminis non meretricibus repeti posse, cum neque ius ciuile permittat stupra, sed prohibeat, quod tamen est falsum, secundum eundem Couarruuiam, & communem modernorum sententiam.

Molina de iustit. & iure. tract. 2 disput. 94. concedit, in omnibus peccatis, & delictis idem esse, & post factum ait, licitè peti, & retineri mercedem maleficij; licet ante factum promissio non sit efficax, & vterque possit resilire. Sed videtur ista opinio peregrina, & aduersus omnes Doctores, & iura, fauetq; quodammodo delictis.

Nauarrus in Manuali cap. 15. num. 36. aliter rem diffinit, nimirum, quod meretrix peccat quidem, accipiendo pretiū suæ turpitudinis, sed illud non tenetur
9 restituere, quia quando versatur turpitudo vtriusque, non tenetur accipiens restituere, prout post alios, quos citat, tenet ipse Nauarrus in eodem cap 17. num. 30. vers. secundo dico. Couarruuias d. §. 2. nu. 7. & ita inquit Nauarr. quoad forum exterius procedit ex permissione, quoad forum interius, licet non excusetur à peccato, excusatur à restitu-

ratione. Iſta opinio non videtur admittenda, quia inferuntur ex ea duo falſa. Alterum eſt, quod meretrix in foro conſcientiæ nõ poſſet petere pretium ſibi promiſſum, quod eſt contra communem reſolutionem. Alterũ, quod accipiendo ſpontè datum, peccaret, quod aiebat Medina in Codice de pœnitentia. q.20.ac pariter eſt contra omnes ſuprà citatos.

10 Vides igitur, quam ſit difficilior ratio huius deciſionis, quam prima facie apparet. Sed conſideremus, an dici poſſit, ſpeciale eſſe in materia hac venerea, in qua videtur omni iure permitti fœminis, ſuæ turpitudinis pretium accipere: & iuberi viris, pretium turpitudinis ſoluere: patet Geneſ. capit.38. vbi Iudas miſit Thamar nurui ſuæ hœdum pretium ſtupri, & cum non inueniretur, dixit, *Habeat ſibi, certè mendacij arguere nos non poterit, ego miſi hœdum quem promiſeram*. Vnde ſi promiſſam mercedem non ſoluiſſet, potuiſſet argui. Sic etiã dicitur Exodi cap.21. *Pretium pudicitia non negabit*.& cap.22.& ſequent. ſtuprator iubetur dotare ſtupratam in pretium pudicitię, habetur in cap.1.& 2.de adulter. Et Prouerbiorum cap.6. *Pretium ſcorti vix eſt vnius panis*. Ezechielis capit. 16. *Omnibus meretricibus dantur mercedes*. Quæ autem eſt ratio ſpecialitatis? an quia fœminæ in amiſsione pudoris amittũt etiam honorem, & commodum, cum adeò vileſcant, vt facilè niſi eis ſuccurratur, nequeant ſe exhibere? an ob fragilitatem earũ? an quia in hoc vitium carnale proni ſunt homines, & hoc veluti fręno retinentur?

11 Bartol. in l.idem ſi. ff. de condictione ob turpem cauſam. conſiderat generalitatem tex. in l.affectionis.ff.de donation. vbi valeț donatio cauſa affectionis honeſtæ, vel inhoneſtæ, de qua re plura Bertazolus conſilio 18. ciuili. Lancellot. Gallia ad ſtatutũ Alexandrinum.q.3.tomo 2.tract. & quod ſpeciale eſt in milite, qđ non valeat.l.2. C.de donat. inter virum, & vxorem. vnde in contrarium eſt ius commune, Alex. in l.1.illo titulo. ponderat, quod magis inſpicitur perſona ſtipulantis, quàm promittentis, ad ſuſtinendam ſtipulationem. l. multum.ff.de verbor.obligat.ſed certè etiam quando eſt turpitudo ſolius promittentis, non valet promiſsio.l.1. C. de condict. ob turpem cauſ.

Vtcunque de ratione ſit, tenẽdum eſt cum communi meretricem licitè accipere, & retinere ſuæ turpitudinis pretium, neque teneri reſtituere: quod ſi promiſſum ſibi ſit, poſſe agere ad promiſſum, & quod pariter non peccat, qui illis mercedem ſoluit, ratione talis ſolutionis, imò facit actum iuſtitiæ, cum ad id teneatur, vt ſuprà dictum eſt: licet peccet ratione libidinis. Vnde ap-
12 paret, decipi Gloſ. in cap. qui venato-

natoribus.86.distin. quam ibi reprobat Præpositus, licet alij sequantur, vt Tindarus de decimis num. 54. & alij alibi.

13 Contrarium quoad actionem, imò quod non detur actio meretrici ad mercedem promissam, tenuerunt vbique glossæ, nimirum Glos.verbo noua ratione in d.§.sed & quod meretrici.gloss. verbo meretrices in l. affectionis.ff.de donatio.Gl.in l.fin.ff.de actio.& obligatio. gl. verbo non potest.in l.ea quæ.C.de donatio. ante nup.gl.verbo melior. in l.2. C.de condictio.ob turp. caus.gl. in d.cap.qui venatoribus.86. distin. & sequũtur Butrigar.& Bal. num.6.in l.1. C. de condictio.ob turp.caus.Roman. num. 4. in dicta l. affectionis. Angel. & Bald. in dicta l.4.Paul. Castrens.in l. 1. §.ob rem.num.13.eod.tit. & nu. 2.in fin l.generaliter. ff. de verborum obligation. & ibi Iason num.6.Alciat.num.13. Imola numero.3.Tindarus de decimis.numero.54. Isernia in cap. 1. verbo turpiter luserit, num.11. quibus modis feudũ amittatur. Et quoad forum conscientiæ,quod promittens nõ teneatur dare, tenet Nauarr.in Manuali.cap.17. num. 4.versic. quinto. & versic. sexto. & ante eum Antonius de Butrio num.6. in cap. quia plerique. de immunit.ecclesiar.

Mouentur isti primò, ex l.mercalem. C.de cond.turp. ob caus. vbi non datur ius petendi promissum. Respondetur, quod loquitur in marito lænone, vt perpendit ibi Angelus.

Secundò mouetur ex eo,quod stipulatio de re turpi non valet, l.generaliter.l.si plagij.ff. de verborum obligatio. Sed respondet Alexand.numero 3.in dicta l.generaliter. & alij, quod non est turpitudo ex parte accipientis, & ego verius, quod non valeret stipulatio coitus, quia turpis, pretij valet, quia speciale est in actu venereo, vt dictum est suprà.

14 Tertiò, adducunt tex.in l.fin. §.Seia.ff. de actio. & obligation. vbi text.ait. *Seia cum salarium constituere vellet, ita epistolam misit Lucio Titio salutem si eodem animo, & eadem affectione erga me es, qua semper fuisti, ex continenti acceptis litteris meis distracta re tua veni, & tibi, quandiu viues, præstabo annua decem, scio enim, quod valdè me benè ames: Quæro cum & rem suam distraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus sit, & ex eo cum ea sit, an ei ex his epistolis salarium annuum debeatur. Respondit ex personis, causisque eum cuius notio est, æstimatum, an actio danda sit*. Subiungit glos. verbo ex personis, quod si causa luxuriæ,non tenetur, argumentantur prædicti ergo non datur actio ad promissum causa libidinis.

Respondent Bartol. Ang. Bal. & Fulgos. in d.l.4. ff. de condict. ob turpem causam. Corneus numero 5.in l.1.C.eod.tit. Salyc.in l.2.num.3. eod.cum text. procedere

dere è contra, quando fœmina promittit viro, quia maior est turpitudo, cum fęminæ soleant recipere, pro quo facit illud Ezechielis cap. 16. supra relatum, & quod tunc nihil peti posſit, volunt etiam Abbas num. 14. in ca. quia plerique. de immunit. ecclesiar. Gregorius Lopez glof. fi. in l. 53. tit. 14. parti. 5.

15. Displicet hæc solutio, quia etiam masculum posse retinere, & petere, quod sibi à fęmina fuerit datũ, aut promissum pro concubitu, videtur verius, & tenent Soto de iustitia, & iure. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2. Nauar. in Manuali. c. 17. num. 40. vers. quarto infertur. Bañes in 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 5. in corpore. & ad 3. argumẽtũ.

Facilè tamen responderi potest, in d. l. fin. non agi de promissione causa libidinis, neque tex. meminit, sed solum ex personis, & causis æstimandum esse, nimirum si mulier non sui iuris sit, si minor, si talis quæ nequeat obligari: ex causis si tacitè videtur actum, quod Lucius Titius negotia eius curaret, & modo delectar, vel quam aliam operam præstaret. Ex personis enim, & causis statuendum ait textus, nemo verò nos adigit, libidinem præsumere in Seia, quam planè I C. expressisset, si de ea ąreret.

Vltimò adducunt text. in l. ea quæ. C. de donat. ante nupt. vbi vxoratus alteram ad nuptias sollicitabat, & vt sponsæ, daturum se quid promisit, ait text. ad id actionem illi nõ competere. Sed facilè respondetur, in eo text. promittentem noluisse obligari, nisi esset sponsa, quod erat impossibile, ideò obligatio non tenet. Ita Bald. Salyc. & alij ibid. Alexand. nu. 3. in l. generaliter. ff. de verborum obligat.

Ista sunt, quæ adducebant cõtrariæ partis assertores, quibus, vt vides, responsum est. Itaque standum erit communi sentẽtię.

16. Prædicta intelliguntur, nisi esset pretium immoderatum, tunc enim teneretur meretrix restituere, quod ita accepisset, Glos. Angel. & additio ad Bald. in d. l. 4. in princ. ff. de condict. ob turp. caus. S. Thomas in 2. 2. q. 62. art. 5. ad 2. & ibi Bañes dub. 2. & dub. 5. Aragon in 2. 2. q. 32. art. 7. ad 3. conclus. Diui Thomæ, Soto lib. 4. de iustit. & iure. q. 7. artic. 1. ad 2. col. 4. Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 41. vers. septimò infertur. Couarr. in regula peccatum. par. 2. §. 2. nu. 2. in fi. Molin. de iustit. & iure. tract. 2. disput. 94 vbi ait, quod secus esset, si blanditijs extorsisset, pro quo ponderari potest. l. fin. C. si quis aliq. testar. ꝓhibuer. Sed non videtur admittendum, quia tolleret principale dictum, semper enim blanditijs extorquent meretrices.

Multò minùs admittendũ est, quod alij dicunt, etiam fraude, & dolo extortum non esse à meretrice necessario restituẽdum, Hostiens. num. 1. Innoc. nu. 2. Cardinal. nu. 1. Ioan. And. nu. 4. Ant.

de

de Butr. num.5. Abbas nu. 12. in cap. quia plerique. de immunit. ecclesiar. quod nunquam potui imperare mihi, vt crederem.

17 Imò, immoderatam donationem filij possent retractare, tradit Palacios Rubios in cap. per vestras de donat. inter vir. & vx. in procemial. §.17. num. 15.

18 An prædicta procedat in alijs fœminis, quæ meretrices non sunt, sed occultè fornicantur? dubiū est, & eiusmodi fœminas non posse accipere, neque retinere, quod sibi pro coitu datum est, & multò minùs promissum petere, quia eiusmodi concubitus sunt à iure prohibiti, argumento text. in l.4. in princ. ff. de condict. ob turp. caus. l.2. C. eod. tit. l. fin. ff. de condict. sine caus. volunt Scribentes vbique, Bart. Angel. Fulgos. in d.l.4. Bald. nu. 6. Castrens. num.8. Corn.5. in l.1. C. eod. tit. qui dicunt, quod non facit suum Guido Papæ num.2. Fulgos. num.4. Salyc. num.2. & 4. in l.2. eod. Et ibi Cynus nu.3. ait, quod tenetur ad restitutionem, Abbas dicit, quod in foro conscientiæ non potest retinere, in d. cap. quia plerique. num.14. de immunit. ecclesiar.

Et quod eiusmodi res datas fiscus posset ab ea fœmina vindicare, voluerunt Glos. verbo desideras. Cynus num.3. Faber nu.1. Guid. Pap. nu.2. Ang. nu.2. Salyc. nu.1. in l.2. C. de cond. ob turp. caus. Cuman. num.1. in fi. in l. affectionis. ff. de donat. Paul. Castr. & Iason numero 3. & 4. in d. §. sed & quod meretrici. Gregor. Lopez. glos. 2. in l.53. titulo 14. parti. 5. Quod, ait, procedere, etiam si re accepta mulier noluerit turpitudinem committere, Bermondus de publicis concubinar. verbo contra prædictos numer. 8. Hieron. de Zanchis in tractatu de foro conscientiæ. numero 147.

Contrarium nihilominus tenendum est, cum rationes supradictæ pariformiter militent in fœmina non meretrice, ita tenēt Henric. Bohic. in cap. peruenit. de adulter. Bañes in 2. 2. quæst. 62. articulo quinto. dubio 5. & Aragon ibi ad 2. col. 8. vbi ait, quod promittens eis aliquid tenetur in conscientia soluere, idē Aragon in 2.2. quæst. 32. articulo 7. circa 3. conclus. Diui Thomæ, Soto libro 4. de iustitia, & iure. quæst.7. articulo 1. colum.3. Nauarr. in Manuali. cap.17. num.34. versic. secundo ideò. & numerò 40. versic. secundo infertur. Molina de iustit. & iure. tract.2. disput.94. col.2. Couarr. in regula peccatum. de regulis iuris. libr. 6. par.2. §.2. num.3. vers. secundæ quæstionis. vbi alios citat. Minchaca controuers. Illustr. cap.48. nume.13. Et hi nimirum Couarruuias, & Minchaca nominatim

19 excludunt fiscum, & ita tenendum est, & semper fuit tentum, neque vnquam diuersam sententiam praxis recepit.

SVM-

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Stuprans virginem inductam importunis precibus, tenetur pęnis ordinarÿs stupri.*
2 *In dubio præsumetur seducta.*
3 *Stuprans virginem pellicientem, ad nihilum tenetur.*
4 *Et si abduxerit, non tenetur de rapto, etiam in foro exteriori.*
5 *Fœmina est domina sui corporis, etiã ad scindenda claustra pudoris.*
6 *Stuprans virginem leuiter rogatã, ad nihilum tenetur in conscientia.*
7 *Quid in foro exteriori?*
8 *Quid respectu parentum, & tutorum.*

CAPVT XVI.

Stuprans virginem volentem, ad quid teneatur.

PEndet etiam ex hac potestate in se ipsum, resolutio alterius quæstionis, an stuprans virginẽ volentem, ad aliquid teneatur: in qua aliquot casus considerandi sunt.

1 Primus casus est, quando importunis precibus, blanditijs, vel pretio induxit illam ad volendum, & tunc vtique tenetur pœnis ordinarijs, quia illa fuit seducta: cap. 1 de adulterijs. l. 1. C. de raptor. Anton. Gomez. in l. 80. tauri. num. 10. Matesillan. notab. 99. Angusola cons. 33. Gutierrez in canoni. quæstionib. ca. 37. num. 23. Plotus in l. si quando. C. vnde vi. §. 2. nu. 14. Mascard. conclus. 1409. nu. 28. Clarus in §. raptus. nu. 3. & omnes vbique, Michael Salon in 2. 2. q. 62. artic. 2. contron. 5. conclus. 3. Gregor. de Valentia Tomo 3. disput. 9. q. 3. puncto 3. versic. stuprum.

2 Et in dubio esset præsumendum, mulierem esse seductam; Anchar. nu. 1. in cap. 1. de adult. Nauar. in Manuali. c. 16. num. 16. Mascard. concl. 1253. nu. 31. Decian. lib. 8. tract. crimin. capit. 7. num. 7. & 8.

3 Secundus casus est, quando virgo ipsa pellexisset virum, illũ prior ipsa solicitãdo, vel ad eius lectum, aut domum veniendo, & isto casu, stuprantem ad nihilum teneri, ait Anton. Gomez. in l. 80. tauri. nu. 10. ad fin. Gutierrez. in canonic. quæst c. 37. num. 23. vers. secundus casus. Nauarr. in Manuali. c. 16. num. 16. & cons. 1. sub tit. de sponsalib. nu. 5. Bernardus Diaz. in pract. c. 83. & ibi Salcedo in additionibus. Vbi ponderat Diaz. text. in l. fi. tit. 7. lib. 4. fori, quæ voluit, quod si mulier ierit libidinis causa ad domum viri, & ipse illam cognoscat, ad nihilum teneatur.

4 Sic etiam eum, qui pellicientem, & prouocantem virginem abduxit, non committere raptũ, neque pęnis raptus teneri, aiunt Decian. lib. 8. tract. crimin. cap. 7. num. 19. Ruin cons. 122. lib. 4. Mascard. conclus. 1253. numero 28.

Baiard.

Baiard. ad Clarum.§ raptus. nu. 16. qui loquuntur etiam in foro exteriori.

Sed contrarium in foro exteriori vult Nauarr. d. nu.5. Et idē quod etiam si virgo eat in domum viri, ille puniatur dimidia parte bonorum, argumento tex. in §. sed eadem. Institut. de public. iudic. quia non debuit insanæ mulieris volūtati acquiescere, dixit Isernia in tit. quæ sint regalia num. 41. & ibi Afflictus verbo condemnatorum. num. 3. & Liparul. in addit. ad Isern. ibidem idē Isernia, & Afflictus nu. 9. in constitutione si quis rapere. Et puniendum esse arbitrariè, loquēs in raptore, dixit nouissimè Menochi. in additio. ad tract. de arbitrar. iudic. casu 291. num.13.

Prior sentētia nihilominus videtur verior, imò quod etiam in foro exteriori, stuprans virginē pellicientem, ad nihilum teneatur; quia cum hodiè pro simplici stupro sine violentia nulla alia pœna imponatur, quàm quod nubat, aut dotet, etiam si precibus, aut blanditijs, fœminam seduxerit, Anton. Gomez. in l. 80. tauri. num.8. Clarus §. stuprū. num. 3. eam, quæ virum pellexit, & ad eius domum iuit, vtique dicendum est, remisisse dotem: nam quis tam continens erit, qui hoc casu abstineat.

5 Huius casus ratio est, quam toto hoc tractatu probamus, quod mulier sit domina sui corporis, & ita in specie ait. Soto in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. col. 13. cōtra Caietan. quod puella est domina sui corporis, etiam ad scindenda claustra virginitatis, & licet peccet libidine, non peccat iniustitia: sequuntur Gutierrez. d. cap. 37. nu. 22. Salcedo ad Bernardum Diaz. d. c. 83. littera C. Michael Salon in 2.2. quæst. 62. artic. 2. controu. 5. conclus. 1. & sentit Decian. d. cap. 7. num. 21. tametsi Caietan. in 2.2. quæst. 154. artic. 6. dixerit, quod puella non est magis domina illius membri, ad scindendum, quàm digiti, & sicut non potest abscindere sibi digitum non potest aperire illam partem, nisi per viam matrimonij: & Abbas in cap. cum causam. numero 4 de raptoribus ait, quod mulier non potest mēbra sua exponere raptui, argumento text. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Sed his respondent, quæ latius suprà lib. 1. cap. 2. 3. & 4. probamus.

6 Tertius casus est, quando vir leuiter persuasit virgini, quæ facilè consensit: & isto casu, nihilominus eum teneri, ait Abbas in cap. 1. nume. 2. de adulter. & Molina vbi suprà.

Contrarium tamen est communiter receptum, & ita tenent Summistæ omnes. S. Antonin. 2. par. tit. 5 cap. 6. §. 1. Syluester verbo luxuria. num. 5. Tabiena verbo restitutio. §. 22. Summa Astensis lib. 2. tit. 46. Summa Angelica verbo stuprum. vers. quod si non seduxit. Corduba quæstio. 13.

in 6. dicto. speculum coniugior. in appendice de impedimento raptus. num.4.Sylua nuptial.lib. 3.num.23.Soto de iustitia, & iure.lib.4.quæst.7.artic.1.ad 2. colum. 4. & facit quod tradit Mascard. concl.1253.nume. 29. Michael Salon d. conclus. 1. Petrus Nauarra lib.2.de restitut. cap.3. num. 438.

Sed in hoc casu distinguunt Nauar.in Manuali.c.16. nu.16. & Gutierrez. in canonic. quæstion. cap.37.num.23. versi. tertius casus., vt in foro interiori ad nihilum teneatur, in foro autem exteriori condemnetur.

7 Contrarium verò, imò quod etiam in foro exteriori ad nihilum teneatur, voluit Bernardus Diaz.in practica. cap.83. num.4. & ibi Salcedo in additio. & possunt pro hac parte adduci Mascard.vbi sup.Baiard.ad Clarum. §.stuprum num.28. Decian.lib.8. cap.7. nu.20. quatenus solum requirunt, quod appareat de spontanea puellæ non seductæ voluntate: quia secundum mores hodiernos, puellam,quæ leuiter rogata consensit, plus quàm certũ est, spontè voluisse, & ardenter voluisse: nam & illæ, quæ nimis volunt, spectant valdè, & importunè rogari.

Iacobus verò de Graphijs.lib. 2.decis. aurearum. c.79.nu.13.dicit, istum in foro exteriori non esse cogendum ad ducẽdam, vel dotandam eiusmodi puellam: sed pœna arbitraria puniendum, quod posset sustineri; intelligendo. Quòd condemnetur ad aliquam pœnam pecuniariam dandam puellæ,quia etiam si leuiter rogata consensit,tamen aliquod pretium pudicitiæ illi dandum est, quod Syluester & alij suprà citati admittunt.

8 Et prædicta intelligũtur quoad ipsam puellam, si verò patrẽ, tutorem, aut propinquos haberet, circa eorum iniuriam aliter esset considerandum: vt per Decian. d.cap.7.num.21.Gutierrez. d. c.37. nu.29. Michaelem Salon, Petrum Nauarra & Salcedo vbi suprà, qui alios citant, quidquid sentire videatur Mascar. dicta cõclus. 1253.nume.29. adde Fanuc. de in litem iur. par.1.num.72. & 73. nouissimè Menoch. in additio. ad tracta. de arbitrar. casu 291.num.17.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Plena libertas est, posse se ipsum vendere.*

2 *Germanos solitos se ipsos vendere.*

3 *Et Hunnos, & Gallos.*

4 *Iure Romano, solo pacto nemo se facit seruum.*

5 *Quinque requisita interuenire debẽt, vt valeat vẽditio, se venire patiẽtis.*

6 *Maior viginti annis sit oportet, qui se venire patitur, vt venditio valeat.*

7 *Minor se venire patiens, iure communi an restituatur?*

Iura

CAPVT XVII.

De potestate in libertatem propriam.

Circa potestatem in libertatem propriam duo principalia capita sunt consideranda. Alterum seruitutis absolutæ, & formalis, an quis possit se verè seruum efficere? Alterum seruitutis cuiusdam, aut libertatis conditionatæ, an quis possit se obligare ad seruiẽdum, & facere se eius conditionis, cuius sunt adscriptitij, censiti, originarij, parabolani, & id genus?

1 Quoad primum, plena libertas est posse sibi libertatem adimere, ideò quilibet homo liber potest se ipsum vendere, & in seruitutem redigere: l. in seruorum. l. homo liber. ff. de statu homin. l. sed tunc 4. l. liberis. 7. l. cũ pacto. 40. ff. de liberali causa. l. 1. l. his qui se. ff. quibus ad libertatem proclamare non lic. l. 2. ff. si libert. ingenu. esse dicatur. l. 4. titulo 5. l. 1. titu. 21. parti. 5. Rationem reddit Cicero in oratione pro Cornelio Balbo, dum ait,

O iura præclara, atque diuinitus, iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata, ne quis inuitus ciuitate mutetur, neuè inciuitate remaneat inuitus, hæc sunt fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque iuris, & retinendi, & dimittendi, esse dominum. Idē Cicero in oratione pro domo sua ait, *Hoc ius à maioribus proditum est, vt nemo ciuis Romanus, aut ciuitatem, aut libertatem, possit amittere, nisi ipse author factus sit* Fabius Quintilianus nepos declamatione 7. *Genus*, inquit, *seruitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas, quidquid de inuito homine facias*. Summa enim libertas est, posse de se, vt libet, disponere. Seneca pater lib. 1. declamat. 1. *Obuersatur oculis lætissima forma Reipublicæ; cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia*.

2 Et quidem Germani olim palàm se ipsos vendebant, imò & alea ludebant Corneli. Tacitus de moribus German. ait, *Aleam (quod mirere) sobrij inter seria exercent, tanta lucrandi, perdendivè temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo, ac nouissimo iactu de libertate, & de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se, ac venire patitur. Ea est in re praua peruicacia, ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt se quoque pudore victoriæ exoluant*.

Idem apud Hunnos obseruari ait Diuus Ambrosius de Tobia cap. 11. *Ferunt* (inquit) *Hunnos, cum sine legibus viuunt, aleæ solius legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras simul, & arma portare, & plures suis, quam hostilibus ictibus interire, in victoria sua captiuos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hostibus nequiuerint*.

Vendebant se, & Galli, Cæsar libro sexto de bello Gallico. *Plerique, cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum præmuntur, sese in seruitutem dedunt nobilibus: in hos eadem omnia ferè sunt iura, quæ dominis in seruos*.

4 Romanis indignū visum fuit, emere liberum hominem, se ipsum vendentem. tex. in l. liberis. 7. §. si quis sciens. ff. de liberal. caus. ibi, *Quia non est venia dignus, qui emit, etiam si scientem, prudentemque se liberum emerit*: noluerunt que conuentionibus, aut pactis priuatis posse quemquā mutata conditione seruum alterius fieri. l. conuentio. 37. ff. de liberal. caus. l. liberos. 10. C. eod. titu. Neque etiam præiudicium libertati fieri confessione, vel scriptura, qua liber homo se esse seruū profiteretur. l. nec si volens. 7. l. interrogatam. 14. l. parentes. 22. l. Arrianus. 27. l. liberos. la 2. 39. C. de liber. caus. l. non nudis. C. de probationibus. l. ingenuam. C. de ingenuis manumiss. quod intelligitur, si constat aliàs eum esse liberum. l. iubemus. 41. C. de liberali causa.

5 Ideò, quinq; requisita necessario

rio interuenire debere; vt liberi hominis venditio valeat; collegit Gloss. verbo maior. in §. serui. Instit. de iure personarum. Glos. & Doctores in l. & seruorum. ff. de statu homin. Glos. verbo diuortij. in cap. perlatum. 29. quæstio. 2. Præpositus in cap. primo. numero 7. de coniugio seruorū. tex. in l. 1. titulo 21. partita 4.

6 Primum requisitum est, quod vendens se ipsum, sit maior annis viginti: dicto §. serui. Institu. de iure personarum. l. & seruorum. ff. de statu homin. l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. l. liberis. 7. §. si quis minor. ff. de liber. caus. l. si ministerium. 16. C. eodē titulo. vbi redditur ratio in hæc verba. *Et placuerit, minores viginti annis nulla ratione mutare statum posse, ac pro liberis seruos fieri ne ante libertatem inconsultè amittāt, quā alijs propter ætatis rationem præstare non possunt.* Quia nimirum, per legem Aeliam Sentiam domino viginti annis minori non aliter manumittere permittebaī, quàm si vindicta apud consilium causa manumissionis approbata fuisset: l. si minor. cum sequen. ff. de manumiss. vindicta. §. eadem lege. Institu. quibus ex caus. manumitt. non lic. Neque hodie hoc mutatum est, tametsi per textum in §. fina. Institu. dicto tit. quibus ex caus. manumit. non licet. iam decimo septimo anno expleto libertas dari possit, & per textum in Authentico vt sponsalitia largitas. §. primo. collat. 9. eo ipso quod quis potest testari, posse testamento manumittere, vti notant in terminis Faber numero 2. Syluester Aldobrandinus nu. 16. in §. serui autem. Instit. de iure personarum. Siuè quia inductū, idest fauore libertatis, ideò non debet in damnum retorqueri, siuè quia limitatè inductum in vltimis volūtatibus. Siuè quia correcta ratione legis remanet illius authoritas, neque censetur lex correcta, vt ait Io. Andr. in c. post translationem. de renuntiatione. Aldobrand. d. nū. 16. quod etiam alij tenuerunt, quos refert Tiraquell. de cessante causa. in princip. num. 135. Sed hæc ratio tuta non est, quia contrarium crebrius est receptum, vt constat ex adductis à Tiraquello ibidem numero 132. cum sequentibus.

Quod si minor ante vigesimū annum se venūdedit, postea pretium participatus est, valet venditio: l. liberis 7. §. si quis minor, ff. de liber. caus. l. 1. §. minori. ff. quibus ad libert. proclam. non lic.

7 Maior autem viginti annis, si minor est vigintiquinque, adhuc in ea ætate est, cui solet per Prætorem succurri per in integrum restitutionem, & nihilominus si se ipsum venire patiatur, non restituitur in integrum: text. singul. in l. ex causa. 10. §. Papinianus. ff. de minoribus, cuius verba sunt. *Papinianus ait, si maior annis viginti, minor autem*

viginti quinque se in seruitutem veniri patiatur, id est si pretium participatus est, non solere restitui, & hoc merito, quoniam res non capit restitutionem, cum statum mutat. Difficilis sanè text. quia si se minor in arrogationem dat, statum mutat, l. fina. C. de adoption. & nihilominus aduersus adoptionem de se factam restitutio minori cõceditur. l. 3. §. si quis minor. ff. de minor. Et expressè Paulus Iurisconsultus aduersus status mutationem, ait, restitutionem in integrum concedi: in l. 2. ff. de in integrum restitut. Doctores verò intelligendum putant, de status mutatione per adoptionẽ, quia est minima capitis diminutio, in qua ciuitas non amittitur, & ita minuitur status, nõ consumitur. §. 1. Instit. de capit. diminutione. at diuersum est in seruitute, quæ statum consumit, & annihilat. l. cognitionum. 9. ff. de varijs & extraordinar. cognition. & operatur, quod de iure ciuili pro nihilo reputatur. l. quod attinet. ff. de regulis iuris. Ita interpretantur Glos. Bartolus, Baldus, & cæteri in dicta l. 2. in dicto §. Papinian. & in dicto §. si quis minor. Glos. & Aldobrandinus num. 19. in §. seruitus. Institu. de iure personarum. Gregorius Lopez. gl. 1. in l. 5. titu. 19. parti. 6. Maurici. in tracta. de restitutione in integrum. cap. 242. Chaldas Pereyra in l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutio. verbo hunc contractum. num. 29. Sfortius Oddus de in integrum restitu. quæst. 58. artic. 5. num. 38.

8 Sed quid facerent isti? Papinianus dixit, ego qui neque in verba Papiniani iuraui, ppè est, vt assentiam Rebuffo, qui secundo tomo ad leges Gallicas. titu. de restitution. & releuam. articu. 1. glos. 2. nu. 19. nihilominus censuit ex bono & æquo dandam restitutionem minori se venire patienti. Neque enim iura ciuilia in his Regnis iurisdictione, & authoritate constringunt, sed tantum, quatenus rationi consentanea sunt, illis in vim rationis vtimur, prout post Baldum in cap. fina. nume. 25. de consuetud. & in cap. primo. §. iniuria. de pace iuramento firman. tradunt alij plures, quos referunt & sequuntur Afflictus in prælud. constitutio. quæstio. 2. numer. 4. & quæst. 20. numer. 5. Palacios Rubios in introductione ad Rubric. de donatio. inter virum & vxorem. num. 16. Pet. Plaza in Epitome delict. cap. 1. num. 24. Burgos. de Paz. in l. 1. Tauri. num. 513. & 543. Pinel. 2. par. Rubricæ. C. de bon. mater. numer. 12. plures alios prætereo sciens. Quod si rationibus agendum est, nimis subtilis, & scrupulosa videtur decisio Papiniani, quia non est mutatio, aut priuatio naturalis, quę impediat ad habitum regressum, sed dispositio iuris ciuilis, quod ætatis & libertatis fauore potest conniuere: prout in l. is qui suis nummis. 4. ff. de manumiss. l. in fundo.

ff.

ff.de iure doti.l.8.titu.2. parti.3. nam si vbi minus læditur minor, ei succurrit Prætor, vbi grauius, & inconsultius, cur non succurret? argumento cap. vbi periculum.de elect.lib.6.

9 Secũdum est requisitum, quod eo animo se vendat, vt pretium participet, neque aliter rata seruitus est.l.non ideò minus. 6. C. de liber.caus. ibi. *Cum ætatis allegatio, non aliàs possit præscriptionem aduersus ciuem Romanum accommodare, quàm si participandi pretij gratia consensum seruituti dedisset probetur*. text.in l.& seruorum.ff.de statu homin. §. serui. Institu. de iure personar. & in omnibus legibus quæ de hac sui venditione loquuntur.

10 Quocirca difficilis videtur tex. in l.si quis filio.6.§.irritum. ff.de iniust. rupto. ibi, *Vel si maior annis viginti se venundari passus sit, ad actum gerendum, pretiumvè participandum*. Nam quis actus est iste ad quem gerẽdum potest homo liber se ipsum vendere? Doctores nihil. An certum genus administrationis, quod serui soli administrare debent? l. 1. C. ne quis lib. inuit.actum Reipublic. gerer.cogat.lib.11.l. eum actum. ff.de negot.gest. sed is actus liberum non facit seruum.l. liberos. 10.C.de liber.caus.l.fin.C.de seruis Reipublic.manumittend. An quemadmodum validè quisque se ipsum venire patitur ad pretium participandum, ita & ad actum gerendum? quia ex illius administratione aliquod commodum consequitur, quod vice pretij fungitur. An verba dicti §.irritum coniungimus? & intelligimus utrumque ibidem interuenisse, & actus gerendi intentio, & pretium participatũ, quia illud *vè* nonnunquã copulet Bertachin. eo verbo, certè apud Hebræos copulat.

11 Cum quis autem se liberum sciens, callidè pro seruo se uenire passus est, neque pretium participauit, vt rata sit venditio, in duplum emptori condemnatur. l. 1. C.quibus ad libert.proclam. non licet. l.rectissimè.l.idem est, l.imò eum.l.in seruo. l.in tãtum. l.vel permutauit.l.vel obligatus. l.vtique.l.non solum.l.si vsumfructum. ff. de liberal. causa. vbi variè ea res exponitur.

12 Tertium requisitum est, quod verè pretium participet.tex.in l. 1.ff.quibus ad lib. proclam. non licet. l. 1. C. eodem titu. Sed qui fieri potest, quod pretium acquirat, cum sit seruus, qui quidquid acquirit domino acquirit? l. placet.ff.de acquirend. hæredit.§.1. Instit.de his qui sunt sui. neque potest dici, quod antequam fiat seruus, quia etiam post seruitutẽ participat. l. liberis. 7. §. si quis minor. ff. de liber. caus. Et eam regulam in hoc casu esse limitandam, volunt Portius num.7. Aldobrandin.nu.16.in §.serui. Institut. de iure persona.quia cum leges velint, quod participet, intelligendũ est, quod cum effectu

possit participare: l. 1. ff. si ager. vectig. vel emphyt. petatur. alioquin essent frustratoriæ, & verbis impositæ, contra regulam l. 2. C. communia de legat.

13 Quartum requisitum est, quod emens ignoret, eum, quem emit, esse liberum; l. liberis 7. §. si quis sciens. l. qui sciens. 33. ff. de liber. caus. l. Licinius. l. fina. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. l. scientis. C. de ingenuis manumiss. Ad hoc requisitum reducitur aliud, quod sexto loco obseruabat Aldobrandinus, in d. §. serui. nume. 16. vers. adde tu sextum. Insti. de iure personar. quod liber homo ab alio, & nō à se ipso vendatur, quod etiam notauit Gloss. in l. si vsumfructum. ff. de liber. caus. Alex. in l. alia. §. eleganter. nume. octauo. ff. solu. matrimo. nam si se ipsum ipsemet venderet, non posset emptor ignorare eum liberum.

14 Sed si duo liberum hominem emerint, alter sciens: alter ignorans, an teneat emptio, & cuius erit? & quidem si vterque emit in solidum, totus erit ignorãtis, l. non solum 22. §. sed si plures. ff. de liber. caus. l. fin. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. Sin autem pro parte emerint, fit vtriusque, ac etiam scienti cedit pars, ne sit pro parte seruus, pro parte liber. l. liberis 7. §. si duo simul. ff. de liber. caus. Diuersum est in sententia, si aduersus petitorem partis seruus vincit, cū alio succumbit, quia tunc fit liber, soluta victori parte sua: l. si pariter 9. in fi. l. duobus. 30. ff. de liber. caus. l. iudicatæ. ff. de except. rei iudic. l. si seruus. ff. de vulg. l. 1. C. de ser. commun. manumiss.

15 Quintum est requisitum, quod ipsemet se venire patiens, sciat se esse liberum: l. 2. ff. si libert. ingen. esse dicatur. l. Licinius Ruffinus. ff. quibus ad libertat. proclam. non lic. nam qui putans se seruum, patitur se venire, quia credit impedire non posse, non consentit, sed errat, nihilq; tàm contrarium consensui quàm error: l. s. per errorem. ff. de iurisdi. omn iudi.

16 Qui se venire passus est, licet manumittatur, nō fit ingenuus: l. homo liber. 21. ff. de statu hominum l. cum pacto. 40. ff. de liber. caus.

17 Quod dictum est de sui ipsius vēditione, idem erit, si quolibet alio contractu dominium sui trãsferri patiatur: dummodo pretiū participet, & cætera requisita cōcurrant: l. si ministerium. C. de liber. caus. l. si vsumfructum 23. §. 1. ff. eod. tit. Glos. verbo venundari in d. §. serui autem. Instit. de iure person. Ripa in l. obligatione generali. num. 9. ff. de pignor.

18 An autem qui se uenire passus est, possit pretium domino reddere, & ita libertatem recuperare? uideretur affirmatiuè respondendum. Primò, per tex. in l. 2. ff. si liber. ingen. esse dic. Sed ibi refertur, interdum D. Hadrianum permisisse, nō ita ius esse or-

dina-

dinarium. Secundò, per l.2. C. de patribus qui filios distraxer. sed ibi conceditur patri, famis necessitate coacto vẽdere, & filio obsequanter consulenti patris incolumitati, nos sumus in degenere, & vili, qui exigui lucri causa venire se passus est, qui nõ meretur iuuari. Tertiò, per §. dominus Instit. de noxalib. Sed ibi seruus erat noxæ deditus, non se venire passus. Quartò, quia plurib⁹ casibus permittitur cap. 1. de Iudæis. l. fin. C. de episcop. & cleri: l. 1. C. ne Iudæi Christian. mancipi. l. senatus. ff. de lega. 1. l. 2. l. fin. C. de captiuis. Sed hi casus speciales sunt. Quintò, quia cum libertas sit inæstimabilis, uidetur nimis vltra dimidium læsus, ideò rescindenda venditio. l. 2. C. de rescind. vendit. Sed ille non vendidit libertatẽ, neq; emptor putauit emere nisi seruum, ideò ad communem seruorum æstimationem reducenda cognitio esset. Contrarium ergo, imò quod etsi pretium emptori reddat, ille nõ cogatur accipere, & seruum liberare, licet possit, si velit: dixerunt Glos. Iason ad Portium. addit. l. Aldobrandinus num. 17. in §. serui autem. Instit. de iure person. Quia iam est effectus emptoris, & sine eius voluntate auferri ei non debet. l. id quod nostrũ. ff. de regul. iuris. nemoque compellitur vendere. l. nec emere. C. de iure deliber. Crederem nihilominus, ex æquitate, ad exemplum Diui Hadriani iudicem debere permittere, pretium restitui, & emptorem cogere recipere.

19 An alij, quorum interest, possint vendicare, non immeritò quæras: & patronus, si libertus, eo ignorãte se venire passus est, reuocare eum in libertatem potest: tex. in l. amplius. 3. §. fi. l. sed tũc. 4. ff. de liber. caus. l. principaliter, la 2. quæ est 109. C. eod. tit. Aldobrand. in d. §. serui. num. 20.

20 In vxore, inaduertenter negarunt Glo. & Barto. num. 3. in l. in causa. 10. §. Papinianus. ff. de minor. Quia verius est, posse eã maritum vendicare: gl. verbo diuortij. in cap. perlatum. 29. quæst. 2. Præposit. num. 7. in cap. 1. de coniugio seruor. Fulgos. in d. §. Papinianus. Angel. num. 7. Aldobran. num. 17. in §. serui. Instit. de iure person. text. & ibi Grego. Lopez in l. 4. tit. 5. parti. 6.

21 In patre, & propinquis, negãt etiam Gloss. in d. §. serui. Gloss. & Barto. num. 3. in d. §. Papinianus: per text. in l. tutelas, §. si libertate, ff. de capitis diminutione. Sed huic tex. respondet Iason addit. M. ad Portium. in d. §. serui. quod ibi non datur restitutio ex illo capite, sed datur ex alijs. Melius Aldobrandinus respondet, quod ille text. non loquitur in eo, qui passus est, se venire, & sequitur Sforcius Oddus vbi infrà.

22 Contrarium ergo, quod pater & consanguinei possint vendicare patientem se venundari, si eis ignorantibus venditio facta est, volunt

volunt Ioan. Faber. num.3. Ang. num.7. Syluester Aldobrand. nu. 22. in §. serui autem. Instit. de iure person. Sfortius Oddus, de in integ. restitut. quæst. 57. art. 5. nu. 42. Gregor. Lopez. glos. 6. in l. 4. tit. 5. parti. 6. Alciat. num. 8. in l. transactione. C. de transaction.

Pro quibus facit primò, l. 1. 2. & 3. ff. de liber. caus. & licet Glo. dicat quod in illis iuribus non mutauerat statum, sed mutare volebat; contrarium est verius, vt perpendit Aldobrandin. num. 20. vbi suprà.

Secundò, quia si patronus hoc potest, vt dictum est, l. 3. & 4. ff. de liberal. caus. ergo & pater, qui non minus iuris habet in filio.

Tertiò, l. 1. ff. de rei vendic. vbi vendicatio patri datur.

Quartò, l. 2. ff. si liber. ingen. esse dic. vt ponderat Ias. addit. M. ad Portium. in d. §. serui autem.

Quintò, Sfortius vbi supra nu. 43. ponderat text. in l. non solũ. §. proinde. ff. de minor.

Sextò, Ioan. Faber d. nu. 3. ponderat tex. in l. 2. C. de patrib. qui fil distraxer. l. 1. ff de priuileg. credit. l. 1. C. de commun. seru manumiss. l. finali. C. de captiu. cap. Titius. si de feud. fuer. controuers.

22 Et licet Iason d. addit. M. contendat posse patrem, & propinquos vendicare, etsi scierint venditionem: contrarium videtur verius, cum Angelo d. num. 7. Aldobrand. d. num 19. & 22. argumento tex. in l. sed tunc. 4. ff. de liber. caus. ibi, *si eo ignorante liberius se venire passus est.*

23 Circa secũdum principale caput, fuere olim quidam colendis agris destinati, qui nec plenè erant serui, neque in totum liberi. Originem fortè nõn ineptè à latifundijs Romanorum deducam. Deuicta namque Italia, multum agri Romanis cæsit, eũ Respublica partim subhasta vendidit, partim tenuioribus ciuibus vtendum fruendum exigua pensione concessit: sed diuites ad se traxere finitimos quisque agros, quibus colendis, exhausta liberis capitibus Italia ob bella ciuilia, coloni non suppetebant, inde empti serui, & ergastula introducta, quod latè explicat Iustus Lipsius æui nostri decus libro 2. electorum. cap. 15. Ex his, vt sæpè fit, partim manu emisi in ipso rure cum posteris manẽtes, partim ingenui pauperes ad id genus operarum se, & posteros obligabant. Varro lib. 1. de re rustica. Saluian. libro 5. de prouid. qui ait, *Coloni diuitum fiunt, iugo se inquilinæ abiectionis addicunt*. Appellati sunt isti adscriptitij, siuè quia adscripti censibus, vt ait Cuiat. in Rubric. C. de agricol. & censit. libr. 11. l. colonos. 18. illo tit. ibi, *Sed nec apparitores magisteriæ potestatis censibus adscriptos probari, concedimus.* Siuè quia adscripti glebæ. l. colonos. 15. illo tit. ibi, *Quos ita glebæ inhærere præcipimus, vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri*. De his frequens mentio. l. omnes. 6. l. ne

diutius

diutius 20.l.cum ſcimus 21. l. cũ ſatis 22.l.fin.C.de agricol.& cenſit. lib.11.l.fi. C.de tranſaction.l. poſſeſſionum 11.C.cõmun.vtriuſque iud. Authent. de nuptijs.§. adſcriptitios. coll.4. l. iubemus. & Auth.adſcriptitios. C. de epiſcop.& cleric.

24 Appellantur etiam cenſiti, l. hi penes 4.l.omnes 6. C.de agricol. & cenſit. libr.11. Alij, quia cenſum domino in pecunia præſtant,cum adſcriptitij partẽ fructuum pendant: Gloſ. & Doct.in Rub.d.tit.Gloſ. in l.2. C.in quib. cauſ.colon. cenſit. domin.accuſ. poſſ. Baeza de inope debit. cap. 2.num.21. Gulielm. Benedict. in c. Raynuntius. verbo & vxorem nomine Adelaſiam.deciſ.5.num. 407. Alij, quia cum ipſo fundo cui adſcripti erant in publicum cenſum referebantur, & maius patrimonium domini efficiebãt, & conſequenter maioris cenſus. l.hi penes.l.omnes. l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.lib.11. d.l.2.Auth.de collat. §.1. collat. 9.l.quicunque. C.de re milit.lib. 12. & ideò iſti cenſiti nulla ſuo nomine fiſco tributa pendebant. l. colonos. C. de agric. & cenſit. lib.11. adſcriptitij ergo alij cenſiti,alij non cenſiti, quod nec latuit Accurſiũ in d.l.2. C.in quib. cauſ.colon. libro 11. & vt verius poſt alios tradit Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico.quæſtione 32. num.5.

Coloni,pro liberis exaudiuntur, ſed & iſti adſcriptitij vocantur coloni, inquilini, ad prædia vrbana referuntur, ſed etiam hi cenſiti,& adſcriptitij compellantur inquilini, ac pro eodem ferè accipiuntur.l.ſeruos 12.vbi text. vocat eos tributarios inquilinos. l. diffinimus 13. l. ſi coloni 14. l.colonos 15. l. per colonum 17.l.colonos 18.l.litibus 19. l. cũ ſcimus 21. l. cum ſatis 22. C. de agricol.& cenſit.lib.11. l. poſſeſſionum 11. C.commun.vtriuſque iudic.l.præſenti.C.de his qui ad ſtatuas confugi. Baeza d. cap.2. nu.22.Cuiac. in Rub. C.de agric. & cenſ. libro 11. vbi conſiderat alios dici domini, alios ipſius terræ.l.1. C. de colon. Thracenſ. libro 11.

25 Originarij,ſiuè originales ſunt, poſteri, qui ex adſcriptitijs naſcuntur, l hi penes 4. l. quemadmodum 7.l.originarios 11.l.mulier 16.l.ne diutius 20. l. cum ſatis 22. § cum autem. C. de agricol.& cenſit.lib.11. cap.2. de Iudæis. Baeza d.cap.2.nu.20.Ioannes Corraſi.in l. in ſumma. nu.6. ff.de ſtatu homin. ſequũtur enim parentum conditionem,vt in dictis legibus habetur. Romanus conſilio 355.

26 Ad horum exemplum parabolani, de quibus in l. placet 17. l. parabolani 18.C.de epiſc.& cleric.& licet Accurſ. in d. l.placet interpretetur medicos,& defendat Tiraquell.de nobilit.cap.31. num. 421. Verius videtur, quod ait Alciat.lib.4.diſpunction. c.9. fuiſſe quoſdam deputatos famulitio,

litio, vel ecclesiarum, vel hospitalium, vel xenodochiorum, & vt adscriptitij glebæ adscripti sunt, neque à cultura agrorum possunt recedere, ita isti parabolani à seruitio ægrorum, qui in nosocomijs residebant. Nã aliàs quomodo ferẽdus numerus sexcẽtorum medicorum, de quibus in dictis legibus fit mẽtio? Cum Alciato sentiũt Celius Rodigin. lib. 29. lectio. antiquar. capit. 11. Turneb. lib. 13. aduersar. cap. 23. Cuiac. in paratitla. tit. de episc. & cleric. & in nouella 3. Corras. nu. 7. in l. in summa. ff. de statu homin. Baeza d. capit. 2. num. 17. & alij alibi.

27 Planè isti adscriptitij, neq; dici possunt serui, vt patet ex l. quemadmodum 7. l. seruos 12. l. ne diutius 20. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. fin. C. de transact. nam & testamentum facere possunt. l. 2. C. in quib. caus. colon. lib. 11. & testes esse, Glos. in Authent. seruus. C. de testib. & matrimonium contrahere. l. fi. d. tit. de agricol. & censit. tradunt latè Glos. & Doctores in l. in summa. ff. de statu homin. Gl. & Aldobrand. num. 2. in princip. Instit. de iure person. Faber num. 3. in §. serui. eod. tit. Bart. in l. si quæramus. ff. de testam. Baeza vbi supra. Neque possunt omninò dici liberi, sed sunt quasi serui, quia nullo modo possunt ab agris, quibus sunt adscripti, discedere. l. si quis prędium 2. l. omnes 6. l. quẽadmodum 7. l. originarios 11. l. seruos 12. l. si coloni 14. l. colonos 15. l. mulier 16. l. cum satis 22. C. de agricol. & censit. lib. 11. Itaque eos seruire, enunciãt plures leges, l. vnica. C. de colon. Thracens. lib. 11. ibi, *Et licet conditione videantur ingenui, serui tamen terræ ipsius, cui nati sunt, existimentur.* l. 2. C. in quib. caus. coloni lib. 11. ibi, *pene est, vt quadam dediti seruitute videantur.* l. ne diutius 20. ibi, *quæ enim differentia inter seruos, & adscriptitios intelligatur, cum vterque in domini sui positus sit potestate, & possit seruum cum peculio manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?* l. mulier 16. l. colonos 18. l. cũ scimus 21. ibi, *non videri in libertate morari.* l. cum satis 22. ibi, *sibi vindicet libertatem.* l. fin. ibi, *maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem.* C. de agricol. & censit. lib. 11. l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12. l. fin. C. de transactio. l. si quis 20. C. de episcop. & cleric. & in nouella 22. tex. in capit. 2. de Iudæis. ibi, *licet cum districtione sint liberi.* iunctis finalibus verbis. ibi, *ipse sibi imputet, qui ius colonarium, & ius dominij sibi iuris solemnitate damnauit.*

28 Diuersa ratio est eorum, quos Hispania vocat *solariegos*. Hi enim omninò liberi sunt, & possunt abire, quo volunt, dum bona relinquant, nec vendant, vt constat ex l. 3. titulo 25. partita 4. l. 2. l. 3. & per totum. titulo 3. libro 4. Recopilation. de quibus Gregorius in dicta l. 3. Ioannes

Gar-

Garzia de expensis.cap.9.nu.52. cum sequentib. & de nobilitate glos. 18. nu. 42. Otalora eodem tractatu par.2.cap.4. num.8. Didacus Perez in l.2. tit.11. lib.4. ordinam. Baeza de inope debitore. capit. 2. numero 24. & alij alibi.

29. Est ergo quæstio, an quis pacto possit se facere adscriptitiũ, & hominem alterius? Et negarunt Odofredus, & Baldus numero tertio. in l. fin. C. de transact. pro quibus ponderari possunt Paulus, Fulgos. Salycet. Alberic. Alexand. & Alciatus ibi numero 18. ac Pallida numero 3. quatenus aduersus Gloss. & Bartol. ibi dicunt, valere transactionem inter dominum, & adscriptitiũ, etiam si ipse debeat ex ea remanere adscriptitius: & ad obiectionem ex l. nec si volens. C. de liberal. caus. respondent, quod aliud est, quando certum est, quem esse liberum, & tunc non valet pactum, aliud quando est dubiũ, & tunc valet transactio. Sentiunt enim, non valere pactum, quo homo liber se facit adscriptitium: Baeza de inope debitore. capit. primo.numero nono. 12. & 14. vacillat, neque satis explicat, quid sentiat.

Pro Baldo facit primò, quod simplici pacto nemo se potest seruum facere. l. nec si volens. l. interrogatam. l. liberos. C. de liber. caus. l. conuentio. ff. eodem tit. neque aliud videtur, hominem alterius se facere, nam & seruos nostros, homines nostros leges vocant. l. si fundum. §. seruum tuum. ff. si certum petatur. l. qui duos. ff. de solutio. l. 1. l. 2. C. de episc. & clericis.

Respondetur, quod hoc procedit in vera, formali, ac plena seruitute, quia tunc status omninò annihilatur. l. cognitionum. 9. ff. de varijs, & extraordin. cognitio. l. quod attinet. ff. de reg. iur. aliud est in alijs obligationibus, quæ licet restringant libertatem, non tamen ad veram, & formalem seruitutem reducunt. l. cum scimus. C. de agric. & censit. libro vndecimo, cum adducendis in fundamentis sequentis sententiæ. Ita venditio sui ipsius ad munera gladiatoria iure valebat, vt deducimus libro primo. cap. tertio. numero 16. tametsi mors erat quasi certa, imò plusquam certa, ideóque cauebant, posse vri flammis, virgis secari, ferroque necari.

Secundò adduci posset, quod nemo sit dominus sui ipsius; sed facilè respondetur, hoc procedere, quoad transitum de hac vita ad aliam, & in reliquis quemlibet esse sui ipsius dominum: vt conclusum est lib. 1. cap. 4.

30 Contrarium, imò posse quemquam pactis, & stipulationibus conditionem suam grauare, ac libertatem restringere, & facere se adscriptitium, & hominem alterius, tenet Gl. verbo incremẽtum verbo cõditionem. & verbo

verbo adscriptione. Andræ. de Barulo num.3. Bartol. Iacob. Rebuff. Ioan. de Platea ante num.1. Lucas de Penna num.3. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. libro 11. Glos. & Salyc. in l. nec si volens. & in l. interrogatam. C. de liber. caus. Martinus de Fano in tract. de homagijs. q. 1. Speculat. 4. par. tit. de feudis. §. quoniam. num. 6. & 8. Azo num. 3. in Summa. C. de agricol. & censit. lib. 11. Ioannes Faber num. 4. in §. serui quoque. Institut. de iure personarum. Alberic. in l. fin. nu. 6. C. de patrib. qui filios distrax. Iacobin. de Sancto Georgio in l. fin. num. 2. C. de transaction. & iterum in tractatu de homagijs. num. 7. Guido Papæ decis. 314. & 315. Afflictus lib. 2. constitut. Siciliæ. Rubr. 36. constitutione. incipi. Probationum defectus. nu. 9. Chaseneus in consuetud. Burgund. Rubr. 9. §. 5. glos. 4. verbo, & deuien par conuention homme maim mortable. num. 1. Gulielm. Benedictus in c. Raynuntius. verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis. 5. nu. 425. 427. & 436. Gregor. Lopez. glos. 1. & glos. 4. in l. 4. tit. 25. partita 4. & iterum glos. 1. & gl. 4. in l. 89. tit. 18. partita 3. Aceuedo in Rubri. tit. 3. lib. 6. Recopilatio. nu. 3. Bursatus cons. 204. nu. 19. lib. 2. & habetur inter communes opiniones lib. 6. pag. 386. col. 1.

Pro istis facit primò, tex. in d. l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. vbi expressè dicitur, quod licet, nemo possit confessione facere se seruum, tamen si cum confessione, etiam enunciatiuè scripta, concurrat aliud adminiculum, vt est cursus temporis, aut alia confessio in iudicio, fit adscriptitius, prout illũ text. intelligunt ibi Glos. & Doctor. Azo in Summa illo tit. text. in d. l. 89. tit. 18. par. 3. & ita habemus tex. expressum, ac licet requiratur ille secundus actus, non efficit, quin ex eo appareat, adesse in homine potestatem se adscriptitium faciendi, licet propter magnum rei momentum, lex voluerit, eam adhiberi solemnitatem. Et Bartolus ibi dicit, quod si per solemnem stipulationem promiserit, non requiritur secundus actus, videtur tamen velle, quod procedat, cum fit ad pretium participandum, tamen neque ille tex. neque DD. ibi volũt, quod interueniant requisita formalis seruitutis: neque id vllo modo verificari potest, cum agamus de ipsomet se obligãte, iuxta dicta supra nu. 12. itaque simpliciter stipulationem sufficere, notat Gulielmus Benedict. dicto num. 427.

Secundò, facit text. in c. grandi. de supplenda neglig. prælat. lib. 6. ibi, *fidelitate, homagio, iuramento, seu pacto*. in quibus verbis manifestè apparet, posse aliquẽ, pacto facere se hominẽ alterius.

Tertiò, facit text. in l. fin. C. de transact. vbi valet transactio inter dominum, & seruum, & inter do-

dominum, & adscriptitium, tametsi ex ea transactione adscriptitius, & seruus grauent statum suum, confirmando dubiam seruitutem: prout aduersus Glos. communiter tenent Doctores ibi, vt per Padillam post alios nu. 3. vbi ait, qd est sine dubio in adscriptitio, per tex. in l. iubemus, & Auth. adscriptitios. C. de episcop. & cleric. quod etiam dicũt ibi Cynus Paul. Salycet. & Alex. Videtur enim ideò esse sine dubio in adscriptitio; quia adscriptitium potest se quisq; facere.

Quartò, Speculator Ioann. de Platea, & alij allegant pro hac parte text. in l. cum decurionatus. & l. si quos spontaneos. C. de decurion. lib. 10. l. fi. C. de tabul. eod. lib. l. adoptiuum. §. fin. ff. de in ius vocan. l. fin. C. de tabul. exhiben. Guido Papæ allegat l. fin. C. de constit. pecun. alij frequenter allegant c. 2. de Iudæis. quos non aliter expendo.

Quintò, argumentatur Speculator pacto potest quis se facere religiosum: cap. omnes fœminæ 27. quæst. 2. sed esse religiosum, est esse seruum, licet non seruum formalem. c. multos 54. distinct. ergo licet non se possit homo liber facere seruum formalem, potest restringere suam libertatem.

Sextò, argumentatur idẽ Speculator, & cum eo cæteri, sententia lata cum aliquo, quod sit homo meus, sufficit ad hoc, quia in iudicio quasi contrahitur. l. licet. §. filius. ff. de peculio. ergo multò magis sufficiet pactũ, quo verè contrahitur. l. 1. §. fi. ff. de liber. agnosc. l. Pomponius. §. si ex causa. ff. de vsufructu. l. si seruus plurium. ff. de legat. 1. Sed hoc argumentum non videtur tutum, quia sententia non ideò seruum facit, quia in iudicio quasi contrahitur, sed quia detegit, & declarat veritatem, & id, quod est. l. res iudicata. ff. de reg. iur. alioquin, idem concluderet in vera, ac formali seruitute.

Septimò, ponderatur text. lib. 11. iudicum vbi maiores natu de Galaad fecerũt se hoĩes Iepthe,

Octauò, apud Neapolitanos est constitutio Probationum defectus, sub tit. 36. libro 2. quæ ita expresse rem hanc determinat, & ibi notant Gl. Andr. de Isern. & Afflict.

Nonò, est text. expressus in l. 4. tit. 25. partit. 4. tex. in l. 89. tit. 18. parti. 3. cuius aliquot verba refero. *Metense algunos omes so señorio de otros, faciendose suyos, e la carta deue ser fecha de aquesta manera. Sepan quantos esta vieren, como Bernaldo por si e por sus fijos que ha, e aurá de aqui a delante, que seran varones, prometio à Domingo Yañez recibiente por si, e por sus herederos, de ser su ome, e de sus fijos para siempre jamas.* Et reliqua, vbi obligatur agrũ colere, & ab eo non recedere.

Decimò, adiungitur hæc potestas, quam in se ipsum quemlibet habere, toto hoc tractatu probamus: & quod dictũ est, suprà lib. 1. cap.

r.cap.3.num. 16. dummodo non sit ad formalem seruitutem, quēlibet posse se ipsum vendere: quod Romani extendebāt, etiamsi ad mortem se venderet.

31 An autem requiratur causa, vel sine causa teneat hæc submissio? Et non requiri causam, aiunt Speculat. d. §. quoniam. num. 11. Faber numer. 4. in §. serui autem. Instit. de iure person. & sequitur Gregor. Lopez dicens ibi approbari in l. 4. tit. 25. parti. 4. gloss. 1. Contra requiri, dixit Chaseneus in consuetu. Burgund. Rubr. 9. §. 5. gl. 4. num. 3. & hoc quoque tenet Gregor. Lopez dicens ibi approbari gl. 1. in l. 89. tit. 18. part. 3. Crederem causam interuenire debere, vt dominus vel terrā colendam tradat, vel promittat hominem suū defendere: alioquin esset iniustus contractus, & generale est, sine causa non tenere stipulationem. l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione. l. cum. de indebito. §. fin autem. ff. de probationi. cum simil.

32 Patet ex prædictis, quantum ad institutum nostrū spectat, non rectè sensisse Paul. Castrēs. nu. 8. in l. item quia 4. ff. de pact. & consil. 144. pactum istud lib. 2. quatenus dixit, non valere pactum, qd debitor frumenti non possit soluere, nisi ad beneplacitum crediditoris, quia esset contra publicam vtilitatē, quæ suadet, quod vnusquisque ab hac seruitute debiti possit se liberare: quod sequitur Ioannes Baptista Lupus in l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor. nume. 23. vers. tu etiam. Quia ad hanc seruitutē quilibet se obligare potest. Et licet illud pactū reprobandum sit, quando est positum in fraudem vsurarum: Glo. in l. fin. C. de pact. pignor. & in l. qui Romæ. ff. de verbor. obligat. Quando abest suspicio fœnoris, valet, quia forsan creditor sperat frumentum breui efficiendum vilioris pretij, & vult spectare tempus, in quo valeat tanti, quanti eo tempore, quo mutat. Ita dixerunt Raphael Cuman. & Paul. de Castro, ac Alexan. num. 7. in l. qui Romæ. ff. de verborum obligat. idem Alexan. num. 1. Iason num. 16. in d. l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pactis.

S V M M A R I A
Ex Capite sequenti.

1 *Pactum commorandi in aliqua ciuitate ad certum tempus, valet.*
2 *Et quid de pacto de habitando perpetuo.*
3 *Non posse ab aliquo loco recedere, est species seruitutis.*
4 *Obligatus ad factum an pracisè cogatur?*
5 *De iure Regni, obligatus ad factum pracisè cogitur adimplere.*
6 *Idem de iure canonico.*
7 *Potius standum est iuri canonico, quàm ciuili.*
8 *Quando partes expresè paciscūtur, ad factum pracisè compelli posse, valet, & compellenda sunt.*

Idem

CAPVT XVIII.

Quatenus valeat pactum de commorando in aliqua ciuitate, aut de eam non ingrediendo.

1 QVo distinctius hæc res explicari possit, aliquot casus consideran di sunt. Primus casus est, cū quęritur, an valeat pactū, quo quis obligatur, aliquo certo ac limitato tpe in aliqua ciuitate morari. Et nō valere, dixit Dy. in l. Titio centū. §. Titio centū. el 2. ff. de condit. & demōſ. prout refert Bart. ibi ante nu. 1. dicens, Dynū dixisse, illū tex. facere ꝓ illo, qui promisit stare aliquo tem

A 2 pore

pore in aliqua ciuitate, & idem Bartol. ibi num.4. ait. *Nota quod non potest alicui constitui domicilium, vt in aliquo loco habitet*. Baldus ibidem in fine ait. *Nota quod per pactū non potest quis necessitari ad domiciliū habendū in tali loco* Idem ait Ioannes de Imola ibid. nume. 5. qui non loquuntur de perpetuitate, sed simpliciter reprobāt pactum, idem sentit Bartol.num.3. in l. qui concubinam. §. vxori.ff. de lega. 3. dum ait, quod si quis obligetur ad commorandum in certo loco non valet, quia est species seruitutis, neque loquitur de perpetua obligatione, sed simpliciter de obligatione, quæ potest etiam in tēporali verificari.

Pro hac opinione ponderatur tex.in d.§.Titio centum.& quod sit species seruitutis, de qua relatius agendum est in casu seq.

Si hæc sententia vera esset, neque ad interesse teneretur, sic paciscens, hic est enim sensus dicentium pactum non valere.

1 Contrarium, imò id pactum valere, sentiunt Couarru. Gail, Capicius, & reliqui citandi in casu sequenti, quatenus vim faciunt in perpetuitate pacti, & tradit Scipio Rouitus in pragma.8. nu. 8.tit. de cōpositionibus. ita Baldus in cap. ex rescripto.num. 11. de iureiurand. ait, quod potest debitor se obligare, etiam absq; iuramento, ad standum in aliqua ciuitate, & inde non discedendum absque licentia creditoris, idem notarunt Innoc.& Hostien. num.6.& num.10. Henric.Bohic. num.17.Imola num.6. Bellamera num.17. Anto.de Butrio num. 2. & nume. 10. in eod. c. ex rescripto.Archidia.nu.3. in cap.supplicitet.23.q.8.

Pro istis videtur tex.in d. cap. ex rescripto, & in cap.exposita. de arbitris. & faciunt aliæ rationes adductæ hoc libro c. 14. quibus probatū est, licere se in obsidem & in pignus dare; faciunt etiam fundamenta adducenda in casu sequenti, quæ multò magis verificantur in hoc casu.

2 Secundus casus est, cum quæritur, an valeat pactū, quod quis teneatur perpetuo habitare in aliqua ciuitate. Et pactum hoc nullatenus valere, sentiunt Dynus, & Bartol.num.3 Bald.in fine Cumanus & alij in d.l.Titio centum.§.Titio centum.el 2.ff.de cōdit. & demonstratio. Albericus in §. Titio centum. el 1. eiusdem legis.Anchara.num.5. Alexan.de Neuo nu.6.in cap. 1. qui matrim. accusar. poss. Ludoui. Roman.in l. stipulationes non diuiduntur. num.65.ff.de verb.obligat. Palacios Rubios in Rubri. de donatio. inter vir.& vxor. §.2.num.3. Capicius decis. 135. Andr. Gail li.2.de pace.c.2.nu.20.Matthæus Brunus in tract. de cessione bonorum.q.21. principali. num.15.

Idem tenent, specialius declarantes, non valere eiusmodi pactum, ad hoc vt quis præcisè cōpelli possit ad habitādū, sed valere, ad hoc vt parti teneatur ad id,

id,quod sua interest: Couarru.2. par. de sponsalib.ca. 7. in initio num.5.Salcedo in additi ad Bernardum Diaz. reg. 880. limit. 1.

Mouētur isti primò, per text. in l.Titio centum 70.§.Titio centum.el 2.ff.de cōditio. & demonstration.cuius verba sunt. *Titio centum relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat, vel in illa ciuitate domicilium habeat, potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur, sed in defuncti libertis alio iure vtimur*. Vnde vides,non valere illud onus, quod in illa ciuitate domicilium habeat,ergo eodem modo non valet pactum.

Huic text. respondet Odofredus in proprio loco, quod aliud est per modum legandi, aliud per modum contrahendi, quia contractus obligant vltro citroque:l. Labeo. ff. de verborum signific.sentit Odofredus, quod licet legatum inducens eiusmodi onus non valeat, pactum autem valet: & ita non licet arguere ab illo tex. Minchaca de successionum creatione.lib.3.§ 29.nu. 17. ait, quod in hoc casu non valet argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus:allegat l. non solum.ff. de action. & obligatio. coniuncta l.1.ff.de condit.instit. l. 3. ff. de condit. & demonstrat. Ego ex eo confirmo, quod pacto potest se quisque facere colonum adscriptitium: l. cū scimus. C. de agrico. & censit. lib. 11. l. 89.tit.18.parti.3.qui se obligant habitare perpetuo in fundo, & ab eo recedere non possunt:l. 2. l.originarios.l.seruos.C. de agri & censit.lib.11.

3 Secundò mouentur per rationem illius tex.ibi,*ius libertatis infringitur*.quia per hoc pactum infringitur libertas,cum nihil multum à specie seruientium differant, quibus non datur facultas recedendi:l.2.ff.de libero homine exhiben.l. ab hostibus.ff. de captiu.& postlim.reuer.nam qui liber est,potest ire quo vult:l. penult.C.de operis libertor.l. quis sit fugitiuus. §.idem rectè. ff. de ædilit. edict. neque solutus dici potest, qui à ciuitate non potest recedere:l. qui neque sequuntur §.solutum.ff. de verborum signific.& in Auth.quomodo oportet episcopos.§.si verò.collat.1. sed pacto nemo potest sibi libertatem adimere:l.nec si volens.l. interrogatam.C. de liberali causa. ergo eiusmodi pactum nō valet.

Respondetur,quod debere habitare in aliqua ciuitate, non est esse seruum, licet aliquo modo restringat libertatem, & hæc restrictio talis est,quam quilibet sibi ipsi imponere potest pacto, & voluntate sua:licet à dispositionibus,in quibus præter voluntatem propriam apponitur, lex velit illam excludi: vt in d. §. Titio centum.Et licet verè & formaliter seruum pacto nemo se possit facere,si est ingenuus: d. l. nec si volens.dicta l. interrogatam. tamen restringere sibi libertatem,

potest, vt dictum est capite præcedenti: neque vlla lex est, quæ eiusmodi restrictionē prohibeat, esset enim contra ipsam libertatem, & ita Baldus in c.1.nu.4.de lege Corradi inquit, quod per hoc non infringitur libertas: sequuntur Afflict.ibi nu.17. Greg. Lopez gloss. 8. in l.27. tit. 11. parti.3.

Tertiò mouentur, quia communis sententia vult, ne valeat locatio operarum in perpetuum, ne sit libertas inutilis: argumento tex.in l.3.§.ne tamē.ff. de vsufruc.l.antiquitas.C. eodem tit.& eodem modo possunt ponderari illi, qui tenent, non licere pacisci, quod quis possit carcerari, nō valere renuntiationem cessionis bonorum, & id genus, de quibus infrà capitulis sequentibus.

Respondetur, nimis diuersum esse, habitare in aliqua ciuitate, & teneri ad perpetuas operas, neque obligato habere alicubi domicilium, inutilis fit libertas: in cessione bonorum, & obligatione ad carceres, verius esse, valere pactum, vt eisdē locis probamus. Ac vtcunque fit, ex authoritate non sumitur efficax argumentum, Bart.in l.1.C.de professor. vrbis Cōstan.lib.10.Syluester Aldobrandin. in §. responsa prudentum. Instit.de iure natur. gent. & ciuili.

4 Quartò mouentur prædicti ex eo, quod factū præcisè non obligat, sed qui factum promisit, soluendo interesse liberatur: l.in stipulationibus. §. operarum. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus, ff. de verborum obligatio. vbi tradunt Bartol. & communiter Doctores. l. si quis ab alio. §. final.ff.de re iudic.l.si traditio. C.de action.emptio. ita & qui promisit commorari in aliqua ciuitate, debet posse liberari, soluendo interesse, neq; est præcisè cōpellendus habitare.

Respondetur primò, in puncto iuris forsan esse verius, factum præcisè obligare, prout tenent Corrasi.lib.2.Miscellaneor. cap.3.Bolognet.num.213. in dicta l. stipulationes non diuiduntur. ac alij Recentiores, cuius rei disputandæ non est præsens locus.

5 Respondetur secundò, quod iam hodie iure Regni factum præcisè obligat, & ad illud obligatus præcisè compellitur: l.13. l.35.tit.11.parti.5.l.3.tit.14.ead. parti. 5. vbi notant Gregorius Lopez gl.4.Mieres de maioratu. 4.part. quæstio.1.limit.2. in fine. Gutierrez. de iuramento confirmatorio.1.part. cap.39. nume.5. Villalobos & Olanus in antinomijs iuris ciuil. & Regij. litt. O, nu.5.Quidquid velit Anton.Gomez.tomo 2. variar.c.10. nu. 20.

6 Quod eo verius est, quia de iure canonico factum pręcisè obligat, vti argumento tex.in cap.1. & in cap. qualiter. de pactis. notat Abbas in c.per tuas.de arbitris.tex.& ibi Abbas in c.veniēs. de iureiur.Ruin.num.82. Alciat.

num.

num.84.limita.10.in d.l. stipulationes non diuiduntur. Decius num.18.in cap.1.de iuditijs.Couarr.in cap. quamuis pactum. de pactis lib.6.par.1.§.4. num.6. ad finem. Atqui in Regnis Christianorũ, quoties iure ipsorum proprio nihil expressè decisum reperitur, potius standum est iuri canonico,quam iuri ciuili,prout loquendo de Hispania tradunt Montaluus glos.vlt. in l. 4. tit.5. lib. 1. fori.Burgos. de Paz.in l.1. Tauri num.590.Palacios Rubios in introductione ad Rubric. de donation.inter vir.& vxor. num. 15. Villalobos in communibus opinionibus. litte L.num.74.Didacus Perez.quæst.3. prooemiali. Io.Gutierrez.de iuramento confirmatorio.3.part.cap.17.num.8. quorum rationes idem euincunt in quolibet alio Regno.

7

8 Respondetur tertiò, quod quãdo inter partes actum est expressè, aut tacitè, apparetq; per vrgentes coniecturas, quod obligans se ad factum præcisè compellatur, neque soluendo interesse liberetur, standum erit conuentioni, etiam de iure ciuili,cũ præcisè cogi, non sit contra bonos mores ciuiles, neque naturales,ideò seruanda erit conuentio:l.1.l.iuris gentiũ.§.Prætor.ff. de pact.l.1.§.si conuenerit,ff. de positi. ita in terminis tenent Gl. verbo cogẽdam.in l. hæreditatẽ. ff.de donation.Bolognet. in d. l. stipulationes nõ diuiduntur. nu. 224. Pariter cum paciscentis in-

9 terest,factum præcisè adimpleri, & nõ satisfit suæ intentationi solutione pecuniæ, cogi obligatũ, vt præcisè factum præstet, dixit Bald. num.1. in l. cum precibus. C.de rer.permutatio.per l.cũ ser uus.ff.mandati & rationem text. in l. procurator ad exhibendum. §.fin.versic.infinitum. ff. rem rat. haber.l.isti quidem.§.fin.ff. quod metus causa.sequitur Alex.num. 27.in d.l. stipulationes non diuiduntur. Atquì dubium non est, quin ille qui ab alio stipulatur, ꝙ in aliqua ciuitate perpetuo domicilium habeat,velit id præcisè obseruari, soleatq; interesse habere, qđ præcisè obseruetur, & id interesse non sit pecunia æstimabile, quod interesse affectionis solet in iure considerari, & ob id actionem tribui. l. cum ser uus.ff.mandati. l. videamus. §.1. ff.de in litem iur. l. si venditor 6. §.fi. ff.de seruis exportand. Ergo valet conuentio.

10 Respondetur quartò, quod in omnibus instrumentis hodie in Italia solet apponi iuramentum, quo apposito, dubium non est, quin factum præcisè obliget: c. si.& ibi Anton.& Abbas,& cæteri.ne prælati vices suas.Gl.& Doctores in l.si pecuniam.ff.de condictio.ob caus.Alex.num.27. Ias. nume.33. & alij in d.l.stipulationes non diuiduntur, ac per multi, quos citant Gutierrez.de iuramento confirmatorio. 1. part. cap.39.Seraphinus de Seraphin. de priuilegijs iuram. priuil.74.

Et ita in Hiſpania ex iure patrio, in Italia ex iuramento ſemper factum præcisè obligat.

Contrarium ergo, imò validè poſſe quemlibet ſe obligare ad habitandum perpetuo in aliquo loco, ſenſit Odofredus in d.l.Titio centum.§.Titio centum. el 2. ff. de conditio. & demonſtratio. dum dicit, aliud eſſe per modum legandi, aliud per modum paciſcendi, & Alexand. ibi in addit. ad Bartol. vbi ait, quod pro hac ſententia eſt caſus, ſi bene ponderetur, in l.Iulianus §.eum quoque.ff.ex quib.cauſ.maior. Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 13. dum non acquieſcit contrariæ opinioni, & pro hac ſententia ſtant Antonius de Butrio, & cæteri in caſu ſequenti referendi, quatenus volũt, valere eiuſmodi pactum in contractu matrimoniali appoſitum, quod vir teneatur habitare in domicilio vxoris, & inter alias reddunt hanc rationem, quod nullibi reperiatur tale pactum prohibitum, euincit enim hæc ratio, valere pactum etiam extra illum caſum matrimonij.

Pro hac ſententia facit primò, poteſtas hæc, quam toto hoc tractatu probamus, habere vnumquemque in corpus ſuum, quoad pertinẽtia ad hanc vitam, debet enim poſſe & hoc pactũ paciſci.

Secundò facit, ſumma vis pactorum, quæ ex æquitate naturali poſcit placitum adimpleri, nulla lege prohibitum: l.1.ff.de pactis. præſertim cum hoc pactum non ſit contra bonos mores, ciuiles neque naturales.

Tertiò facit, text. qui videtur expreſſus in l. cum ſcimus. C. de agric.& cenſit. lib. 11. vbi probatur, poſſe aliquem ſe efficere colonum adſcriptitium, ac ſe obligare adhærere glebæ perpetuo, & culturæ fundi inſiſtere, à qua non poteſt vllo modo recedere: l.2.l.originarios.l.ſeruos. eod.titu.l.89.titu. 18.part. 3.

Quartò, quiſque poteſt ſe curialem facere ſpontè ſua, l. cum decurionatus. C. de decurionib. lib. 10. qui non poſſunt vllo modo à ſua ciuitate diſcedere: l. ſi quis decurio.l.curiales.l. quidã. C.de decurio.lib.10.l.vnica. C.ſi curialis relict. ciuit. eodem lib.l. 1. ff.de decurio. cum ſimili. ergo valet obligatio ad habitandum perpetuo in aliquo loco.

11 Tertius eſt caſus, cum in contractu matrimoniali, prout ſæpè fit, apponitur pactum, quod vir teneatur perpetuò habitare in domicilio vxoris, neque poſſit aliò domicilio transferre, & quæritur, an hoc pactum valeat, & vir ſit præcisè compellendus ad illius obſeruationem? Et valere, compelliq́ue virum poſſe, dixerunt Hoſtienſ.in Summa.tit. de coniugio ſeruorum. §. & an conſenſus num.5.idem Hoſtienſ. num. 3. Ioan. Andr. num. 2. Anton. de Butrio num. 9. Panormitan. qui dicit communem, num. 5. Præpoſit.num.5. Anchar.num.

etiam

etiam 5. Alexand. de Neuo qui pariter dicit communem. num. 5. & 6. in c. 1. qui matrimonium accusar. poss. Cardinal. Zabarella in cap. 2. num. 3. eod. tit. Henric. Bohic. in cap. de illis num. 4. de sponsalib. Angel. Clauasi. in Summa. verbo vxor. num. 9. Syluester in Summa. eod. verbo. quæstio. 8. Ludouic. Roman. in l. stipulationes non diuiduntur. num. 66. ff. de verborum obligation. Emanuel Suarez in thesauro commu. opin. verbo vxor. Iacobinus de Sancto Georgio num. 3. in Rubr. ff. de iure dotium. Francisc. Marc. decis. 740. num. 2. par. 1. Anton. Capic. decis. 135. qui pariter dicit communem, Matthæus Brunus consil. 167. num. 16. qui etiam dicit communem, & iterum in tract. de cessione bonorum. quæst. 21. principali num. 15. Capella Tholosan. decis. 87. Petrus Rebuff. in tractat. de priuileg. scholar. priuil. 79. in fin. Palatios Rubios in Rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 2. num. 3. Bernard. Diaz de Lugo regul. 800. limitat. 1. Ferdinandus Loazes in allegatio. super oppido de Mula in responsione ad 5. & 6. fundamentum oppidi nume. 51. Nauarra in Manuali. cap. 14. nume. 20 Didacus Perez gloss. 1. ad fin. in l vlt. tit. vlt. lib. 4. ordinam. Gregor. Lopez gloss. fin. in l. 2. titu. 5. parti. 4. Bursatus consi. 207. nu. 13. & cons. 204. nu. 18. libro 2.

12 Imò amplius volunt prædicti, non solum valere pactum de habitando perpetuo in aliqua ciuitate, verum etiam in aliqua domo, ita enim loquuntur Hostien. Ioan. Andr. Præposit. & sequuntur cæteri suprà citati.

13 Adduntq; Anton. de Butrio, Abbas, Alex. de Neuo, & Palac. Rub. ac sequuntur cæteri, quod in casu voluntariæ cõtrauentionis, valebit ac poterit exigi pœna, quia nõ tollit libertatem matrimonij, in contrahendo vel dissoluendo.

Pro hac vera & communi sententia facit primò, quod in traditione rei suæ vnusquisque potest apponere pactũ quod vult: l. 1. C. de pactis conuent. c. verum de conditio. apposit. vnde idem multò magis debet licere in traditione mulieris, cum videlicet mulier tradit se ipsam viro, iuxta notata in cap. gemma. de sponsalibus.

Secundò, Anton. de Butrio addit, quod eiusmodi pactum non est contra libertatem matrimonij, neq; in coniungendo, neq; in separando, ergo debet valere.

Tertiò, Alexand. de Neuo pōderat, quod istud pactum non tàm ponitur ad obligandum maritum, quod habitet in certo loco, quàm ne vxor cogatur dimittere ciuitatem, in qua fuit nata, & nutrita, & ne separetur à parentibus & consanguineis suis: vt in l. possessioni. C. communia vtriusque iudic. quę separatio est nimis dura. l. liberorum ff. de verborum significat. vnde propter

indiuiduam vitæ cōsuetudinem quam vir & vxor habere debēt. l. 1. ff. de ritu nuptiar. sustinetur, quod in matrimonio valeat hoc pactum.

Quartò, idem Alex. de Neuo ponderat quasdam congruētias, sed præstat ipsius verba referre, ait enim. *Licet maritus obligetur per hoc ad habitandum in domicilio vxoris, per hoc uxor non compellitur ad dimittendum domicilium propriū, vnde non perdit libertatem morandi in proprio domicilio, & sic licet viro restringatur libertas transferendi domicilium, ex hoc vxor retinet libertatem non mutandi domicilium proprium, vnde vnum cum alio debet compensari.*

14 Quintò, Palacios Rubios, & Gregor. Lopez. dictis locis perpendunt, quod licet regulariter secundum communē non valeat pactum, quo quis se obligat perpetuo habere domicilium in aliqua ciuitate, tamen si appositum est in fauorem alterius personæ, valet: argumento text. in l. cum tale. & in l. si quis legauerit. ff. de condit. & demonstr. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. 3. ita declarant Raphael Cuman. Pau. Castr. & Ioannes de Imola in d. §. Titio centū. el 2. Emanuel Costa lib. 2. selecta. interpretat. cap. 19. num. 5. Atqui in hoc casu sumus ī pacto apposito fauore mulieris ergo valere debet. Hoc tamen argumentum videtur habere difficultatem, quia, vt declarat Imola, isti nō sentiunt, quod valeat simpliciter, ad hoc, quod precisè compellatur, sed ad hoc, vt teneatur ad interesse, & ita pendit etiam Gregor. Lopez. vbi suprà.

Sextò, Ludouicus Rom. in d. l. stipulationes non diuidūtur. nu. 66. ff. de verbor. oblig. in fi. Palac. Rubios d. §. 2. nu. 3. Capicius decis. 135. num. 4. & Matthæus Brunus cons. 167. nu. 16. perpendūt,

15 quod licet communis relata suprà casu secundo, esset vera, tamen limitatur, quoties persona quæ facit pactum, aliquod ius habet in eam personam, cui imponitur onus habitandi in certo loco, quia eo casu valet, & tenet eiusmodi onus, & præcisè compellit adimplere: prout est text. in ead. l. Titio centum. §. Titio cē tum. el 2. ff. de condit. & demon. vbi notant omnes l. Mæuia. ff. de manumiss. testamen. sed vxor ius habet in maritum c. 1. & ibi Glo. & Doctor. de coniugio leprosorum. cap. si quis vxorem. 32. q. 1. cum adductis suprà lib. 1. ca. 2. l. 4. ti. 5. par. 4. ibi, *E esto es porque ha derecho en el.* igitur valet pactum.

Septimò, pondero quod hoc pactum non habet absolutā perpetuitatem, quia tantùm durat matrimonio permanente, quod posset esse admodum breuis temporis, & ita pactum temporale sine dubio valere debet: iuxta notata per Gl. in l. 3. §. ne tamen. ff. de vsufructu. Glos. & Doctores in l. antiquitas. C. eod. titu. & dicta supra in primo casu.

Octa-

Octauò, facit potestas hæc, quam toto hoc tractatu comprobamus, quamque superiori casu diximus efficere, quod verius sit, quemlibet posse obligare se ipsum ad habitandum in aliqua ciuitate perpetuo.

16 Nonò, & nunc vltimò, facit etiam non vulgare fundamentum, quod à nemine animaduersum ad hāc rem, valdè miramur, nempè, conforme esse iuri diuino, maritum in domicilio vxoris suæ commorari, nam in diuinis scripturis non fine mysterio sæpius repetitū est, *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ*. Genes. capit. 2. Matthæi cap. 19. Marci cap. 10. 1. ad Corinth. cap. 6. & ad Ephes. cap. 5. quod refertur in cap. fraternitatis. 35. quæstio. 10. cap. debitum. de bigamis. cap. gaudemus. de diuort. quibus verbis præcipi videtur, vt quis vxori suæ cohabitet, prout declarauit Christus Dominus, & tradit Concilium Tridentinum session. 24. in princip. Archidiacon. in dicto cap. fraternitatis. scribitur etiam lib. 3. Esdræ cap. 4. *Homo patrem suum relinquit, qui enutriuit illum, & suam regionem, & ad mulierem se cōiungit, & cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem*. Perpendit Tiraquel. in præfat. l. si vnquam. nu. 12. C. de reuoc. donat. & hinc videtur fluxisse Hispanū adagium, *de donde eres hombre?*

17 *de la tierra de mi muger*. tametsi Mallara non aduertat centur. 4. adag. 16. Valebit ergo, imò piū erit pactum, quod nos ad vetustiorem legem diuinam reducit. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

18 Limitatur ista communis sententia, vt nihilominus si nouus aliquis casus emergat, propter quem oporteat à pacto recedi, possit maritus aliò domicilium suum transferre: quia non est nouum, propter casum superuenientem pacti vim relaxari: cap. pastoralis. de exception. l. si conuenerit. cum duobus sequent. l. si cum Cornelius. ff. de solutio. Ita notant Henric. Bohic. nume. 4. in cap. de illis. de sponsalibus, qui ponit exemplum, si vir incidisset in capitales inimicitias, vel in corporis valetudinem, vel aeris insurrexisset eo loco intemperies, idem aiunt Hostien. in Summa titu. de coniugio seruorum? §. & consensus. num. 5. idem Hostien. num. 4. Ioann. Andr. num. 2. Anton. de Butrio num. 9. Abbas, Anchara. & Præposit. omnes nu. 5. in cap. 1. qui matrimon. accus. poss. Zabarella in cap. 2. nume. 3. eodem titulo. Franc. Marcus decis. 704. nume. 2. part. 1. Didac. Perez. & Gregor. Lopez, Syluester, Angel. de Clauasio, Bernar. Diaz de Lugo, Roman. & alij suprà citati. Tiraquell. l. 1. connubiali. num. 39. Bursat. consil. 207. numer. 13. lib. 2. Rebuff. in priuil. 79. scholar. qui ponit aliud exēplum, videlicet, si maritus effectus

ctus fuiſſet conſiliarius, ſequitur Loaces d.nu.51. quod poſſet generalius intelligi, ſi effectus eſſet officialis, vel oporteret cauſa Reipublicę proficiſci, Anton. Gomez. tomo 2. variar. c. 10. nu. 24.

Hoc ergo caſu, liceret marito transferre domicilium, neq; teneretur ad pęnā promiſſam, quia tunc tolleret libertatem conſequutiui ad matrimonium, nimirum exactionis debiti, prout notant Anto. de Butrio nu.9. Abb. num.5. Alex. de Neuo num.6. in d.cap. 1. qui matrim. accuſ. poſſ. Palacios Rubi. in Rub. de don. inter vir.& vxor. §.2. nu.3. & ſequuntur cæteri.

Et hoc caſu, mulier non obſtante pacto, teneretur ſequi virum ſuum, ex regula text. in cap. vnaquæque 13.q.2. c. admonere. 33. quæſt. 2. cum his quæ adducunt Doctores vbique, Gratianus regula 499. quod illi laudi erit, nam & quæ vagabundos maritos ſequuntur, laudantur. Plotus conſ. 1. nu. 18. & 19.

Contrarium ſimpliciter, quod hoc pactum non valeat, ad hoc quod maritus cogatur præcisè illud obſeruare, ſed tātùm quoad intereſſe, voluerunt Couarr. 2. par. de ſponſal. cap.7. in initio. nu.5. Anton. Gomez. tomo 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 24. Salcedo in addition. ad Bernardum Diaz. d. reg. 800. limit. 1. Ioannes Matienzo in Rub. tit. 1. lib. 5 Recopilat. nu. 95. & videntur ita reſidere Burſatus conſ. 204. nu. 18. & Gregor. Lopez. vbi ſupra.

Mouentur iſti primò, quia eſt ſpecies ſeruitutis, ideò valere non debet d. §. Titio cētum. Sed iam ſuprà reſponſum eſt, valere, quando imponitur onus ei, in quem ius habet paciſcens, ex Romano nu.66. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, quam concluſionem ſi Couarruu. apud Romanum vidiſſet, ait Matthæus Brunus d. conſ. 167. nu. 16. quod non tenuiſſet contra communem.

Secundò mouentur, quia eſt factum, ad quod nemo præcisè tenetur. Sed huic etiam fundamento in præcedenti caſu quadrupliciter reſponſum eſt, ideò ſublata ſunt omnia, quæ pro hac parte contra cōmunem dici poſſunt: ac proinde ſine dubio ſtandum erit communi reſolutioni.

19 Quartus caſus eſt, cum quæritur, an è contrario valeat pactū, ne quis poſſit ingredi in aliquā ciuitatem, quod frequentiſſimè fit in remiſſionibus iniuriarum, & quidem quando pactum eſt tēporale, ne infra tot annos liceat eſſe in ciuitate, nemo dubitat valere, dixit in expreſſo Scipio Rouitus ſuper pragmat. 8. de compoſitionibus. nu.8. & conducunt Bald. nu. 11. in cap. ex reſcripto. de iureiuran. & cæteri citati ſuprà caſu primo. Gloſ. & Doctor. in l. antiquitas. C. de vſufructu. Gloſ. & DD. in l. 3. §. ne tamen. ff. eodem tit.

20 In pacto verò perpetuo, quod non valeat, tradiderunt Ancharan.

ran.consilio 75. num.3. Alciatus conf.134.nu.3.lib.5.Octaui.Vulpellus in tract. de treuga, & pace. quæst.55. Nicolaus Moronus in eod.tract.q.187 Scipio Rouitus super pragm. 8. de composition.Regni Neapolitani. num.8. cum sequentibus. Viui. opinione 574. & habetur in Syntagm. commun.opinio.loco 4.tit.3. de pactis capit.7. qui censent,quod offensus remittens iniuriam, & delictum offendenti,non potest, etiam de consensu offendentis, apponere pactum, quod offendens non possit commorari in illa ciuitate, vbi delictum fecit,& quod si id pactum appositũ fuerit, erit nullum,ac eo nõ obstante offendens poterit ingredi, & habitare in illa ciuitate.

Mouẽtur isti primò,quia aiũt, pactum prædictum esse contra publicam vtilitatem, cum Reipublicę intersit ciuitates liberis hominibus repleri. l. fin. C. de indict. viduit. tollen. l. cum ratio. ff.de bon.damnat.hoc autem pactum priuat ciuem propria patria, & patriam ipsam priuat ciue, nec dicatur, quod parum refert,quia poterit alibi constituere suum domicilium, & sic Respublica in vniuersum considerata illum retinet, ideò neque dici poterit læsa, quia in propria patria est ciuis originarius, in alia erit incola, inter quos magna est differentia, Menoch. lib.
21 sexto. præsump. 12.num.56.cum ergo sit hoc pactum contra publicam vtilitatem, neq; iuramento poterit confirmari: Bartol. in l.si pro eo.num.7.ff.de fideiussor. Alciat.num.86. in cap. cum contingat. de iureiuran. Couarruui. 2.par.capit.quamuis pactum. de pact.lib.6.§.1. num.1. cum sequ. ita argumentum hoc tangit Anchar. d.consf.75. num.4. & latiùs deducit Scipio Rouitus vbi supra num.11.Viui.vbi supra.

22 Respondetur primò, quod maior vtilitas publica versatur in punitione delictorum, l. ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. l.licitatio §.quod illicitè. ff. de publican. & post Scotum ait Plaza in Epitome delict.cap.21. in princ. quod actus punitionis est nobi-
23 lior omnibus alijs actibus iustitiæ, maior autem vtilitas publica præfertur minori, cap. bonæ. de postulatione prælat. l.cæterũ. §.sed & si quis.ff.de legat.1.post alios Surdus decis.155. num 24. ergo ne delictum remaneat omninò impunitum, sustinendũ est, vt ille, qui ob homicidium, nisi remissio partis interueniret,esset suspendendus, saltem in ipsa remissione possit obligari, non intrare perpetuo ciuitatem, vt aliquo modo puniatur.

Respõdeo secundò, quod Reipublicæ interest repleri ciuitatẽ ciuibus honestis, frugi, & quietis,non homicidis,& delinquentibus, qui priuatorum, & publicam quietem turbant, ideò eijciuntur à ciuitate. l. congruit. ff. de officio præsidis.

Re-

Reſpondetur tertiò, quod retinere in ciuitate illum, qui aliquem occidit, non eſt via replen di ciuibus vrbem, ſed potius pri uandi eam multis ciuibus, nam ex aſpectu perpetuo inimici, facilè inter vtriuſque partis conſanguineos exardeſcit ira, & deuenitur ad arma, & mortes multorum, vt ſæpius experientia docuit.

24 Reſpondetur quartò, quod nõ poſſe in ciuitatem aliquam venire, principaliter eſt intereſſe priuatum, ſecundario publicum, imò & nimis remotè, & quando agitur de intereſſe alterius, publica vtilitas, quæ venit in conſe quentiam, non attenditur. l. 2. ad fin. ff. ad municipal. Bartol. & alij in d. l. ſi quis pro eo. Surdus deciſ. 62. num. 9. & alij paſſim.

Secundò argumẽtatur Ancharan. paciſci quod non liceat mihi ciuitatem intrare, non videtur paciſcentis intereſſe, ergo nõ debet valere, argumento text. in l. penult. ff. de pactis. ſtipulationes enim inuentæ ſunt, vt vnuſquiſque ſtipuletur, quod ſua intereſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborum obligat.

Reſpõdetur, quod imò nimis intereſt, remouere ab oculis inimicum, qui patrem, filium, aut fratrem, vel alium conſanguineũ occidit, & in ſpecie Baldus in c. 1. num. 4. de lege Corradi dicit, quod eſt quodammodo de iniuria ſatisfieri: argumento text. in l. ſed ſi unius. 17. §. ſi ante iudicem. ff. de iniur.

Tertiò, propter prædictam reſponſionem replicat Ancharan. quod qui pacem, & concordiam perpetuam facit, non videtur hoc poſſe honeſtè dicere, quia ſic indignationem pęnæ non remitteret, & duritiem in animo retineret, contra naturam pacis, & concordiæ, quæ eſt deponere omnem animi languorem. l. ſeruus. ff. de ſeruis exportand. §. fin. Inſtit. de iniurijs deducũt, idem argumẽtum Alciat. & Vulpellus, & Viui. vbi ſupra dicentes, quod iſtud pactum eſt contra naturam pacis, quia retinet rancorem, pactum autem contra naturam con tractus, aiunt non valere. per l. 1. §. penult. ff. depoſiti. l. cum pręcario. ff. de præcario.

25 Reſpondetur primò, quod nõ eſt verum, quod iſtud pactum ſit contra naturam pacis, & multò minùs contra ſubſtantiã, neque quod faciat retinere rancorem, quia imò certum eſt, quod remit tens iniuriam quoad animi rancorem, non videtur remittere quoad ſatisfactionem, ideò poſt talem remiſſionem, poteſt accuſare iniuriantem, neque id tenetur remittere, ſed ſolum odium intrinſecum, Gloſ. in capit. quia prælatus 1. quæſt. 4. Gloſ. & Doctores in c. 1. de maledicis. Gloſ. & Faber in §. fin. Inſtit. de iniurijs. Bartol. in l. non ſolum. §. 1. ff. de iniur. Iaſon num. 2. & 3. in l. ſi tibi. §. quædã. ff. de pact. Boſſius tit. de iniurijs. num. 17. Iul. Clar. §. fin.

§.fina.quæst.58. nu.37.& 38.Molina lib.2.cap.5.num.12. Decian. lib.3.tracta.crimin. cap.34.num. 29.alios prætereo sciens. Si ergo non est contra naturam, neque contra substantiam remissionis, retinere ius accusandi,& petendi offendentem suspendi, & retenta ea potestate non remanet animi rancor, multò minus erit contra naturam, aut contra substantiam pacis, velle, quod absit à ciuitate, neque ex hoc potest dici,quod remanet animi rācor. Ex prædictis apparet cessare ea omnia, quæ adducit Viuius vbi suprà, adeò vt superfluum sit illis vlterius respōdere, neq; enim tenetur offensus lege Christiana remittere supplicium & pœnas, sed solum odium intrinsecum. Imò aliquando non debet illa remittere,sed expetere punitionem. Nauarr. in Manuali. capit. 14.num.25.

Respondetur secundò, quod non solum istud pactū non ostendit retineri rancorem,& odium, verum est prudēs cautio,ne possit vnquam odium, & rancor recrudescere, quia cum potentia irascibilis sit ignea, & facilè accendatur, atq; nemo ita habeat animæ passiones sedatas, quin subinde pullulent, & renascantur, maximè ex præsentia obiecti, non potest caueri melius, quàm per illius remotionem, ne viso occisore patris, aut filij, obliteratum odium reaccendatur. Præterea inter cōsanguineos occisi, & occisorem possunt multę controuersiæ oriri, quæ licet inter alios sint leues, propter animorū exasperationem in magna scandala solēt euadere: quæ oīa absente delinquēte excusantur.

26 Respondetur tertiò, quod licet hoc pactum esset contra naturam pacis, tamē vulgatum est in iure, quod aduersus naturalia contractus licet pacisci, & valet pactum,licet aduersus substantialia non valeat.l.1. §.si conueniat.ff.depositi. l.1. C. de iure emphyteut. tradūt latè Cagnol. num.70.in l.contractus. ff.de regulis iuris.Aymon. Crauet.consf. 767. nu. 12. & consf.924. num.2. Dec.consf.94.num.28.Surdus decis.261.nu.12.& seq.& consf.243. nu.29.Turretus consf.81. num.15. & 17.lib.2.& alij passim,ideò Nicolaus Moronus vbi supra,vrgētius enunciabat argumentum, dicens,esse contra substantiam pacis,sed non esse ex p̄dictis patet.

Quartò argumentantur Anchar. d.consf.75. & Scipio Rouitus vbi suprà num.9.Exilij impositio pertinet ad Prætoris imperium, quia est de mero imperio: Bart.nu.10. in l. imperium. ff.de iurisd. omn. iudic. sed in his, in quibus Prætoris imperium versatur, priuatorum pactiones reijciuntur. l.iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. ergo pactum hoc reijciendum est.

Respondetur, quod partes hoc non possent facere in forma exilij,ita vt illud frāgens teneretur

tur

tur pęna exilij fracti, sed possunt facere in vim pacti: argumento text. in l. fin. ff. de officio pro cura. Cęsar. & ita in specie declarat Baldus num. 4. in cap. 1. de lege Corradi. dum ait. *Caue tibi, quia istud præceptum non habetur loco relegationis, aut interdictionis publicæ, ita quod, si non seruetur, debet tanquam violator interdicti criminaliter puniri*. Faciunt adducta infrà ca. 20. num. 11.

27 Quintò argumentatur Scipio Rouitus num. 10. exilium inter pœnas capitales ponitur à l. 2. ff. de public. iudic. saltem est pœna corporis afflictiua, quia ab exilio prouenit peregrinatio, ex peregrinatione paupertas, ex paupertate cruciatio, ex cruciatione mors; Bart. in l. si constante. nu. 20. & 21. ff. solut. matrim. Bossius tit. de carcerat. fideiuss. commit. nu. 7. Magoni. decis. Lucens. 36. num. 25. Farinac. q. 19. nu. 17. ergo non licet hoc onus assumere. arg. text. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Addo, quod vocat pęnam quasi corporalem Alberic. in l. non distinguemus. §. Iulianus. num. 11. ff. de arbitris. & corporalem Ioan. Andr. ad Speculat. tit. de arbitris. §. potest. nu. 7. verbo arbitretur. argum. tex. in l. fin. ff. de pœnis. & in l. si. ff. de in integ. restit.

Respondetur, quod illa longa catena Rouiti non est necessaria, non peregrinetur, sed domicilium constituat in alia ciuitate.

Respondetur secundò, quod abesse à patria sua, quia non pertinet ad trāsitum de hac vita ad aliam, est de his, quæ quilibet spontè facere potest, & domicilium vbi velit constituere. l. domicilium. l. incola. l. nihil. ff. ad municipal. ac proinde, potest ad id se obligare, ex his quæ adducta sunt lib. 1. cap. 4. & per totum hunc tractatum.

28 Sextò, argumentatur Rouitus, quod hoc pactum est contra ius naturale, quo diligimus patriā. l. veluti. ff. de iust. & iure. Alciat. præsumpt. 37. regu. 3. ideò velle, quod absit à patria, est quid impium, quia leges impios vocant eos, qui deserunt ciuitatem, & rus habitant. l. vnica. C. si curial. relict. ciuit. lib. 10. & pactum contra hoc ius naturale non valet: Bald. nu. 22. quæst. 19. in l. pactū. C. de collation.

Respondetur, illam legem loqui in curialibus; quia aliàs liberum est cuicunque incolatum, & domicilium mutare. l. incola. l. nihil. ff. ad municipal. Neque propterea perditur amor patrię, nam & absens illam amare potest, si quis verò promitteret nō diligere patriam, non valeret pactum, & hoc est quod ait Bald.

Septimò & vltimò, aliter deducit Scipio Rouitus nu. 16. hoc pactum esse contra ius naturale, nimirum, quia infringit libertatem: argum. tex. in l. Titio centū. §. Titio centū. el 2. ff. de condit. & demonstrat. & posset adducere

re communem opinionem, de qua supra in secundo casu.

Respondetur primò, quod ille text. loquitur in casu contrario, quando quis obligatur non recedere à certo loco, quòd quidem strictius est, modo loquimur, quando obligatur non accedere, quod est multò laxiùs, quia remanet ei residuum mundi, in quo liberè vagetur: ideò in terminis Bal.nu.4. in cap.1. de lege Corradi. ait, quod hoc pactum non infringit libertatem, sequuntur infra citandi. Neque in hoc Bal. loqui contra text. in d. §. Titio centum. qui hoc casu non loquitur. Sensit Diogenes, cui, cum quidam dixisset, Te Sinopenses Ponto exulem esse iusserunt, Respondit, At ego illos hac damno pœna, vt in Ponto extremisque Euxini littoribus inclusi perpetuò maneant. Refert Plutarch. in libello de exilio.

Respondetur secundò, quod etsi essemus in illo pacto stricto, tamen illius text. decisio limitatur, quando onus imponitur ei personæ, in quam aliquod ius habemus, vt habetur in eod. §. Titio centum. l. Mæuia. ff. de manumiss. testam. & dictum est supra num.15. sed offensus maximum ius habet in offendentem, quam potest accusare, & si casus talis est, facere occidi, ergo potest ei ex pacto hoc onus imponere.

29 Contrarium ergo, imò quod prædictum pactum valeat, etiam in fortioribus terminis, si pactũ côtineret, quod perpetuo exulet in aliqua insula; dixit Anton. Gama decis. Lusit. 63. & licet nihil alleget, comprobari potest ex eo, quod hoc pactum non est contra bonos mores naturales, nec ciuiles: & est de re tali, quam spontè quis facere potest, nimirum domicilium mutare. & trásferre. d.l. incola. l. nihil. ff. ad municipal. ideò seruãdum est, quia nihil vehemẽtius Rempublicam continet, quàm fides. Vt ait Ci-

30 cero lib. 2. officior. Nihilq; magis deberi hominibus, quàm pactorum obseruantiam, ait tex. in l.1. ff. de pactis. Et hoc interesse Reipublicæ, esseque de iure naturali, de iure gentium, imò & de iure diuino, multis adductis, latè comprobat Surdus decis. 261. nu.12. Et ad quietem consanguineorum occisi, securitatem ipsius delinquentis, ac decus publicum conducit, ne obuius conspectui inimicorum sit occisor. Adde quod Reipublicæ interest, vt aliqua saltem pœna puniatur, qui debuit vltima puniri, nisi remissionem illam conditionatam impetrasset ab offenso. Vt inde non sint vllius considerationis, quæ adducit Viuius conatus ꝓbare, hoc pactum esse contra bonos mores, sed ita vt ei respondere necesse non sit. Adde etiã leuissimum malum esse exilium, vt probant Seneca de consolat. ad Heluiam. Plutarch. de exilio.

31 Eandem opinionem tenet in expresso Baldus num.4. in cap.1.

de

de lege Corradi. vbi scribit in hæc verba. *Quærit idem Iacob. quando cōpromittitur in offensum, vtrum offensus possit mandare offendenti, quod de ciuitate exeat, & dicit, quod non, nisi in compromisso fuerit hoc actum, nec per hoc dicitur infringi libertas, vt leg. & not. in cap. quintaual lis. de iureiuran. & in l. fin. de Prætor. stipulat. per Bartol. sed quodammodo de iniuria satisfieri ff. de iniurijs. l. sed si vnius. §. si ante. Caue tamen tibi, quia istud præceptum non habetur loco relegationis, vel interdictionis publicæ, ita quod, si non seruetur, debeat tanquam violator interdicti criminaliter puniri: non enim hæc authoritas competere potest his, qui non habent merum imperium. C. de sent. & interlocut. omn. iud. l. nulli.* Hactenus Baldus. Qui manifestè vult, quod si inter partes actum est, quod offensus exeat à ciuitate, valet pactum, & obseruandum est. Baldum sequitur ibidem Afflictus num. 17. & ante hos dixerunt Iacob. de Ardizone in Summa de feudis. colum. vlti. & Ioan. Andr. ad Speculat. tit. de arbitris. §. post. nu. 7. verbo arbitretur. idem vult Alberic. per tex. ibi in l. fin. nu. 5. ff. de officio procurat. Cæsar. idem Alberic. in l. non distinguemus. §. Iulianus. num. 11 & in l. penult. num. 2. in fi. ff. de arbitr. Gregor. Lopez. glos. 8. in l. 27. tit. 11. parti. 3. Baiardus ad Iulium Clarum. quæstio. 67. num. 20. & 21. Et ita tenendum censeo, tametsi sciam, cōtrarium fuisse aliquando iudicatum, sed an rectè, aliorum esto iudicium. Meum sanè hoc est, ferendum non esse eum, qui post occisum filium, patrem insuper decipit, subdolè & fraudulenter impetrans ab eo remissionem, sub pacto non ingrediendi ciuitatem, ac rursus illud pactum vult aduersus naturalem fidem corrumpere, & annullare, in perniciem eius, qui ius suum nō remisisset, nisi speraret inimicū ab oculis suis perpetuò submouere. Neque vllam vim facio, quod remissio vocetur, aut pax, cum vtroque modo eadem naturalis ratio militet.

32 An autem si apposita sit pœna in casu quo offendens ingrediatur ciuitatē exigi possit? Anchar. dicto consil. 75. nu. 4. tenet quod non, eo argumento quod nō valet pactum, ideò nō debet valere pœna. Quia cum principalis obligatio sit nulla, non valet accessoria. l. fideiussor obligari. l. Mar-
33 cellus. ff. de fideiussor. Pro quo facit insignis Glos. verbo fauiana. in l. si patronus. 3. §. patronum. ff. si quid in fraudem patroni. quæ voluit, quod si pœna addatur contractui nullo erit nulla, neque exigi poterit, quam dicunt celebrem & communē post alios Padilla num. 74. Pinell. par. 1. cap. 2. num. 26. in l. 2 C. de rescind. vendit. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri. nume. 30. Peralta in l. cum pater. §. à filia. nu. 53. ff. de legat. 2. Farinac. quæst. 15. nume. 47. & alij alibi.

Contrariū nihilominus videtur

tur

tur verius, quia cum suprà tenuerimus, valere pactum, consequens est, valere etiam pœnam. Quinimò etsi dubium esset, an pactum valeret, ad hoc, vt præcisè cogi posset habitare extra ciuitatem, non posset dubitari, valere quoad interesse: ex his quæ adducta sunt suprà in 2. & 3. casu facit Alex. num. 4. in l. si quis accepto. ff. de condict. caus. data.

34 Et in expresso ita tenet Bart. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. num. 26. ff. de pact. vbi Bart. quærit, si alicui facta est remissio pœnarum, in quas ob delictum incurrerat, hoc adiecto, quod non debeat de cætero similia attentare, & si secus fiat, ipso iure reincidat in primas pœnas, tam tēporales quam spirituales, vtrum si veniat contra pacta, incidat in primas pęnas? & in hac quæstione Bartolus ita distinguit.

Aut ista pacta facta sunt cum domino, qui habet potestatem legem condendi, & tūc quia ista pacta sunt leges: l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor. l. Cæsar. ff. de publican. & vectigal. ille qui contrauenit, reincidit in primas pœnas, non tanquam ex in prioribus delictis, quia sublata sunt illa, & illorum obligationes: d. §. pactus ne peteret. sed ob nouum delictum, per quod contrauenit, meretur illas pœnas, in quas prius incurrerat ex omnibus delictis, & hoc facere lex potuit, punitur enim secundum delictum grauius, propter præcedētia, de quibus fuit condemnatus, vel absolutus: l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. l. 2. C. de Episcopal. audien.

Aut sumus in pactis illius, qui non habuit potestatem legem condendi, sed vt priuatus contraxit, & interposuit stipulationem, deduxitque in ea priores pœnas, quæ erant pecuniariæ, vel tales quæ possent ab illo promitti, & tunc contraueniens incidit in illas pœnas, non tanquam prouenientes ex delicto, sed tanquā debitas ex stipulatione, potest enim per stipulationem promitti, quod est possibile per legem deberi: l. non impossibile. ff. de pactis. facit pro hoc membro, quod post alios ait Bertazollus cons. 280. num. 6. lib. 2. quod pœna pacis ruptæ non venit ex criminali, sed ex ciuili.

Sub hoc membro continetur casus noster, vnde si in remissione apposita fuerit pœna pecuniaria, quod si ingrediatur ciuitatem teneatur ad mille, ex hac doctrina Bartoli pœna poterit exigi, sequuta contrauentione.

Aut verò in stipulationem à priuato factam deductū est, quid tale, quod in pactum deduci nō potest, puta, quod teneatur pœna corporali, & tunc etiamsi contraueniat, non possunt illæ pœnæ imponi; & ratio est, quia priores pœnæ sublatæ fuerunt per remissionem, & absolutionem illius virtute sequutam, vnde ad illas denuo deueniri non po-

gest, etiamsi placitum conuentum in cōtractu remissionis non impleatur, casus est ī l. quamuis. C. ad Senatusconsult. Turpil. vbi Bald. rationem reddit, quia fuit illa pœna sublata ipso iure, arg. l. sicut. §. quædam. ff. de pœnis. est etiam de hoc text. in d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & facit text. in l. Imperator. ff. de manumiss. testam. notat Farinac. q. 5. nu. 11. Ex pacto verò non potest criminalis pœna causari, ergo non possunt illæ priores pœnæ imponi.

Aut denique (dicit Bartolus) ista remissio fuit facta per pactū nudum, quod non est efficax ad producendam actionem, & tunc, quia prior pœna non resuscitatur, & ex pacto agi non potest, nullo modo ad priorem pœnam datur regressus, vt est casus in d. §. pactus ne peteret.

Hanc distinctionem Bartoli tenent idem Bartol. num. 4. Angel. num. 5. Bald. num. 20. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, idem Bartol. num. 4. in l. non solum. §. iniuriarum. ff. de pœnis. Bald. nu. 3. Roma. nu. 4. Ias. num. etiam 4. in l. si quis accepto. ff. de condict. caus. dat. Angel. num. 2. Paul Castrens. nu. 3. in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact. Fulgos. nu. 21. Alexan. nu. 26. Ias. nu. 46. Iacobin. de S. Georgio. num. 37. Bolognet. nu. 66. Hippol. Riminal. nu. 336. in d. §. pactus ne peteret. Carauita super ritu 275. num. 13. & 14. Baiardus ad Iul. Clar. §. fin. q. 58. num. 19. Tiber. Decian. lib. 3. tract. crimin. c. 34. nu. 71. vbi ait, quod distinctionem Bartoli omnes sequi videntur.

35 Illud adnotabo, quod Angel. in dicto §. qui prouocauit. num. quinto. Bolognet. numero 66. Riminald. numero 347. in d. §. pactus ne peteret. contendunt, conditionaliter absolutum, si deinceps tale quid non fecerit, in pristinas pœnas incidere, si faciat, aiuntque, neque id Bartol. negare, pro quibus faciunt Angel. numero 2. Paulus Castrens. nume. 3. in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pactis. sed hoc examinare non est instituti nostri.

36 Incidet tamen contraueniens in priores pœnas, etiam criminales, si contractus pacis, siuè remissionis à principe fuerit confirmatus, ex priori membro prædictæ distinctionis, & ita consulere videntur Gama d. decis. 63. Bolognet. d. num. 66. & cæteri.

37 Quintus, & nūc vltimus casus est, cum quæritur, an si offendēs dedit mandatum ad faciendam pacem cum offenso, possit procurator apponere hoc pactum, ne liceat offendenti ingredi ciuitatem. Et non posse, dixit Anhar. d. cons. 75. Quia in mandato non videtur includi iste casus grauissimus, amittendi propriam ciuitatem, quæ cuilibet est dulcissima: l. qui habebat. ff. de legat. 3. Nam qui perdit ciuitatem, dicitur capite diminutus media capitis diminutione, prin. Insti. de capi-

capitis diminutio. Procurator autem, quantumcunque habeat mandatum expressis certis casibus specialibus, nunquam tamẽ sub clausula generali sequenti veniunt grauiores, nisi specificè exprimantur: & hoc est grauissimũ, & fortè grauius quàm vnius inimicitiam sustinere. Et patria dicitur quodammodo genuisse suum ciuem, ideò potest illum vendicare:l.de iure.ff.ad municipal.l. 1. ff. de rei vendic. vnde quemadmodum generale & liberum mandatum habens, non potest grauare patrem ad exhæredationem filij, c.quintauallis.de iureiuran. ita videtur, quod nec procurator vigore talis mandati possit ciuem priuare patria, & patriam ciue. Sequuntur Iacob. Nouellus in practica criminali. c.fin.num.59.Baiard.ad Iul.Clar. §.fin.q.58.nu. 19. & videntur sequi illi, qui in casu præcedenti tenent, non valere pactum ab ipso principali factum. Imò & Bal. & sequaces, qui tenent valere, si quidem volunt, quod si comprõmissum est in offensum non possit iubere, exire de ciuitate,nisi expresè dictum sit. Neque in praxi ab hac opinione videtur recedendum, tametsi in contrarium ponderari potest, quod ferè in omnibus remissionibus
38 hoc pactum solet apponi,& procurator censetur habere mandatum ad ea facienda, quæ sunt ex consuetudine. Bartol. in l. fi. ff. quæ in fraud.credit. Vnde procurator simpliciter constitutus ad contrahendum,potest apponere pœnam,& pacta solita:Bald.in l. benè à Zenone. C. de quadriẽnij præscriptione. post alios Surdus decis. 213. num. 4. Præmaximè, quod aliter non fuisset obtenta remissio,nec reus liberatus.

Sed si offendens instrumentum pacis produxisset, obtinuissetq; illius virtute abolitionem criminis,videretur ratum habuisse pactum prædictum. Quia vtẽs instrumento videtur in eo con-
39 tenta approbare: l. si quis testi-
40 bus. C. de testib. & qui agit ex contractu, illum ratum habere videtur:Bal.consi.34 nu. 1. lib.2. & contractum ratificat, quicunque ex eo percipit aliquod commodum:l.Iulianus.§.fi. ff.ad Macedon.plura per Tiraquell.de iure constit.par.3.limit.30. nu. 12. Surdum conf.28.nu. 20. & 21. & decis.229.nu.4. cum seq. & alios alibi. Neque posset partem acceptare,partem repudiare:l. quidam elogio 20. C. de iure deliber.l.si ita stipulatio.in fin. ff. de oper.libert.l.in causæ.ff. de procurat. l. qui vtilia. C. de omni agro desert. lib. 11.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Operæ obsequiales, etiam præstito iuramento, alij quàm patrono deberi non possunt.*

2 *Ad tempus potest quis locare operas*

suas, ita vt præcisè cogatur.
3 *Perpetuo an possit quis operas suas locare? & num. seq.*
4 *Debere perpetuas operas, non est esse seruum.*
5 *Valet perpetua locatio operarum, ad hoc vt teneatur locans ad interesse.*
6 *Quando est electa industria persona, non potest seruire per substitutum.*
7 *Locatio operarum perpetua hoc adiecto, quod præcise cogatur ad seruiẽdum, non valet.*
8 *Valet locatio perpetua operarum facta à paupere.*
9 *Valet etiam fauore religionis.*
10 *Et an fauore Reipublicæ.*
11 *Et quid in liberto?*
12 *De locante operas, aut se obligante seruire in Regijs triremibus.*

CAPVT XIX.

An quis possit operas suas locare in perpetuum?

Circa operas liberi hominis tres casus cõsiderandi sunt. Primus casus est, cum agimus de operis obsequialibus, & harum promissio ab ingenuo emissa, siuè perpetua sit, siuè temporalis, nullam producit obligationem, etiamsi stipulatio solemnus fuerit interposita, imò etiamsi iuramentum fuerit additum, quia à solo liberto patrono suo deberi possunt: 1 tex. in l. 2. l. fabriles. l. operæ in rerum. l. seruus. l. vt iurisiurandi. ff. de operis libertor. l. penult. ff. si à parente quis fuer. manumiss. l. penult. ff. de obseq. à liber. & libert. l. 3. ff. de vsufruct. legat. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Notant post alios Lucas de Penna nu. 4. in l. cum scimus. C. de agricol. & cen sit. lib. 11. Baeza de inope debitore. c. 1. num. 11. Couar. in ç. quamuis pactum. de pactis. lib. 6. par. 1. §. 2. num. 5.

2 Secundus est casus in operis fabrilibus, quæ cuilibet & à quolibet deberi possunt, quãdo quis ad tempus eas operas alicui locauit, & quæritur, an præcisè cõpelli possit ad eas exhibendas, & non posse dixit Glo. in l. post certi. 36. C. de liber. caus. eo fundamento, quod sit factum, ad quod nemo cogitur præcisè: l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbor. obligat.

Contrarium in hoc casu operarum ad tempus locatarum, quod possit locans præcisè compelli, quia videtur electa industria personæ: l. inter artifices. ff. de solutio. quo casu videtur actũ, quod præcisè fiat, nec licet soluere interesse: dixerunt Gl. verbo seruari. Odofred. nume. 2. in l. si hi 22. C. locati. Florian. in l. 3. §. constituitur. ff. de vsufructu. Azo in Sũma tit. C. de locato. num. 7. Henric. Bohic. in cap. ex rescripto. num. 14. de iureiur. Boer. in tracta. de authoritate magni cõsilij. nu. 34. Andræas Gail li. 2. de pace publi-

publica.cap.2. num.23. in fi. Caroc.in tract.de locato.tit.de libero homine,num.9. fol.125.

Pro quibus est tex. ĩ l.qui operas.ff.locati. tex.in l. si hi contra quos.22.C.eodem titu. l.stipulatio.§.siuè. ff.de noui oper. nunc. l. si fundum.ff.de verbor.obliga.

3 Tertius casus est, quãdo liber homo ingenuus operas suas,quę cuilibet deberi possunt,in perpetuum locat, & hoc casu, non valere locationem, adeò quod nec ad interesse teneatur, neq; opus sit per substitutum adimplere,dixit Irneri.antiquus glossator, & tenent Glos.verbo tibi. in l. post certi 36. C.de liberal. caus. Azo in Brocard. Rubr. 2. de tempor. considerat.nume.31.Paul. Castr. num.4.in l.antiquitas. C. de vsufructu. & vidẽtur tenere Siluan. consil.34.num.11. Boeri. in consuetud. Bituricen.tit.1. §.1.vers. contra hanc.Ioann.Gutierrez.in tracta. de iuramento confirmat. 1.par.cap.6.num.72.in fine.

Mouetur Irnerius primò,quia operas in perpetuum debere, videtur species seruitutis, quia q perpetuo alteri operari debet, non potest recedere ab eo loco, vbi ille residet, quod sine dubio à seruientium specie non multũ differt.l.2.ff.de liber.homin.exhiben.l.Titio centum. §.Titio centum.el 2.ff.de condit. & demonstratio.sed seruum se efficere,nemo priuatis conuentionibus potest. l.nec si volens. l. interrogatam. C.de liberal.caus. ergo non valet ea conuentio.

4 Respondetur primò, quod debere perpetua seruitia non est esse seruum, ita in specie dixit Bald.nu.4.in ca.solitæ.de maior. & obediẽ.probat in addicto, qui operari debet creditori,Quintilian.lib.7.oratoriar.institut. c.4. & dicit Ioannes Matienzo post alios in l.4. tit.16.lib.5. Recopilat.glo.2.num.16. quod non tollitur ei libertas,sed voluntas cõprimitur,& vt ait Gl.in l.1.C.qui bon.ceder.poss. non dicitur seruus,sed seruire:sequuntur Roderic.Suarez.ĩ l.2. tit.de los gouiernos.in princ.nu.20.Carroc.de locato.tit.de libero homine. nu.8.

Respondetur secundò,quod licet per hanc locationem perpetuam operarum restringatur aliquo modo libertas, non tamen inducitur formalis seruitus,quæ pacto induci non potest,sed grauatur libertas,quod fieri potest. l.cum scimus. C.de agricol.& cẽ sit.lib.11.l.89.tit.18.part.3. & suprà cap.17. deduximus.

Respondeť tertiò, quoad tex. in d.l.Titio centum.§ Titio centum.el 2.ff.de condit.& demonstrat.quod ille tex.reijcit eã conditionem de legato, neq; loquitur in pacto, vbi interuenit ipsius se obligantis voluntas, vt intelligit Odofred. ibi.

Secundò moueť Irnerius,qa illa interpretatio sumenda est,p q̃ libertas nõ sit inutilis,sicut in vsufructu,ea sumiť ne sit proprietas inutilis: l.antiqtas. C.de vsufructu.

fructu.l.3.ff.eod. tit.§. ne tamen. Institut.eod. Sed debens perpetuas operas habet libertatē inutilem, ergo non est admittenda ea locatio.

Respondetur, quod nō est inutilis libertas in eo, q debet perpetuas operas, quia habet dies feriatos liberos, vt notat Gloss. verbo certi.in l.si hi 22.C.locati. ac licet Baldo ibidem. & Ioanni Andr.infrà citando, non videatur ista ratio generalis, quia non comprehendit famulos, qui etiā diebus feriatis seruiunt, multis probari potest, libertatem non esse inutilem debenti perpetuas operas, potest enim acquirere, testari,testificari,contrahere,neque compellendus est incessanter operari, sed ciuiliter. Nihilominus Baeza de inope debitore.c.1.num.16.dicit esse splendida verba, in rei autem veritate nimis decedere libertati.

5 Contrarium, imò valere eam locationem operarum in perpetuum, in hunc sensum,vt non cogatur præcisè operari, sed possit, vel per substitutum seruire, vel soluendo interesse liberari, communis est sententia. Eam tenent Gl. verbo nunquam redire ad proprietatem. Odofred. nu. 3. Bartol.num.2.Bald num.8.Alberic. num.1. Fulgos. num.2. Salycet.nu.3. in l. antiquitas C. de vsufruct.Glos.verbo abscedente. Portius num.6. Angel. num.1. in §.ne tamen.Instit.eod.tit.Gl. verbo reuerti.Odofred.Bart.Angel. Bald.in l. omnes. §. constituitur. ff.eod.tit.Glos.verbo certi. Odofred.num.2.Bald.in addit.nume. 2. in l. si hi 22. C. locati. Portius num.8.Faber num.6.in §.seruitus Instit.de iure personar.Speculat. tit.de locato. §. postquam. num. 18.Azo in summa. C.eod. tit.nu. 6.Rofred.in titulo de actione ex locato.num.17.Henric. Bohic.in c.ex rescripto.num.15. de iureiuran.Anchar.in cap. lator. num.7. de pignoribus. Dynus,Odofred. Bartol. Imola in l. Titio centum. §.Titio centum.el 2.ff. de conditio.& demonstr.Guido Papæ decis.314.nu.2.Roman.singul. 365. an si quis obligauerit. Neuizan. consf.86.num. 16. in fine. Montaluus in l.8.tit.4. lib.4. fori, verbo asoldada.Carrozi.in tract.de locato.par.2.tit. liber homo. nu.4. Ripa in l. obligatione generali nu.10.ff.de pignor.Baeza de inope debitore. c.1. nu.3. 16. & 17. Ioan.Gutierrez.de iuramento cōfirmatorio.cap.16.num.39. & 73. par.1.Bonacosa in tract. de famulis. q. 85. Benincasa in tracta. de paupertate speciali.5.in contractibus. num.14. Nicellus in concordantia glossarum. nume.415. concordant. 80. Suarez in Thesauro commu.opinio. verbo operas num.16. Bursatus consi. 204. nu.21.lib.2. quorum plures testātur de communi, & magis communi.

Prior pars huius sententiæ,qđ hic contractus non debeat esse nullus,sed valere, eo fundamēto

sub-

subsistit, quod si declinamus illam difficultatem, quod libertas restringatur, publica vtilitas,& naturalis ratio postulant, pacta seruari: l.1.ff. de pactis.

Posterior pars, quod præcisè non compellatur, duobus fundamentis nititur.

Alterum,quod ille, qui seruire tenetur, potest seruire per substitutum: l.quisquis.l.ad similitudinem.C.de Episcop.& cleri.l.vnica.§. ne autem. C. de caduc. tollend.l. 3. ff. de vsufructu legat.

6 Hoc fundamentum plerisque ex suprà citatis displicet, quia quando est electa industria personæ, non potest seruitium per substitutum explicari:l.fideicommissa.§.fi.ff. de legat.3.d.§.ne autem.l.inter artifices.ff. de soluti. ideò non esse in eo insistendum, aiunt Fulg.nu.2.Saly cet. nu.6.in d.l.antiquitas. & sequuntur alij.

7 Insurgit ergo inspectio, si dictum esset expressè, quod teneatur præcisè seruire, neq; possit per substitutum,an valebit locatio perpetua operarum, & nihilominus valere, ac nihilominus posse fauore libertatis,ne infringatur,seruire per substitutum,dixerunt Faber num. 6. in §. seruitus.Instit.de iure personar. Ripa num. 10. in d. l. obligatione generali.Nicellus d.num.415. Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 17.Angel. verò num.1.in §. vsusfructus. Instit.de vsufructu. ait, quod valebit, & soluendo interesse liberabitur.

Contrarium, imò eo casu non valere, est de mente communis, & in expresso docent Angel. in l.3.ff.de vsufruct. Henric. Bohic. num. 15. in cap.ex rescripto. de iureiurand. Montaluus in dicta l.8.titulo quarto. lib.4. fori. verbo asoldada. Gutierrez.1. par.de iuramento confirmat.cap.16. nu. 73.Benincasa dicto tract. de paupertate speciali.5. in contractib. num. 14. Bonacosa in tractat. de famulis.q.85.Boeri. de authorit. magni consi.num.34. Carrozi.de locato tit.liber homo. num.5.

Alterum est fundamentum, quod obligatus ad factum soluẽdo interesse liberatur: l.si pœna. l.in stipulationibus.§.operarum. l.stipulationes non diuiduntur. §.Celsus.ff. de verbor. obligat. l. si quis ab alio. §.fi.ff. de iudic.l.si procurator.§. mãdati.ff. mãdati.

Huic fundamento in cap.præcedenti multipliciter respondimus, de iure forsan verius esse, factum præcisè obligare,esseque sine dubio quando verisimile est, partes ita sensisse: quod in hoc casu verosimile est,& iure Canonico, & Regio, factum generaliter præcisè obligare, interpositoque iuramento, prout in omnibus contractibus in Italia fit, esse expeditum, quæ omnia possent euincere, valere eiusmodi locationem perpetuam operarũ.

Posset insuper pro responsione ponderari potestas hæc, quã, toto hoc tractatu probam⁹, quẽlibet habere in se ipsum: quodq;

ſupra cap. 17. probatum eſt ex cõ muni, poſſe quemquam grauare ſuam libertatem, & quod videtur expreſſum in l. cũ ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. 89. tit. 18. partita. 3. pactum enim de ſe faciendo adſcriptitium, nihil aliud eſt, quàm perpetuo locare operas ſuas ad agrum colẽdum. Sed Baeza de inope debitore. c. 1. num. 16. in fine. & cap. 2. nume. 24. in fin. ait, inde non poſſe ſumi argumentum, quia ille eſt quidã hominum ſtatus à lege introductus. Quod mihi non videtur vrgere, & ſummo iure verius eſt, valere conuentionem, quod excidiſſe videtur Marino Freciæ in trac. de executione inſtrum. par. 8. q. 3. nu. 38. Sed in re tam recepta nihil muto.

8 Limitatur prędicta communis primò, in viro inope, qui paupertate preſſus pro alenda anima operas ſuas in perpetuum locaret, quam locationem validam eſſe, & præcisè compellendum ad eius obſeruationem, dixerunt Guilielm. & Paulus de Caſtro nume. 4. in l. antiquitas. C. de vſufructu. Florianus in l. 3. §. conſtituitur. num. 3. ff. de vſufructu. Carrocius de locato. tit. de liber. hom. num. 5. verſ. declaratur, nec videtur refragari Baeza de inope debitore. c. 1. num. 3.

Mouentur iſti primò, quia ob famem conceditur patri vendere filium, partem viſcerum ſuarũ: l. 1. & 2. C. de patrib. qui fil. diſtraxer. multò ergo magis debet cõcedi, poſſe locare operas in perpetuum.

Secundò, quia in mendicantibus validis propter eorum paupertatem, deciſum eſt, quod cogantur ſe facere colonos perpetuos: l. vnica. C. de mendican. valid. lib. 11. ergo multò magis poterit ipſe idem ſponte facere.

Cæterum idem Baeza dicto c. 1. nume. 16. non vult huic ſententiæ acquieſcere, dicens eſſe duriorem, quam Chriſtiana charitas patiatur. In quo forſan decipitur, cum animæ pauperum melius conſulatur, ſi operantur, quã ſi vagentur.

9 Limitatur ſecundò, fauore religionis, quo caſu valere locationem perpetuam operarum, & præcisè compelli poſſe ſeruire illum, qui ad ſeruitium hoſpitalis ſeu eccleſię ſe obligauit, inſinuat Innocent. & dixit Abbas. numero 11. in cap. inter dilectos. de donationi. Roman. ſingul. 365. an ſi quis obligauerit. Carrocius dicto tract. de locato. titu. de libero homine. nu. 10. Andræas Gail libro 2. de pace. cap. 2. nume. 20. Burſatus conſilio 204. num. 22. & 23. lib. 2.

Qui eo fundamento mouentur, quod eccleſia & Reſpublica æquiparantur: l. fina. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Reipublicæ obligatus non liberatur præſtando intereſſe, ſed compellitur præcisè implere obligationem: l. fideicommiſſa. §. final. ff. de legat. tertio.

Ori-

10 Oritur hinc tertia limitatio, vt pariter valeat locatio perpetua operarũ fauore Reipublicæ, ita in iurisperito, in medico, in senatore, ĩ clerico tradit Bursatus d. consil. 204. num. 23. Carrocius d. num. 10.

Sed Ripa in d. l. obligatione generali. num. 11. ff. de pignorib. ait, quod si non potest soluendo interesse liberari, (in quo prædicti constituunt priuilegium Ecclesiæ, & Reipublicæ,) non valebit perpetua locatio operarũ: & hoc magis placet Nicolao Pignolio in additione ad Romanũ dicto singulare. 635.

11 Quartò limitat Carroci. in liberto, quem ad perpetuas operas posse obligari, ait, dicto tractat. de locato. tit. de liberto. argumento text. in l. Titio centum. §. Titio centum. el 2. ff. de condi- tio. & demonstrat. l. Mæuia. ff. de manumiss. testamento.

12 Ex prædictis apparet, iuxta cõmunem resolutionem non valere conueutionem, qua quis se locat ad seruiendum perpetuò super Regijs triremibus, tametsi summo iure posset defendi: valere autem ad tempus. Ideò dubitandum non est, valere illam conuentionem Barchinonæ frequentem, qua reus promittit spontè, tot annos seruire in Regijs triremibus, in pœnam delicti, de quo accusatus est: & illã, in qua se obligat exulare, & si exilium fregerit, pœnam remigandi per tot annos sibi imponit: dummodo non sit perpetua obligatio. Quia si acceptis pecunijs posset, operas ad remigãdum per quinquennium, & amplius locare, cur non poterit in prædicto casu? Accedit doctrina Bartoli in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis de qua supra cap. 19. nume. 34. Quod si cum principe habente potestatem legem condendi fiat hæc pactio, valebit etiam obligatio perpetua ex eadem doctrina Bartoli.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Pactum quod creditor debitorem suũ capiat, & in priuatum carcerem detrudat, non valet.*

2 *Carcer priuatus omni iure prohibitus est.*

3 *Pactum de carcere priuato non firmatur iuramento.*

4 *Iurans redire ad carcerem priuatum, non tenetur redire, neq; propterea est periurus.*

5 *Carcerem priuatum quisque potest effringere.*

6 *Detinens volentem debitorem, non cõmittit carcerem priuatum.*

7 *Scriptor an possit detineri, quousque librum scribat?*

8 *Pactum quod creditor propria authoritate debitorem capiat, & in carcerem publicum mittat, non valet.*

9 *Carceratio eiusdem cognitionis est, cuius est causa principalis, ob quã fit.*

Pactum

citandus, vt constet an sit hæres, & non capitur, si fecit inuentarium.

CAPVT XX.

An valeat pactum quo quis se obligat ad carceres.

Rercelebris, & multorũ traditionibus agitata quæstio est, an valeat pactum, quo quis se obligat ad carceres; qua in re quatuor casus considerandi sunt.

1 Primus casus est, cum quæritur, an valeat pactum, quo continetur, posse creditorem priuata authoritate, debitorem suum capere, & in priuatum carcerem mittere, & huiusmodi pactum omninò non valet, ita dixerunt Baldus in margarita Innocentij. verbo homo liber. idem Baldus num.6. in cap. ex rescripto. de iureiuran. idem Baldus nu.8. ad finem. in l. fin. §. sed cum Seio. ff. si certum petatur. idem Baldus nu. 3. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. idẽ Baldus in l. Titio centum. §. Titio centum. el 2. ff. de condit. & demonstratio. idem Baldus consilio 247. proponitur quod Ioannes lib. 2. idem Baldus num. 5. in l. ob æs. C. de action. & obligatio. idem Baldus num. 5 Salycet. nu. 3. in Authent. imò illo. eodem tit. idem Baldus num. 2. Angel. num. 5. Fulgos. in additio. nu. 2. Roman. num. 7. Alexand. num. 7. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimo. Angel. ante num. 1. in Authen. vt non fiant pignorationes. collat. 5. Guido Papæ decis. 61. num. 1. Ripa in l. obligatione generali. nu. 22. ff. de pignorib. Anton. de Canario in tractat. de executione instrum. quæstio. 32. nu. 69. Matthæus Brunus in tract. de cessione bonorũ. quæstio. 21. principal. num. 14. Natta consil. 451. nu. 32. lib. 2. Purpuratus nu. 228. in l. imperiũ. ff. de iurisdict. omn. iudic. Ferdin. Minchaca de succession. creat. lib. 1. §. 9. num. 33. & lib. 3. §. 22. num. 81. Gregor. Lopez. glos. 1. in l. 15. tit. 29. parti. 7. Couarrui. lib. 2. varia resolutio. cap. 1. num. 7. ad finem. Gaspar Baeza de inope debitore. cap. 1. num. 35. Ioannes Matienzo glos. 3. nu. 9. in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilation. Antonins Quesada quęst. iuris cap. 8. Tiberi. Decian. lib. 9. tractatu criminal. cap. 1. nume. 31. Far nazius quæst. 27. num. 20. nouissimè Petrus Barbosa in dicta l. alia. §. eleganter. num. 36. ff. soluto matrimo. & idem. sentiũt omnes. alij, qui in sequentibus casibus citandi sunt, neque in goc casu, (quod sciam,) adest contradictor.

2 Horum vrgens fundamentum est, quod carcer priuatus omni iure prohibitus est, & qui illum exercet, delictum committit, neque priuati possunt authoritate & pactione sua efficere, quod carcer priuatus à lege prohibitus legitimè exerceri possit: l. qui cetum.

eum.l.& eum.ff. ad leg.Iuli.de vi publica.l.vnica.C.de priuat. carcerib. l.1.C.de cohortal.lib.12.l.1.l.fina.C.de curios. & stationar. eod.lib. l.15.tit.29.par.7.l.6.l.7. titu.9.eadem parti.7. l.12. titul. 4.l.2. titulo decimoquarto. libr. 2.fori.l.5. tit.13.l.5. tit.23.lib.4. Recopilat.Adeò,quod exercens carcerem priuatũ,incidit,in crimen læsæ maiestatis, d.l.1.C. de priuat.carcer.Farinac. quæst.27. num.8. Accedunt & aliæ rationes, quod carceratio sit imperij & iurisdictionis, ideò neque pactionibus priuatorum concedi potest, neque per priuatum explicari, de quibus in casibus sequentibus agemus.

3 Ampliatur iste casus primò,vt prædictum pactum neque etiam iuramento confirmari possit, ita dixerunt Bal.num. 3. in Authen. sacramenta puberum. C.si aduersus vendition. Angel. de Vbald. in tracta.de carceribus inter tractat.Bartoli.num.23. Roman.nu. 6.Alexan.num.6. in dicto §. eleganter. & ibi nouissimè Petrus Barbosa num.38. Crotus numer. 95.in l.nemo potest. ff.de lega.1. Natta,Ripa, Minchaca, Farinac. locis supra citatis.

Quorum sententia eo fundamento subsistit,quod pactum de exercẽdo carcere priuato est cõtra bonos mores, ac proinde iuramentum desuper præstitum nihil operatur: regula non est obligatorium.de reg iur.libr.6.

4 Ampliatur secundò,vt propterea qui iurauit ad carcerem priuatum redire, non teneatur, neque si non redeat, periurus sit. Bal.consi.247. proponitur quod Ioannes libr.2. Natta consil.451. num.32. lib.2. Farinac. quæst.27. num.20.& generale est,quod iniustè carceratus relaxatus sub iuramento,nõ teneatur redire: gl. & Doctor.in clem. pastoralis. de re iudic. & diximus suprà hoc lib.cap.10.& quod carcerem priuatum possit quisquam violare, & effringere: Glo.& Doctor.in l. succurritur.ff.ex quibus caus.maior.Farinac.d.quæst.27. num.13. Quesada d.cap.8.num.7.

Ampliatur tertiò,vt nec valeat adiectio pęnæ,ita ĩ terminis Natta dicto consil.451. num.33. lib. 2.Quesada d.cap.8.nume.7.Farinac.d. quæst.27. nume.20. quia, quãdo principalis dispositio nõ valet adiectio pœnæ pariter non valet: l.Seius augerius.& ibi notat Bartol.nume.3.ff.ad leg. Falcid. Bald. nu.47.in l. omnes populi.ff.de iustit.& iure. & est celebris glos. verbo fauiana in l. si patronus 3.§. patronũ.ff. si quid in fraud.patroni. diximus suprà hoc libro cap.18. num.33.

Limitatur primò is casus, vt procedat in pacto de præterito, quod creditor vult exercere in nolentem de præsenti, quia is propriè dicitur exercere carcerem priuatum, secus autem esset, si de præsenti creditor consentiret,se in domum creditoris includi,& ibi detineri,donec sol

uerct,

neret, quia tunc non diceretur mitti in carcerem priuatũ, quia volenti non fit iniuria, neque dolus: l. cum donationis.C. de transactio. l.3. §. si quis volentem.ff. de liber.hom.exhiben. cuius verba sunt, *Si quis volentem retineat, non videtur dolo malo retinere*. Et ita fuisse determinatum Bergomi, cum ex facto incidisset, in quodam, qui cum ad carceres iussu iudicis duceretur, veritus alios creditores, quorum copia præmebatur, illum, ad cuius instantiam tunc capiebatur, rogauit, vt potius eum domi suę retineret, ne ad carceres ductus, ab alijs creditoribus arrestaretur, cui creditor acquieuit, eumque non incidisse in crimen carceris priuati, resolutum fuisse, refert Alberic. in l.vnica. nume.2. vers. quæro de quæstione. C. de priuat. carcer. sequuntur Gigas in tractatu de crimine læsæ maiestatis. lib.1. tit. qualiter & à quibus crim. lęsę maiest.com.quæst. 35.num.10. Didacus Perez. verbo carçel priuada. in l.5. titul.14. libro 3. ordinam. Gregorius Lopez. glos. vltima. ad fin. in l.15. titu.29. parti.7. Ioãnes Gutierrez. practicar. quæstio. lib.1. quæstio. 83. Farinac. quęst.27. num.30. qui refert similẽ casum euenisse Romæ anno 1586. in quodam Antonio Brambilla.

Loquuntur isti in debitore, qui iam authoritate iudicis capiebatur, & dubiũ inde inijciũt, an idem essent dicturi, si captura non fuisset à iudice decreta, sed ex consensu debitoris fieret detentio, & planè idẽ videtur: Tum quia, ratio dictæ l.3. §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. hoc etiam casu locum habet, tum per textum in cap. ex rescripto. de iureiurand. cap. exposita, de arbitris. cum adductis hoc libro 2. cap.14. num.32. cum seq.

7 Limitatur secundò, in scriptore, qui promisit librum scribere, quem fauore publicæ vtilitatis posse ex facto cogi præcisè ad scribendum, & poni in compedibus, dixit Glo. in verbo siue. in l. stipulatio 21. §. siue autem. ff. de operis noui nunciatio. quam ibi miratur Bartolus non esse ab scriptoribus destructam, & Baldus, & Alexand. exaudiunt in eo, qui promisit scribere libros graues alicuius egregiæ artis, non in eo qui libros vanos, pront Bocacij, & similium; & illam glos. defendunt Speculat. titulo de conclus. & renuntiatione. nume.29. Bald. numer.3. in l. quisquis. C. de episcop. & cleric. Anton. de Butrio num.2. Abbas etiam num.2. in c. 2. de pigno. Crotus in l. nemo potest. num.12. ff. de legat.1. Alciat. numer.84. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligation. Felyn. numer.8. & 14. in cap. ex rescripto. de iureiurando. Matthæus Brunus in tractatu de cessione bonorum. quæstio. 21. principal. numer. 19. Auendan. ad l.4. & 5. titu.8. libro 3. ordinamenti. nume.14. vers. nonus casus

casus Gregorius Lopez glos.2. in l.75.titulo 18. parti.3.

Nihilominus eam Glos. communiter improbari, dixerũt Alexand. in l alia.§.eleganter.num. 6.vers.secũdò fallit.ff. soluto ma trim Ripa num.9.in l.obligatione generali.ff.de pignorib.Iason num. 12.in §.fina.Instit.de actio. Baeza de inope debitore cap.1. num.4.ac meritò, quia non videtur sufficiens causa, vt carcer priuatus exerceri possit, sed si scriptor compellendus est, præcisè pactum adimplere, per iudicem cogatur.

8 Secundus casus est, cum pactum cõtinet, quod creditor possit propria authoritate debitorẽ capere, & in carcerem publicum mittere: & hoc pactum non valere, tradunt Angel.num.5. Rom. num.3.& 4. Alexan. nu.9. ac nouissimè Petrus Barbose num.42. in l.alia.§.eleganter.ff.soluto ma trimo.Angel.num.2.in Authent. vt non fiant pignorat. collat.5. Paulus de Castro nu.3.in l. Titio centum.§.Titio centum.ff.de cõdit.& demonstr. Salyce. nu.3. in Auth.imò.C. de actio. & obligatio.Anton. de Canar. in tractatu de execut. instrum.quæst.32.nu. 69.Afflictus lib.1. Rubr.8.constitutione Pacis cultum. nu.16.Purpuratus num.228 in l.imperium. ff. de iurisdict. omn. iudic. Ripa nume.23. in d.l. obligatione generali.Brunus d.quæst.21. princ. num.14.Minchaca de successiõ. creat. lib.1 §.6.nu.33. & lib.3.§. 22.num.81.Gaspar Baeza de inope debitore.c. 1.nu.36.

Mouẽtur isti ex eo, quod aiũt, carcerationem esse de mero imperio, argumento tex. in l.1.C. de priuat. carcer.& in Authent. de exhibend. reis. §.si verò.collat.7. ita Ripa in d.l.obligatione generali.numer.22.& 23. Petrus Barbosa in d.§.eleganter. nume. 37.Farinac.d.q.27.nu.6.Sed non benè enuntiant maiorem huius

9 argumẽti, quia carceratio ad custodiam pro debito, non est meri imperij, sed simplicis iurisdictionis, regulariter enim carceratio est eiusdem cognitionis, cuius est causa principalis: iuxta commumem resolutionem Bartoli num.8. Baldi nu.10. Alber.nu. 14.Angeli num.6. Romani nu.6. Fulgosi nume.26. Alex. num.22. Socini num. 21. Iacobini de San. Georgio.num.35.Ioannis Baptistæ de S.Seuerino.num.29. Decij num.45. Curt.Iuni.nu.38.Ioann. Mariæ Riminaldi nu.21. Hippolyti Riminaldi num.435.Purpur. num.225. Aluari Valasci nu.162. Bologneti nume.73.Cagnoli nu. 218.Alciati num.130. in l.imperium.ff.de iurisdic. omn.iud. Est ergo carceratio hæc iurisdictionis, ea autẽ quæ sunt iurisdictionis, pactis priuatorum concedi non possunt.l.priuatorum. C. de iurisdict.omn.iud.neque per priuatos possunt explicari.l.non est singulis ff.de reg.iur.ergo id pactum non valet.

Ac tametsi huic fundamento

obijci

obijci poſsit id, quod eidem, in ſequentis caſus diſputatione reſpondemus, nõ procedere in priuato debitorem ſuum iure permiſſo capiente, dubio procul, vt id obtineat in capiente, & ad iudicem ducente, non videtur poſſe obtinere, in detrudente in carcerem publicum, quod omninò ſapit iuriſdictionẽ. Carcer enim locus publicus eſt, in quo nemo niſi iuriſdictionem habẽs, quidquam iuris exercere poteſt, neq; priuatus poteſt ſua pactione ius facere, quidquam in carcere faciendi, quia hoc non poteſt fieri iure facultatis, ſed iure iuriſdictionis.

Contrarium, imò valere hoc pactum, conatur probare Ioãnes de Platea in l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib. 10. Vbi quæſtionem diuiſit in duas partes, & in prima probauit, valere pactum quod debitor poſsit propria authoritate creditoris capi, & huius rei argumẽta in ſeq. caſu expendemus, ſed non inferunt quod poſsit capere, & carcerare; ſat autem facient, ſi probabunt, quod poſsit capere, & ad iudicem ducere. In ſecunda parte probauit, valere pactum, quo quis ſe obligat ad carceres, & eius fundamenta in caſu 4. expendemus, ſed non inferunt, qđ poſsit ſe obligare ad carceres ducendus authoritate priuata creditoris, & ſat eſt, probent, valere obligationẽ ad carceres decernendos à iudice. Itaq;, in hoc caſu priori receptæ ſententiæ ſtandum eſt.

10 Tertius caſus eſt, cum quæritur, an valeat pactum continens, quod liceat creditori priuata authoritate creditorem capere, & ad iudicem ducere: & hoc pactum non valere, expreſsim dixit Salyc. in Authent. imò. num. 3. C. de action. & obligat.

Idem tenent, qui ſimpliciter volunt, non valere pactum, quod creditor poſsit propria authoritate debitorem capere, vimq; faciunt in ipſa ſola captura: cuiuſmodi ſunt Bart. num. 6. Alberic. num. 5. Pau. Caſtren. num. 2. Ioan. de Imola num. 3. Alex. num. 9. in l. alia. §. elegãter. ff. ſolu. matrim. Paul. Caſtr. num. 3. in l. Titio centum. §. Titio centũ. el 2. ff. de conditio. & demonſtrat. Angel. num. 3. in l. ſi vnus. §. pacta quæ turpẽ ff. de pactis. Alberi. in l. 2. num. 3. ff. de liber. hom. exhiben. Ludouic. Roman. in l. ſi deceſſerit. nu. 4. & 5. ff. qui ſatiſd. cogan. Franc. Aretin. nu. 1. Ioan. Crot. num. 11. Ioannes Annibal. nu. 95. in l. nemo poteſt. ff. de legar. 1. Fely. nu. 13. in cap ex reſcripto. de iureiurand. Hyeronym. Cagnol. in l. non eſt ſingulis. num. 4. ff. de reg. iur. Matthæus Brunus in tract. de ceſsione bonorum. q. 11. principal. num. 18. Ioan. Matienzo gl. 3. num. 9. in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilat. Aſini in tracta. de executione inſtrum. § 3 cap. 4. num. 9.

Imò & Baldus, contrariæ partis, aſſertor, videtur ſentire, non

va-

valere huiuſmodi pactum, in l. conſentaneum.nu.26.C.quomodo & quando iudex.

Mouentur iſti ex eo, quod ſuprà dictum eſt, capturam iſtam eſſe meri imperij, vel ſaltem iuriſdictionis, ideò non poteſt à priuato concedi, neque per priuatum explicari: l. priuatorum. C.de iuriſdict.omni.iudic.l. non eſt ſingulis.ff.de regu.iur. Vtuntur hoc argumento Alexan. nu. 6.argum.8.in d. §. eleganter.Ripa num.23.in d.l.obligatione generali.& cæteri.

11 Reſpondetur, quod quando ex pacto,vel alias de iure,priuatus habet ius capiendi debitorem, vt in l. capite quinto. ff. de adulter.l.interdum.§.qui furem. ff.de furtis cum ſimil. illa captura non eſt iuriſdictionis,ſed ſimplicis facultatis, ita declarant Bald.nu.10. Alberic. nu. 14. Socin.nu.21. Ioan. Mar. Riminald. num. etiam 21. Purpurat. num. 225.verſ.limito tamen. in l.imperium.ff.de iuriſd.omn.iudi. Ideò ceſſat omninò iſta difficultas, quia nec creditor,ſtante hoc pacto,exercet iuriſdictionem, nec debitor concedit iuriſdictionē, ſed ſolam prehenſionem, non per modum iuriſdictionis, ſed per modum facultatis.Ita etiam reſpondet huic argumento Ioannes de Platea in l. nemo carcerem.nu. 28.ad fin. C. de exactor. tribut.lib.10.

Secundò mouētur ex eo,quod ſi hoc pactum valeret,facilè poſſent ſcandala, & rixæ euenire; dum enim creditor vult debitorem capere,ille verò reſiſtit, ad diſſenſiones,rixas, & vulnera facilè deueniri poteſt:intereſt autem Reipublicæ,cauere, ne hæc ſcandala eueniāt:& ita in his terminis videtur text.in d.l.non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. dum ait, *Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratus publice fieri poſſit,ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.* Conducunt tex.in Auth. de mandatis principum.§.1. verſ. deinde.collat.3.text. in l.penul.C.ad legem Cornel.de ſicarijs.l.æquiſſimum. ff. de vſufruct. cum ſimilib.ergo pactum non valet. Vtuntur hoc argumento Roma.nu. 4. Alex.nu.6.argum. 3. in d. §. eleganter.Minchaca,Baeza, & cæteri ſupra citati.

12 Reſpondetur, quod pactum hoc valet quidem, ſed non eſt exercendum cum ſcandalo, in debitorem reſiſtentem, & repugnantem: ita Fulgoſ. nu. 2. Aretin.num.3. in d. §. eleganter.Socin.conſ.99.num.11.lib.4. quod, licet diſpliceat.Petro Barboſę viro doctiſſimo, in d. § eleganter. num.42.tamen num. 47. videtur placere.

13 Sic etiam valet pactum, quod creditor poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum debitoris:l.3. C. de pignor. l.11.tit.13. parti. 5. & tamen, ſi debitor reſiſtat,eadem ſcandala oriri poſſunt ex hoc pacto, neque enim minus ſolent homines

pro

pro rebus, quàm pro persona tumultuari, & huic difficultati satisfit, quod non debet eiusmodi pactum exerceri contra eum, qui de facto cum armis resistit, neq; hoc efficit, quin valeat pactum: Bartol. nu. 18. in d. l. 3. C. de pignor. Ripa num. 23. in d. l. obligatione generali. Afflictus lib. 1. tit. 8. constitut. Pacis cultum. nu. 16. Tiraquell. de iure constituti possessorij. 1. par. nu. 38 Menochi. de adipiscen. rem. 5. num. 81. Ioannes Matienzo gl. 3. num. 7. & 8. in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilat.

14 Sic etiam, iudex potest cõmittere parti, quod ingrediatur possessionem propria authoritate: Glos. in l. meminerint. C. vnde vi. imò & ipsi parti potest committere capturam aduersarij, vti ait Baldus num. 37. in Authen. sed omnino. C. ne vxor pro marito. argumento text. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. & quia possent succedere scandala, in-

15 telligitur vtrunque, sine vi, & cõtra non resistentem: Bartol. d. nume. 18. ad fin. Abbas. nu. 13. Felyn. pariter nu. 13. in cap. de cętero. de re iudic. Alex. in d. §. eleganter. nu. 6. argum. 6. Iason nu. 13. in l. iustè possidet. ff. de acqu. posses. Cagnol. num. 5. Maineri. num. 6. & seq. in dicta. l. non est singulis. Parisi. consil. 22. nu. 54. lib. 1. & alij passim.

16 Sic etiam, licet ex pacto possit dominus, non soluente emphyteuta canonem, propria authoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ, id tamen intelligitur sine vi, & contra non resistentē de facto: Bartolus nu. 3. Iason num. 103. in l. 2. C de iure emphyteut. Imola num. 32. in capit. potuit. de locato. Crauetta consil. 18. nu. 7. Clarus §. emphyteusis. quæstio. 11. de qua tamen re videndus Corbulus de causa priuatio. ob non solut. canon. quæst. 13.

Pariter, eadem scandala oriri possunt, quando quis capit debitorem fugitiuum, & tamen licet: l. ait Prætor. §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit. & quando capit furem, & tamen licet: l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & quando manum inijcit in seruum, (nam & seruus est humana creatura, vt ridiculè notabat Abbas in c. solitæ. de maiorit. & obedien. & potest tumultuari, & rixari,) ac nihilominus licet: l. Titius. ff. de seruis export. l. si quis sub hoc pacto. ff. de contrahen. emptio. & quando capit libertum sui debitoris, & tamen licet: l. pro hærede. § si quis ea mente. & ibi Glos. & Bartolus. ff. de adquiren. hæredit.

Non est ergo inconueniens, quod valeat pactum istud, & tamen non debeat violenter, & cũ scandalo exerceri in debitorem armis resistentem; si verò creditor possit commodè, debitorem capere, & ad iudicem ducere, non videatur iniuria fecisse, pacto suffragante.

Tertiò, Alex. in d. §. eleganter.

nu.6.arg.4.pōderat tex.in l. misi opinatores.C.de exactor.tribut. lib. 10. & posset ponderare l. 1. C. de curios. & stationar. lib.12. Sed vtrobique nihil de pacto.

17 Si opinionem istam teneamus, limitanda est, vt valeat pactum de capiendo debitore, si fugiat, vel in alijs casibus a iure permissis: Bald.num.6.& in cap. ex rescripto. de iureiurando. Angel. nu.5.Fulgos.in addition. qui dicit, q; pactum operabitur, quod sine alia probatione eorum, quæ requiruntur in debitore suspecto de fuga, iudex iubebit eum capi: Roman. num.8. in dicto §. eleganter. Antonius de Canario in tractat. de execut. instrumen. q.32.num.70.

18 Imò amplius, quod istud pactum simplex de capiendo debitore propria authoritate, etsi aliàs nō valeret, operetur, quod a iudice iubeatur capi,etsi nō sit suspectus de fuga: dixit Baldus nu.26.in l.cōsentaneum. C.quomodo & quando iud. sequuntur Paris de Puteo in tract. de syndicatu. verbo captura.cap.1.nume. 3.Baeza de inope debitore.cap. 1.num.36.ad fin. Barbosa nu. 44. in d.§. eleganter.

Sed contrarium simpliciter, imò valere pactum, quod possit creditor,propria authoritate debitorem suum non soluentem capere,& ad iudicem ducere,dixit Bal.nu.2 & videtur assentiri Fulgos. num. 2. in additione in d. l. alia.§. eleganter.ff.solut.matrim. ac latè defendit Ioannes de Platea à nu.24 in l.nemo carcerem. C.de exactor. tributor.lib.10.

Pro istis arguitur primò valet pactū, quod creditor capiat res debitoris propria authoritate: l. 3. C.de pigno.l.fistulas § 1. ff. de contrahen emptione.l.11. tit.13. parti.5. sed de re ad personas valet argumentum; l si quis inquilinos.§.si ita legatū. ff. de legat. 1.l.si quis exhæredato.§. ergo ff. de iniusto rupto. ergo valet pactum capiendi personam Addit Platea in dicta l.nemo carcerem. nume.26. argum.6. quod personalis quæstio & omnium bonorū, vel maioris partis eorū ęquiparantur: Auth quod mater. C. de reuoc. donation. sed pactum valeret, capiendi propria authoritate omnia bona debitoris, vel maiorem partem eorum, per d. l.3. ergo & capiēdi personam. Addit etiam num. 25. argumento 3. quod etiam in testamento potest concedi ista occupatio propria authoritate: l.Titia cum testamento. §.1. ff de legat. 2. & de vltima voluntate ad contractum valet argumentum.l.seruū. §.eum qui chyrographum. ff. de legat. 1. ergo.

Huic tamen argumento facilè respondebunt contrariæ partis assertores, quoties diuersa ratio interuenit,non valere dictum argumentum:l.si domus.§.in pecunia. ff. de legat. 1. & ibi Iason nu. 8. hic autē interuenire, quia plus sit personam capere, quàm res: ita

ita Aretin. num. 3. Alexan. num. 7. in d. §. eleganter.

Secundò, in multis casibus per leges permittitur creditori, capere debitorem, vel aliquẽ aliũ, & ad iudicem ducere: vt in l. fina. C. de malefic. & mathemat. l. capite quinto. ff. de adulter. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. §. necessitatem in Auth. vt iudices sine quoque suffragio. collat. 2. l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. l. generali. C. de decurion. libro 10. l. 1. C. si quis decur. vel cohort. eodem lib. l. omnes omninò. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. 2. C. de exactor. trib. lib. 10. ergo & pacto fieri potest, quia de lege ad pactum valet argumentum: l. non impossibile. ff. de pactis. l. 1. §. si conueniat. ff. depositi.

19 Respondetur valere argumentum de lege ad pactum negatiuè, non potest fieri per legem, ergo nec per pactum: non tamen valere affirmatiuè, potest fieri per legem, ergo & per pactum: quia esset de maiori ad minus, est enim lex maioris potentiæ. Ita respondent Bartolus num. 9. Aretin. num. 3. Alexand. num. 7. in dicto §. eleganter. Ioannes Annibal. nu. 27. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & ibi Ripa nu. 19. Iason latè à num. 1. in d. l. non impossibile. Minchaca lib. 1. de successio. creat. §. 6. nu. 33. Menoch. consilio 4. num. 32. qui multis similibus comprobant.

Tertiò, Ioannes de Platea in dicta l. nemo carcerem. num. 25. 26. & 27. multa argumenta coaceruauit. Tum, quod pacta inter contrahentes pro lege debent obseruari: l. 1 §. si conueniat. ff. depositi. regula contractus ex conuentione. de reg. iur. lib. 6. Tum, quod licet vnicuique iuri pro se introducto renuntiare: l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Tum, quod vt dictum est suprà, potest quis executor esse in re propria: l. eum qui. §. qui epistolam. ff. de furtis. & alia generalia, quibus facilè potest responderi, ideò non refero.

Nihilominus, ista sententia videtur verior, & tenenda, quia quæ, pro contraria parte adducuntur, ex dictis in responsione sublata sunt: & pro hac parte expendi possunt noua fundamenta, quæ subijcio.

Quartò ergo, facit hæc potestas, quam toto hoc tractatu probamus, vnumquemque habere in corpus suum: vnde & se potest in seruitutem redigere, ideò multò magis poterit, concedere creditori potestatem se prehendendi. Et licet Alexand. numero 8. in dicto §. eleganter respondeat: tunc debere interuenire illa requisita, de quibus suprà cap. 17. vrgenter replicatur, id habere locum in vera & formali seruitute, cum aliàs libertatem suam grauare, sine illis solemnitatibus quisquam possit: l. cum scimus. C. de agricol. & censit. libro 11. cum plenę adductis dicto ca. 17.

Quintò, addo pro hac parte text. Matthæi. c. 5. ibi. *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, et iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.* Vbi creditor non prius dicitur aditurus iudicem, vt is iubeat, aduersariũ à ministro capi, sed ipse creditor tradit aduersarium iudici. Eadẽ habentur Lucæ cap. 12. & tametsi non ignorem, ea verba longè aliam mysticam habere interpretationem, prout tradunt in eisdem locis sacri Doctores, Hieronym. epist. 8. ad Demetriadem. Augustiñ. lib. 1. de serm. Domini in monte. cap. 22. & in lib. de decem chordis. cap. 3. Gregor. homil. 39. Bernardus serm. 85. in Cantica. tamen similitudo sumpta videtur ab his, quæ communiter in debitore & creditore temporalibus fiebant.

Sextò, videtur sine dubio hoc pactum valere, quia nos reducit ad terminos vetustissimi iuris legum duodecim tabularum: secundum quod, Romani, cum aliquem in ius vocare vellent, non prius adibant Prætorem, vt ille per ministrum iuberet aduersarium vocari, prout fit hodie, l. fina. C. de exhib. reis: sed vnusquisque, sine alio iussu Prætoris, suũ aduersarium adibat, eique dicebat, veni mecum in ius, & ille venire tenebatur, quod si nollet venire, actor testes aduocabat, eisque auriculas tangebat, vt me minissent, se prius illum in ius vocasse, & noluisse venire, & hoc dicebatur *antestari*. & ille qui vocabatur in ius, post istam solemnitatem dicebatur *antestatus*. Si verò sine ea vocabatur, dicebatur *intestatus*. Facta ergo antestatione, poterat creditor in vocatum non venientem in ius, manus injicere, & eum inuitum vi trahere ad Prætorem, imò si vilis esset, poterat eum sine antestatione in ius rapere. Explicant Alciat. lib. 2. parerg. iuris. cap. 20. Cuiac. lib. 7. obseruat. c. 16. Iacob. Reuard. lib. singul. ad leg. 12. tabul. c. 5. Iustrus Lipsius epistolicar. q. lib. 4. epistola. 26. Ioannes Corras. in §. pœnales. Instit. de action. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerũ diuis. Brisonius & alij Lexiographi verbo antestari. Verba legis duodecim tabularum erant, *Si in ius vocet, ni eat, manum injcito, encapito; antestari.* de quibus emendandis prædicti variè. Horatius lib. 1. Saty. 9.

——— *casu venit obuius illi*
Aduersarius: & quo tu turpissime?
magna.
Exclamat voce, & licet antestari?
ego vero.
Oppono auriculam; rapit in ius; clamor vtrinque,
Vndiq; concursus ———

Plautus in Aulularia scena. Quis homo loquitur. vbi Euclio ait Liconidi, *Nisi refers, quod surripuisti meum, iam quidem ad Prætorem Hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.* Et in Pœnulo scena. Suspendant omnes. Lycius Leno ait, *Sed quid*

ego

ego dubito, fugere hinc in malam crucem, priusquam ad Prætorem ob torto collo trahor. Et scena. Fuit hodie. *Poe. Ite in ius, ne moramini, An. Inteſtare me, atque duce, Ag. Ego te anteſtabor, poſtea hanc amabo, atque amplexabo, ſed illud quidem volui dicere, imò dixi hercle, quid volebam. Poe. Moramini? in ius vos voco, niſi honeſtius eſt prehendi. Ad. Quid in ius vocas nos, quid tibi debemus*. Idẽ Plautus in perſa ſcena. Niſi ego. *Sa. Age, ambula in ius leno. Do. Quid me in ius vocas. Sa. Illi apud Prætorem dicam, ſed ego in ius voco. Do. Nonne anteſtaris? Sa. Tuan' ego cauſa carnufex, cuiquam mortali libero aures atteram*. Idem Plautus in Rudente ſcena. Meam ne ille. *Pl. Nihil ſalutem moror, opta Ocyus, rapi te obtorto collo mauis, an trahi, vtrũuis opta dum licet. La. Neutrum volo. Pl. Abi ſanè ad littus curriculo, Tracalio, Iube illos in vrbem ire obuiã ob portam mihi, quos mecum duxi, hunc qui ad carnuficem traderent, poſt, huc redito, atque agitato cuſtodiam, ego hunc ſceleſtum in ius rapiã, exulem, age ambula in ius. La. Quid ego deliqui*. Et poſt modicum. *Pl. In iure cauſam dicito, hic, verbum ſat eſt, ſequere. La. Obſecro te, ſubueni mi Charmites, rapior obtorto collo? Ch. Quis me nominat? La. Viden' me vt rapior*. Adeſt veſtigium huius moris in l. qui neque 48. ff. de verborum ſignif. & in titulis De in ius vocando. In ius vocari vt eant. Si quis in ius vocatus non ierit. & Ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.

Vides ergo, pactum hoc nihil aliud eſſe, quam remiſsio illius ſolemnitatis, adeundi prius iudicem, vt is adduci faciat ad ſe debitorem, eſſeq; fauorabile, cũ nos ad vetuſtius ius reducat: l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. & ibi Doctores. ff de pactis.

Septimò de iure Regni Antonius Queſada d. cap. 8. num. 1. ad fin. ponderat pro hac opinione l. 6. tit. 9. part. 7. & eodem modo poſſet ponderare tex. in l. 14. tit. 14. parti. 5. text. in l. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilat. ſed iſta iura loquuntur in pacto de ingrediendo poſſeſsionem bonorum propria authoritate, non de capiendo perſonam, vt non opus ſit ſolutione eiuſdem, ibid. num. 13. ad fin. Tex. tamen eſt, qui euitari non poteſt, in l. 2 tit. 13. lib. 8. Recopilat. ibi. *Y entienda ſe ſer carçel priuada, ſaluo ſi el acrehedor prendiere a ſu deudor, que ſe vaya huyendo*. Sequitur & facit. *O tuuiere poder, o facultad que ſu deudor le aya dado, para que le pueda prender, no le pagando ſu deuda*. Eum autem tex. in hoc caſu loqui, conſtat ex verbis ſequentibus, dũ iubet, creditorẽ ex pacto capientem debitorem ſuũ debere illũ infrà vigintiquatuor horas ad iudicem ducere.

21. Quartus caſus eſt, cum pactum continet, quòd debitor in caſibus, in quibus aliàs de iure non poſſet capi, poſsit authoritate iudicis capi, & in publicum carcerẽ detrudi: & hoc etiam pactum non valere voluerũt Speculator

titu. de concluſione,& renuntiatione. num. 29. Bartol. nume. 3. Imola num.5.in l. Titio centum. §.Titio centũ.el 2. ff.de cõditio. & demonſtrat. Bartol.nu.9. Roman. num.8. & 9. Imola num.4. Aretin.num.3.Alexan. num.9. in l.alia. §.eleganter.ff.ſolu. matrimo.Angel.nu. 1.Ioan.Crot.num. 12.in l. nemo poteſt.ff. de legat. 1. Bald. conſil.286. quia non eſt opus colorari.nu.9.lib.1.Anton. de Butr. num.3.Abbas nu.2. Anchara.nu.6. in cap.2. de pignor. Ioan.de Imo.nu.6. Ancha. 2. nu. 7.Felyn.nu.13.in cap. ex reſcripto. de iureiur. Deci. conſ.669. nu.13.Lucas de Penna qui acerrimè propugnat in l.curioſi.quæ eſt 1.C.de curioſ.& ſtationar. libro 12.Chafen.in cõſuetud.Burgun. Rub.1.§.3. gloſ.1. num.10. Franciſ.Curti. Seni. in tracta.de ſequeſtris. q.22. Matthæus Brunus in tract.de ceſsione bonorũ. q.21.princip. num.15. Ripa in l. obligatione generali. à num.24. & firmat.num.27.ff.de pignorib. Purpurat.conſ.282.nume.25.lib. 1. Franc. Marcus deciſ.396.par. 1.Couarr.in c.quamuis pactum. de pactis. lib.6. 2.part. in initio num.6.& iterum lib.2.varia.reſolutio.cap.1.num.7.Andr. Gail in tractatu de pace publica. lib.2. c.2. nu.21.Gaſpar Baeza de inope debitore. cap.1. nu.37. & 38. Aſini.in tract. de executione inſtrum.§.2.cap.4.nu.8. Caualcan. deciſ.1. à num.7.par.1. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. parte. cap. 18. nu.5.

Mouentur iſti primò, per tex. in d.l.alia.§.eleganter. ff.ſoluto matrimo.vbi non valet renuntiatio mariti, illius priuilegij, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit,quæ renuntiatio operaretur carcerationem.

Reſpondetur cõmuniter,quod ille text. ſolum habet locum in marito,cui vxor reuerentiam debet, & ideò alij habentes idem priuilegium, quibus non debetur reuerentia, poſſunt eidem priuilegio renuntiare: vt ſocius, & donator; creditor autem nullam reuerentiam debet debitori, imò debitor eſt quaſi ſeruus creditoris: gloſ. fin. in l.3.C.de nouat. gloſ. verbo non accipere in l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff. de legat.3. ita reſpondet Paul. Caſtrenſ.num.2.Aretin.num.2.Alexand.num.6.Petrus Barboſa nume.36.in d.§.eleganter. & communiter cæteri.

22 Secundò, (& in hoc ſit omne fundamentum) quia ordini iudiciario partes non poſſunt renuntiare, quia inductus eſt in fauorem iudicis, vt rectam ferat ſententiã: Gloſ. & Bart. in Authen. offeratur.C.de litis cõteſtat.Clement. ſæpè. & ibi Doctores. de re iudic.cap.de cauſis.de officio delegat. Aretin.num.3. Alex.nu. 9. Barboſa num.48. in d.§. eleganter.Crottus num.10.Ioannes Annibal. nume.87.in l.1.ff de legat.1. Ripa num.24. & 27. in d. l.obligatione generali.Baeza de

ino-

inope debitore. cap.1. nu.38.

Atqui si admittimus valere hoc pactum, tollitur in multis ordo iudiciarius, ergo non valet, ea autem in quibus tollitur ordo; sunt.

23 Primò, quia fit captura sine citatione, contra iuris ordinem, qui est, ne deueniatur ad carcerationem, nisi præmissa prius citatione: text. & ibi notant Bartol.Bald.& alij in l.consentaneũ. C.quomod.& quand.iud. Felyn. num.13. in cap. ex rescripto. de iureiurand. Ripa nume. 25. in l. obligatione generali.ff. de pign. Brunus d.quæstio.21.nu.16.Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 37.Hippol.de Marsil.in l.de vno quoque.num.24. ff. de re iudic.

24 Secundò, quod non præmissa bonorum excussione debitor carceratur, quod fieri non debet, carceratio enim est odiosa, & nõ potest fieri in ciuilibus, quãdo debitor habet bona super quibus possit creditori satisfieri. Gl. verbo vinculis in l.3. §. tutores. ff. de suspect. tutori. Maranta 6. part.tit. de executione sentẽtiæ. numero 9. Caualcan. decis. 1. nu. 1.par. 1.Couarru. lib.2. variarum resolut.cap.1.nu.2. Minchaca de succesio.creat.lib.1. §.6. nume. 38. Baeza d.c.1.num.36.Ioannes Matienzo glo.2. num.4.in l.4.tit. 16. lib.5. Recopilat. plures alios prætereo sciens.

25 Tertiò, quia capitur debitor non liquidato credito, debet enim antea capturam liquere, & iustificari, adeò, quod si ante ea non sit debitum liquidatum, non possit postea iustificari, quia si ab initio sine causa conceditur, est iniuriosa, & iniuriarum nulla est confirmatio: l.si cũ nulla.ff. de re iudic.Bald.consil.318. ista captura.num.3.lib.4.& in l.ab executione. num. 16. C. quorum appellatio. non recipi. Paul. Castr. cons.71.num.2. lib. 1. & cõs.169. in fi.lib.2. & cons. 20. num. 6. & cons.31.nu.5.lib.3. Aymon.Crauetta cons.802. num. 14. & cons. 819.nu. 10.& cons.840. nu.5. Ripa nume. 25. in d. l. obligatione generali plures alios sciens prætereo.

26 Respondetur, quod verius est, posse fieri in occurrenti casu renũtiationem ordinis iudiciarij, quia tunc renuntiatio illius non valet, quando pro parte renuntiatur, quia implicat contradictionem, iudicium enim dicit ordinem, c. forus. de verborum signific. l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscund.& ita, partes volentes iudicialiter procedi, & in parte sine ordine, videntur velle, quod procedatur cum ordine, & sine ordine, quod est impossibile: l. Titiæ si non nupserit.99.ff.de cõdit.& demonstr.l.vbi pugnantia. ff.de reg.iur.Secus autem est, qñ partes volunt, in totum ordini iudicario renuntiare, vt in casu nostro, quia tunc valet renuntiatio: Gl.verbo illustrium. Francus nu. 9.Geminian.nu.12.in c.fin. de re iudic.lib.6.Abbas nu.8.Fel.nu.6.

Berous num.44.in c.de causis.de officio delegat. Minchaca de successio.creatio.lib.1.§.6.num.27. ver.præterea dũ solemnitas. Vbi ait,ordinẽ,qui requiritur ad maiorẽ rei probationẽ,nõ esse inductum fauore iudicis, sed fauore partis,quo negotiũ suum melius expediatur, ideò ab ipsa parte posse renuntiari. Et nominatim huic argumento ita respondent Roderic. Suarez. in l. post rem iudicatam. in declaratione legis Regni euidentiali.1. nu.13. post medium.Anton.Massa Gallesi.ad formam cameral. obligatio. par. 2.parti.3.q.4. num.4.

Et in expresso, tres illæ conclusiones de ordine,quę per hoc pactum dicuntur peruerti, possunt tolli pactis contrahentium.

27 Nam quoad primum de citatione, valet pactum,quod possit deueniri ad capturam personæ sine citatione. Ita per text. in l. diem proferre.§.si quis.ex litigatoribus.ff.de arbitris. dixit Roma.cons.142 quod cessionarius. num.2. Bald. in l. vt perfectius. C. de annali exceptione.Bartol. & Ioannes de Imola in l. is qui reus.ff. de public. iudic. & post alios Hippol. de Marsil. in l. de vnoquoque. nu 98. 99. & 100.ff. de re iudic. Ant. Gabriel. lib.2. tit.de citatione.concl. 1.nu.362. & 371.qui plures alios citant.

28 Neque per hoc pactum tollitur defensio,sed variatur modus defendendi, quia postquam debitor captus fuerit, poterit sua iura allegare, Ang.Ioan.de Imola. Raphael. Cuman. & Alexan. nume.18. in l. si sic.ff de legat.3. qui dicunt, quod si statuto continetur, quod propter instrumẽtũ guarentigium capiatur debitor ad meram voluntatem creditoris, tunc poterit incipi à captura, ostenso instrumento, nulla præcedente citatione, & non tollitur defensio, sed variatur modus defendendi, quia reseruãtur defensiones ex post facto quod fieri potest:argumẽto tex. in l.2.C.de edicto diui Hadrian. tollen.& l. fin. C. de cõpensatio. idem Alex.cons.227. nu.2. lib.6. & in pacto loquens Afflictus lib. 1. Rub.8. cõstitut.Pacis cultum. num.17. Auendan. in declarat. ad l.4.&5.tit.de las excepciones lib.3. ordinam.num.26.vers. constit. & in dictionario verbo al moneda.vers. item in ista materia. Asin. in tractat.de executio. instrum.§.2.cap.4.nu. 1. cum seq. Barbosa.in d.§.eleganter.nu.44. & alij alibi.

29 Quoad secundum,de præmittenda excussione bonorum, pariter huic ordini,& excussioni potest renunaiari, & quando renuntiatum est, incipitur à captura personæ, & ita hodie est vniuersalis practica.Ita aiunt in terminis Paul. de Castro in l. Titio centum.§. Titio centũ,el 2.ff. de condit. & demonstrat. Gallesi. ad formam camer. oblig.2. par. 3.parti.q.6.Rebuffus tit.de liter. obligator.§.11.glos.3. nu.1.& 2.

Ripa num.26. in d.l.obligatione generali. Anchar. Regien. q.371 nu.5.par.1. Asinius de executione instrum.§.2.c.1.Caualcan.decis.1.num.31.par.1. Barbosa nu. 44.& 45. in d. §. eleganter. Bernardin.Pandus de præsentat. instrum.4.par.declar.11.num.1.

30 Sic etiam, si fideiussor renunciat beneficio excussionis, valet pactum. Glos. verbo accedat. in Auth.de fideiussor. §.1. collat.5. Bartol.in l.si seruum. §. nunc videamus.ff de verbor oblig.Bald. in Authen. præsente. in fi. C. de fideiussor.Ripa nu.26.in d.l.obligatione generali, post multos Carrocius in tract. de excussione bonorum, 2.par. q.16. Bertazolus in tract. clausular. clausul. 30.glos.4 num.4.

31 Denique quoad tertium, de liquidatione præmittenda priusquam fiat executio, pariter potest illi per pactum renunciari, & adiecto pacto, quod possit executio fieri ante liquidationē, ea facta, debito non liquidato, valebit.Bart.num.16.Salycet.nu. 27. in final. verbis. in l. creditores. C. de pignor. Negusant. in tractatu de pignor. 4.par. nu.22. Socin.consf.80. versic.tertia conclusio.lib.4. Cotta in memoralibus iuris.verbo pacta executiua. Menochius de adipiscenda poss. remed.5.num.63. Antonius Gallesi.ad formam cameral. obligationis 3. par. principal. 2.partic. quæst.2.num.10. de qua re vsque ad nauseā disputat Marinus Freccia in tract. de præsentat. instrument.parte 8.quæst.3.

Vides ergo, secundū hoc fundamentum, in quo consistit vis istius sententiæ, esse sublatum.

Tertiò, mouentur prædicti ex eo, quod neminem aiunt esse dominum membrorum suorum: l. liber homo.ff. ad leg. Aquili. ac proinde non posse se obligare ad carceres, vbi est mala mansio: l. item apud Labeonem. §. quæstionis. ff. de iniurijs & immensi cruciatus. l. omnes. C. de pœnis. cum nulli dubium 3.q.1. Doctores passim.

Respondetur, neminem esse membrorum suorum dominum, quoad eorum amputationem, esse tamen dominum, quoad eorum actiones dirigendas, etiam cum aliqua passione, & ita ad carcerem posse se obligare, vt lib. 1. c.3.& 4.& toto hoc tractatu probamus.Ita in terminis respondet Ioannes de Platea in l. nemo carcerem.num.32.arg.8. C. de exactor.tribut.lib.10.dum ait, quod non est dominus membrorum suorum extinctiuè, sed potest se subijcere modificatiuè. Ripa in d.l. obligatione generali. nu 24. qui ait, non esse dominum membrorum suorum quoad amputationem, sed esse quoad macerationem, vbi etiam alio modo Ripa respondet huic argumento.

Quartò, pactum hoc videtur infringere libertatem, argumento text.in l.2. ff. de liber. homin. exhiben. ergo non valet. l. nec si

vo-

voles.l.liberos.C.de liberal.cauſ.

Reſpondetur, quod debitor etſi poſſit carcerari, non erit ſeruus: Gloſ. & Bartolus in l. 1. C. qui bon.ceder.poſſ.Antonius de Butrio numero 3.in cap.2.de pignorib. Neque per hoc pactum infringitur libertas,ſed volūtas Ioannes de Platea in dicta l.nemo carcerem. num.32.& licet nemo poſſit ſimplici pacto facere ſe ſeruum formali ſeruitute, poteſt tamen libertatem ſuam grauare l.cum ſcimus.C.de agricol. & cenſit.lib.11.cum adductis ſuprà hoc lib.2. c.17.

Roman. & Alexan.in d.§.eleganter. Lucas de Penna in d.l.curioſi.Queſada d.cap.8.adducunt alia argumenta leuiora, quam vt opus ſit illis reſpondere, ideò omittimus.

32 Contrarium, imò hoc pactum, quod aliquis poſſit per iudicem capi, & in publicum carcerem detrudi, vbi alias de iure communi carcerari non poſſet, valere, videtur verius, & ita voluit Bald. in margarita Innocent. verbo homo liber vbi ait, quod nemo poteſt ſe obligare ad carcerem creditoris, ſed ad carcerem iudicis ſic, idem Bald.nu.6. in c. ex reſcripto.de iureiurando, vbi dixit, quod non valet pactum, quod creditor ſtet ad diſcretionem creditoris, ſed bene quod ſtet ad diſcretionem iudicis,idē Baldus in l.Titio centum.§.Titio centum.el 2. ff. de condit. & demonſtrat. idem Bald. num.12. in l. 1. C. qui bon. ceder.poſſ. idem Bald. nume.2.Angel.num. 5.Fulgoſi. in additio. nume. 2. ac nouiſſimè Petrus Barboſa nume.43. in d.l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.matrim.Federic.de Senis conſil.60. num.1. Guido Papæ in c.2. num. 4. de pignorib. vbi ampliat valere pactum, etiamſi paciſcens eſſet clericus, idem Guido Papæ deciſ.61.nume. 1. & deciſ.495.in ſi Henric. Bohic. numer.16. Anchar.num.7.in cap. ex reſcripto. de iureiurand. Abbas conſ. 42. ante num.1.lib.2.Ioan.Fab.num. 7.in §.ſeruitus.Inſti.de iure perſona.Franciſ.Aretin. num.3. in l. nemo poteſt.ff. de legat.1. Ioannes de Platea q latè propugnat à num. 28. in l. nemo carcerem. C. de exactor.tributor. libro 10. Antoni.Maſſa Galleſi.ad formam cameral. obligatio.par.2. partic. 3.quæſt.6.Hieronym.Gigas conſil.96.nu.15.Afflictus lib.1. Rub. 8.conſtit.Pacis cultum.nume.17. Ancharan.Regien.queſt.37.num. 5.parte 1.Anton.Theſaur. deciſ. Pedemon.36.numero 3. verſ.contrariam ſententiam.in fin.Ferdinand.Minchaca lib. 1. de ſucceſſio.creat.§.6.num.34. Gregorius Lopez.glo.4.in fine. in l.22. titu. 13.partita 5.Andreas Gail.lib.2. obſeruatione 45.num.5.Idem tenet Paulus de Caſtro conſil 52. nu.4.qui ait,quod ſi filius ſe obligauit, quod teneatur in carceribus,donec pater ſoluerit,valebit conuentio.ſequitur Palacios Rubios in Rub.de donatio.inter virum

rum & vxorem. §.2.num.4. Simile quid fecisse Simonem Atheniẽsem filium Milciadis, qui patrem ob crimẽ peculatus in carcerem coniectum, ibi quæ defunctum, translatis in se vinculis ad sepulturã redemit; scribit Iustin.lib.2.

33 Mouentur isti primò ex eo, qđ per statutum vel cõsuetudinẽm introduci potest, quod debitor ante omnia producto instrumento carceretur, imò generaliter vbique est introductum, vt dicũt Paulus de Castro, & cæteri in dicto §.Titio centum. Paul. de Castro num.4. Roman.num.13.in d. §.eleganter. Ripa num.29.in d.l. obligatione generali. Baeza de inope debitore.cap.1.nu.39.versic.illud.Couar.lib.2.variarum resolut.cap.1.num.7. Bernard. Pandus in tract. de præsentat. instrumen. par.4.declara.11. & alij passim, approbatur in l.19.tit.21. libro 4. Recopilation. ergo & pacto poterit introduci.

Potest responderi, non valere argumentum de lege ad pactum affirmatiuè, vt dictum est in casu præced. Potest tamen hoc fundamentum sic deduci, vt aliquid faciat, nimirum, si maiori parti Europę, adeò æquum visum est, debitores statim carcerari producto instrumento, vt vbique statuto consuetudineuè receptum sit: æquum videri debet pactum, quod id inducat, vbi statutum deficit.

Secundò, hoc pactũ nulla lege prohibetur, neq; est cõtra bonos mores naturales, nec ciuiles, ergo valere debet: l.1.§.si conueniat. ff. depositi.l.1.ff.de pact. Accedit, quod debitorem morosum non soluentem lex carcerat: l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib.10.l.1.C.qui bon.ced. poss. & licet non carceret habentem bona, huic excussioni bonorum renuntiari potest, vt suprà dictum est. Ita ponderant Angel.num.5.Aretin.nu.4. in d.§. eleganter. Aretin.nu.3. in d.l. nemo potest. Minchaca de successión. creatio. lib.1.§.6.num.34.

Tertiò, pactum, quod aliquis non recedat a certo loco, valet, quando ille qui hoc pactum apponit aliquod ius habet in eo cui apponitur: tex.in l.Mæuia.ff. de manumis.testam. & in d.§.Titio centum. cum adductis suprà hoc libro c.18.num.15. sed creditor ius habet in debitorem, ergo valet hoc onus ei appositum, vt in carcerẽ duci possit, & ibi debeat manere, donec soluat. Ita Ioannes de Platea in dicta l. nemo carcerem.num.28. argumento 2.Palacios Rubi.in Rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §.11. num. 4.

Quartò, simili modo induci possunt tex. in cap. ex rescripto. de iureiurand. tex.in cap.exposita de arbitris & in l. nam & Seruius.ff. de negotijs gestis. & omnia adducta suprà cap. 14. quod videtur fecisse Platea d.num.28. argumento 1.& 4.neque istis iuribus videtur posse responderi.

Quin-

Quintò, induci etiam possunt resoluenda infrà cap. 23. & cap. 24. vbi probabimus, nobiles, Doctores, donatores, socios, egregias personas, posse renuntiare priuilegijs suis, ne conueniantur vltra quam facere possunt, aut ne carcerentur, hoc enim nihil aliud est, quàm obligare se ad carceres; qui alias de iure carcerari non potest.

Sextò, hæc sententia approbata est per l. 5. tit. 9. lib. 9. Recop. ibi. *No puedan haçer ni hagan la dicha cesion de bienes, y juren de non la haçer, ni pedir relaxaçion del juramento, y si la hiçieren, que no les valga, y que ayan de estar presos, hasta tanto que cumplan, y pagen loque deuen, y fueren obligados a pagar delas dischas rentas.*

34 Limitatur hęc sententia primò, vt non valeat pactum, quo quis se obligat ad carceres ppetuos; ita dicunt Henric. Bohic. nu. 16. in cap. ex rescripto. de iureiurando. Baeza de inope debitore. c. 2. num. 9. Couarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 7. ac illi omnes, qui censent, non valere renũtiationem cessionis bonorum, & mouentur ex eo, ne debitor adstringatur ad carcerem perpetuum, de quibus infrà cap. 22. Et licet hoc impugnari posset, per argumentum 3. suprà adductum, eo modo intellectum, prout in renũtiatione cessionis bonorum resoluimus: dicto cap. 22. quia tamen nimis receptũ est, admitti potest.

35 Limitatur secundò, quia licet pignus possit retineri pro alio debito, l. vnica. C. etiam ob chyrograph. pecuni. tamen debitor qui se obligauit ad carceres pro vna causa, nõ potest pro alia causa detineri: Ioannes de Platea num. 23. post medium. in dicta l. nemo carcerem. Gregor. Lopez. glos. 4. in fine. in l. 22. tit. 13. partit. 5. Baeza de inope debitore. c. 1. num. 49.

36 Limitatur tertiò, quia tametsi quoties per statutũ decernitur, capi, & carcerari debitorem, eo defuncto carcerari possit eius hęres, prout dixerunt Bartolus nu. 1. Paulus num. 3. Alexan. num. 6. in l. postulante. per textum ibi. ff. ad Trebelliani. & hoc teneāt innumeri, quos referunt, & sequuntur Alexand. cons. 188. nu. 2. lib. 2. Iason in l. si sic stipulatus. num. 16. ff. de verborum obligationi. Roland. à Valle consil. 20. nume. 5. lib. 1. Menochi. cons. 75. nume. 101. & de adipiscend. posses. remed. 5. num. 59. Bursatus consil. 412. nu. 29. libr. 4. Cephalus cons. 399. num. 5. & 6. lib. 3. Anton. Gabriel. lib. 6. communi. opinio. tit. de statutis. conclus. 12. Michael Crassus §. hæreditas. quæstio. 12. num. 3. & 4. plures alios prętereo sciens.

Cuius conclusionis ratio est, quia hæres recusare non debet, quod non potuit recusare is, cuius hæreditatem suscepit: l. postulante 44. ff. ad Trebellian. l. stipulatio ista. 38. ff. de verborum obligationi. & quod promittit defunctus,

ctus, perinde habetur, ac si ipse hæres promisisset: l. promitten do. 42. §. finali. ff. iure doti. est enim obligatio defuncti,& hære dis eadem numero: l. viam 10. C.locati. Cagnol.in l. hæredem. numero.3.ff. de regul.iuris.& fa ctum defuncti censetur hæredis factum:l.vxorem.§.agri plagam. ff.de legatis 2. adeundo enim videtur factum defuncti suo consensu confirmare: l. si ab eo. C. de liber.caus.quo fit, vt hæres ex obligatione defuncti dicatur debitor voluntarius: l. Lucius Titius. 126.ff.de legat.1.l.fin.§. penultimo. ff. de legatis 2. quibus plura cumulat, Tiraquellus de retract.lignagier. §. primo.glos. nona. numero 49. & de retract. conuentio. §. primo. glossa. 6. numero 4.

37 Ac tametsi, pactum de ingrediendo bona propria authoritate, pariformiter possit exerceri in hæredem debitoris: Bartolus numero 21. in l. creditores. C. de pignoribus post multos Menochi.de adipisc.poss.remed. 5. num. 107.

38 Tamen,si per pactum fuerit inter partes conuentum, debitorē capi posse, non poterit capi hæres debitoris eo defuncto, ita di xerūt Bart.nu.1. Rom.nu.4.Paul. de Cast.nu.10. Iacobi.de S.Geor gio nu.3.qui iubet perpetuo notari.Socin.nu.7.Alex. num.3. Iason nume.13. Ioan.Maria. Riminald.num.4.in l.si decesserit.4.ff. qui satisd.cogan.per tex.ibi.Roman.nu.10.in d.§. elegāter.Crottus num.14.in l. nemo potest. ff. de legat.1. Abbas consil.86.visis capitulis nu. 4. lib.2. Petrus Rebuff 1.tomo ad leg.Gallic.tit.de liter.obligator.artic.3.gl.2.num. 11. Chaseneus in consuetudin. Burgund.Rub.7.§.13.in glos.par benefice d'inuentaire. nume. 14. Socin. regula 178. executio sententiæ.in fin.aliàs est 6.sub liter. E.vbi de ratione. Reliquit cogitandum Auiles in cap.10.Prætorum.verbo execution. num.56.

Pro qua conclusione Bartol. allegat tex.in d.l.si decesserit.ff. qui satisd. cog. vbi defuncto eo, pro quo promiserat, fideiussor non tenetur sistere hæredem, l. sancimus. C de fideiussor. Addit Iason d.num.13.triplicem esse ra tionem diuersitatis inter pactū & statutum. Prima est, quod statutum semper loquitur, & semper est in viridi obseruantia: l. Arrianus in fi.C de heretic.& sic loquitur de hærede sicut de prin cipali, quia iam hæres est debitor. Secunda, quod plus potest statutum, quàm pactum, adducti suprà hoc cap.nu.19.Tertia,quia verba pacti sunt interpretanda contra eum qui in eis se fundat: l. veteribus. ff. de pactis. Rebuff. vbi suprà addit, quod conuentio semper est personalis, neque potest defunctus hęredes obliga re ad carceres: d.§. Titio centū.

Contrarium, imò idem esse in pacto, quod in statuto, & ita hæredem etiam capi posse, dixit Min-

Minchaca lib. 1. de succes. creat. §. 6. nu. 36. eo fundaméto motus, quod eædem rationes militent in pacto, quę in statuto, & rem multis prosequitur. Petrus auté Barbosa num. 46. in dicto §. elegã ter parificat pactum & statutum, & distinguit an verba referantur ad personam, & non comprehen dãt hæredem. ex regula tex. in l. si vnus. § pactorum. ff. de pactis. aut ad debitum, vt si dicatur, qđ debitor capiatur, & comprehen dant hæredem, quæ videtur com munis distinctio, quoad statutũ in dicta l. postulãte. ff. ad Trebel. sed quoad pactum vix aptari potest: & ratio tex. in d. §. Titio cen tum. vrget.

39 Ex hac limitatione videtur inferri, quod in Hispania non possit hæres debitoris capi pro debi to defuncti, quia ius exequendi, & capiẽdi personam nascitur ex conuentione partium, vt perpen dit Roderi. Suarez in l. post rem iudicatam. in declaratione legis Regni. limitatione 1. nume. 5. ad finem. & patet ex opinione eorum, qui volunt, ea sola instrumẽ ta esse mandãda executioni, quæ habent clausulam illam, *damos poder, &c.* de qua re in sequenti capite differemus, ac ita in Francia adnotare videtur Chaseneus d. Rubri. 7. §. 13. gloss. par benefice d'inuentaire. nu. 14.

Nihilominus, contrarium dicẽ dum est, quia verius est, ex legibus Regijs dari executionẽ, neque opus esse illa clausula, quod in sequẽti cap. probabimus. Neque si diuersa sententia vera foret, essemus in simplicibus terminis conuentionis, cum præter eam adsint etiam leges Regiæ, quæ iubent fieri executionem ex instrumentis, capiendo debitorem, & ideò authoritate legum procedat executio, ac carceratio hæredis: argumento tex. in l. vnica. §. penult. & fin. C. de nouo Codic. faci. l. 2. in principio. ibi, *non quia Papirius.* ff. de origi. iur. c. si Apostolicæ. de præbend. lib. 6. & in terminis tradit Ripa nume. 29. in d. l. obligatione generali.

Hinc fit, quod Doctores Hispani (licet hac difficultate nõ perpensa) securè tradunt, iure Hispano hæredem debitoris capi posse, sicut defunctus caperetur. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam. in declaratione legis Regni. extens. 1. Auendan. in declaratione ad leg. 4. & 5. tit. 8. de las exceptiones. libro 3. ordinamenti. nu. 24. vers. item inspiciet. Auiles in cap. 10. prætorum. verbo execution. num. 56. Didac. Perez. in d. l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. gl. 1. colum. 4. vers. quæro vtrum executio. cifuentes. quæst. 17. Anton. Gomez. num. 5. Arias nume. 60. in l. 64. Tauri. Minchaca de successio. creatio. libro primo, §. 6. nu. 36. 39. & 48. Dueñas regula 277. Burgos. de Paz. cõs. 34 nu. 1. Gundis. de Paz. in praxi tomo 1. par. 4. cap. 1. num. 36. Gratian. regula. 352. Parlador. libro secũdo

rerum

rerum quotidia. cap. 10. parte 4. §. 1.

40 Quoties autem hæres capiendus est, debere prius citari, vt cõstet esse hæredem, neque capi, si hæres sit cum beneficio legis & inuentarij, aduotant supradicti, & Asini. de executione instrum. §. 1. cap. 39. à num. 10. & cap. 45. cum sequent. & cap. 49 num. 3. & §. 2. c. 6. Parlador. d. § 1. Minchaca, Anton. Gomez. & alij vbi suprà, Menoch. de adipiscend. poss. rem. 5. numero 62. Bursat. consil. 412. num 30. lib. 4. & alij alibi, neque enim extra institutum immoramur.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Iure communi instrumenta publica non habent executionem paratam.*

2 *Guarentigia instrumenta quæ.*

3 *An valeat pactum, quod ex instrumento fiat executio in bonis?*

4 *An valeat quod fiat in persona?*

5 *Instrumenta omnia an habeant executionem paratam in Hispania? an solum ea, quæ habent illam clausulam. damos poder, &c.*

6 *Qualibet promissio in iudicio habet executionem paratam.*

7 *Notarius ex suo titulo nullam habet iurisdictionem, neque potest facere præceptum guarentigiæ, nisi specialiter habeat in priuilegio.*

8 *Instrumentum est veritas probata.*

9 *Vbi solita est apponi clausula guarentigia, etsi omittatur, habetur pro apposita.*

CAPVT XXI.

An valeat pactum, quod instrumenta habeant executionem paratam.

1 IVre communi instrumẽta publica executionẽ paratam non habent, text. in l. minor viginti quinq; annis cui fideicommissum. ff. de minor. l. 2. C. de executione rei iudic. l. si cum dotem. §. eo autem tẽpore. ff. soluto matrimo. l. 4. §. si ex conuentione. l. ait Prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. Bartol. in l. 3. §. in hac. ff. commodat. & alij plures, quos referunt Menochi. consl. 180. num. 36. Cephalus consl. 439. num. 77. lib. 3. & consl. 507. num. 4. libro 4. Asini. de executione. §. 1. cap. 2. Osascus decis. Pedem. 129. nu. 2. Bernard. Diaz. & Salcedo reg. 344. Gratian. reg. 179. Baeza de inope debitore. cap. 1. numer. 31. & alij passim.

2 Sed ferè vbique statutis, & legibus atrijs decretum est, publica instrumenta habere executionem paratam, Itali confessionata, siuè guarentigiata, hoc est firma, appellant: quia contrahens confitetur coram notario, & is iudex chartulanius virtute statuti factus, eum condemnat, ad suo tempore soluendum. Rem, & praxim

xim explicant Bart. in l.fin.nu.8. C. vbi & apud quem Baldus nu. 4.in l.etiam.C. de execut. rei iudic.Paul.de Castro cons.260.nu. 5. lib. 1. & alij plures, vt per Menochi.de arbitrar. casu 17. Tiraquell.in l.si vnquam.C. de reuoc. donation. verbo donatione largitus.nu.103. & seq.& 3. par. de iure constituti possess. limitat.30. nume.48. Asini.de executio. instrum.§.1.c.25.nume.6. Thesaur. decis.Pedem.26.nume.13. & alij passim.

Est ergo quæstio, an vbi huiusmodi statutum non adest, posit per pactum effici, quod instrumẽta executionem paratam habeãt, & duo casus distinguendi sunt.

3 Primus casus est, cum queritur, an posit per pactum fieri, quod ex instrumento fiat executio in bonis. Et non posse, neque eiusmodi pactum valere, dixit Bald. num. 34. in l. tale pactum. § qui prouocauit. ff.de pactis.& consilio 262.numer.2.lib.3. sequuntur Iason in l. quæ delegato. num.6. ff.de legat.1.Iafredus Balbus decis 226. Auiles in cap.10. Prætorum.verbo execution. num.1. ad fin.Ioan.Gratian. reg.179. nu. 8. Mouentur isti ex eo, quod aiũt, ordinem iudiciorum peruerti non posse, quia est ad substantiã iudicij: cap. de causis. de officio deleg. c. 1. de libelli oblatione. Authent.offeratur.C.de litis contestatione.

Respondet Roderi. Suarez. in l.post rem iudicatam.in declaratio. legis Regni euiden.1. nume. 13.hoc non procedere in hoc casu, in quo non pro parte, sed in totum tollitur ordo iudiciarius: quod fieri potest, Gl.verbo illustrium.in c.fin. de re iudic. lib.6. cum adductis capit. præceden. num. 26.

1 Contrarium, imò hoc pactum valere, & ex eo instrumenta habere posse executionem paratã, dixerunt Anton.de Canar. in tractã de executione instrument. q. 32. nume.68. Roderic.Suarez.d. euident 1.num.16.cum sequent. Petrus Rebuff.1.tomo.ad leg.Gallic. titu. de chyrograph. & schedul. recognit. in præfatione. nu. 104.Gabriel Sarayne in additio. ad Matesilan. singul.20. nume.8. Anton.Massa Gallesi. ad formam cameral.obligat.parte.2. part.3. quęst.4.num.4.& 5.Franc.Becius consil.17.num.2. Cephalus cons. 439.nu.22.lib.3. Asini. in tractat. execution.§.1.c.15. Andræas Gail lib.2.de pace public.cap.2. nu. 26.Thesaur.decis.26. nume.6. & dicit Valdes.in addition. ad Roderi.Suarez vbi suprà, de hoc nõ esse dubium.Idem pręsupponũt, 2 qui disputãt, an in Hispania necessaria sit conuentio expressa, ut instrumenta publica habeant executionem paratam, de quib. statim.

Pro his facit primò text. in l. 3.C.de pignor.l.Titia cum testamento. §.1. ff. deleg. 2. vbi valet pactum, quod creditor propria authoritate posit, in bonis debitoris

bitoris executionem facere. ergo & valebit, quod id possit facere authoritate iudicis, quod est magis ciuile.

Respondent Bald. & Iason, quod id procedit in executione priuata, vbi non requiritur ordo, & aliud debet esse in publica, & iudiciali.

Sed replicat vrgẽter Roderic. Suarez vbi suprà. num. 11. quod idem debet esse, cum sit executio authoritate iudicis, quia cũ partes conueniunt, iudex debet acquiescere: l. si conuenerit. ff. de re iudic. & inducit in hanc sentẽtiam Bartol. num 26. in d. l. creditores. C. de pignor vbi ait, quod creditor, qui ex pacto habet facultatem ingrediendi possessionem propria authoritate, quod est quodam ius exequendi, si ex vrbanitate adit iudicem, iudex debet executiuè sine libello procedere: sequuntur Alberic. ibi num. 5. Soci. Ruin. Gratus, Negusan. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. de adipiscend. possess. reme. 5. num. 148. & 150.

Secundò, videtur pro hac sententia tex. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. vbi, qui prouocauit, transegit, & promisit, certo die soluere, eo nõ adimplente, ait tex. quod iudex appellationis, nullo alio de principali causa discusso, iustam conuentionem veluti confessi sequetur. Et licet respondeat Bald. quod in illo tex. fit executio prioris sententiæ præcedentis, replicat Roderic. Suarez quod non potest fieri executio sententiæ, quæ noua ta fuit. l. si contra maiorem. C. de appellation. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic. & secundum intellectum Bartoli, quem sequuntur ibi Paul. de Castro, Alex. Ias. & cæteri, dicentes communem, in eo text. fit executio ipsius conuentionis.

Tertiò, Roderic. Suarez ponderat generalem vim pactorum: l. 1. ff. de pactis. & quod, cum ex iureiurando oritur ius exequendi, oritur planè ex conuentione l. 2. l. sed etsi possessori. ff. de iureiurãdo. Rebuff. adducit alia quędam generalia.

4 Secundus casus est, cum pactũ continet, quod possit fieri executio in personam debitoris, illum capiendo, & carcerando, & hoc pactum non valere, dixerunt Canar. Sarayne, Gallesius, Becius, Thesaurus, vbi suprà, Seraphinus de Seraphin. in tract. de priuilegijs iuram. priuil. 77. nu. 4.

5 Contra verò, valere, sentiũt Roderic. Suarez, & Rebuff. locis suprà citatis, Andr. Gail lib. 2. obseruat. 45. num. 5. nouissimè Carol. Crassus in tract. de exceptio. in præludio. num. 8. & omnes Hispani, qui disputant, an omnia instrumenta in Hispania habeant executionem paratam, de quibus statim.

Sed hæc quæstio eadem illa est, quam sup. præced. casu 4. examinauimus, vbi sequuti sumus

Dd opi-

xim explicant Bart. in l.fin.nu.8. C. vbi & apud quem Baldus nu. 4.in l.etiam.C. de execut. rei iudic.Paul.de Castro consl.260.nu. 5. lib. 1. & alij plures, vt per Menochi.de arbitrar. casu 17. Tiraquell.in l.si vnquam.C. de reuoc. donation. verbo donatione largitus.nu.103. & seq.& 3. par. de iure constituti possess. limitat.30. nume.48. Asini.de executio. instrum.§.1.c.25.nume.6. Thesaur. decis.Pedem.26.nume.13. & alij passim.

Est ergo quæstio, an vbi huiusmodi statutum non adest, possit per pactum effici, quod instrumẽta executionem paratam habeãt, & duo casus distinguendi sunt.

3 Primus casus est, cum quęritur, an possit per pactum fieri, quod ex instrumento fiat executio in bonis. Et non posse, neque eiusmodi pactum valere, dixit Bald. num. 34. in l. tale pactum. § qui prouocauit. ff.de pactis.& consilio 262.numer.2.lib.3. sequuntur Iason in l. quæ delegato. num.6. ff.de legat.1.Iafredus Balbus decis 226. Auiles in cap.10. Prætorum.verbo execution. num.1. ad fin.Ioan.Gratian. reg.179. nu. 8.

Mouentur isti ex eo, quod aiũt, ordinem iudiciorum peruerti non posse, quia est ad substantiã iudicij: cap. de causis. de officio deleg. c. 1. de libelli oblatione. Authent.offeratur.C.de litis con testatione.

Respondet Roderi. Suarez. in l.post rem iudicatam.in declaratio. legis Regni euiden.1. nume. 13.hoc non procedere in hoc casu, in quo non pro parte, sed in totum tollitur ordo iudiciarius: quod fieri potest, Gl.verbo illustrium.in c.fin. de re iudic. lib.6. cum adductis capit. præceden. num. 26.

Contrarium, imò hoc pactum valere, & ex eo instrumenta habere posse executionem paratã, dixerunt Anton.de Canar. in tractа de executione instrument. q. 32. nume.68. Roderic.Suarez.d. euident 1.num.16.cum sequent. Petrus Rebuff.1.tomo.ad leg.Gal lic. titu. de chyrograph. & schedul. recognit. in præfatione. nu. 104.Gabriel Sarayne in additio. ad Matesilan. singul.20. nume.8. Anton.Massa Gallesi. ad formam cameral.obligat.parte.2. part.3. quęst.4.num.4.& 5.Franc.Becius consil.17.num.2. Cephalus consl. 439.nu.22.lib.3. Asini. in tractat. execution.§.1.c.15. Andræas Ga il lib.2.de pace public.cap.2. nu. 26. Thesaur.decis.26. nume.6. & dicit Valdes.in addition. ad Roderi.Suarez.vbi suprà, de hoc nõ esse dubium.Idem pręsupponũt, qui disputãt, an in Hispania necessaria sit conuentio expressa, ut instrumenta publica habeant executionem paratam, de quib. statim.

Pro his facit primò text. in l. 3.C.de pignor.l.Titia cum testamento. §.1. ff. de leg. 2. vbi valet pactum, quod creditor propria authoritate possit, in bonis debitoris

bitoris executionem facere. ergo & valebit, quod id possit facere authoritate iudicis, quod est magis ciuile.

Respondent Bald. & Iason, quod id procedit in executione priuata, vbi non requiritur ordo, & aliud debet esse in publica, & iudiciali.

Sed replicat vrgēter Roderic. Suarez vbi suprà. num. 11. quod idem debet esse, cum sit executio authoritate iudicis, quia cū partes conueniunt, iudex debet acquiescere: l. si conuenerit. ff. de re iudic. & inducit in hanc sententiam Bartol. num 26. in d l. creditores. C. de pignor. vbi ait, quod creditor, qui ex pacto habet facultatem ingrediendi possessionem propria authoritate, quod est quōdam ius exequendi, si ex vrbanitate adit iudicem, iudex debet executiuè sine libello procedere: sequuntur Alberic. ibi num. 5. Soci. Ruin. Gratus, Negusan. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. de adipiscend. possess. reme. 5. num. 148. & 150.

Secundò, videtur pro hac sententia tex. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. vbi, qui prouocauit, transegit, & promisit, certo die soluere, eo nō adimplente, ait tex. quod iudex appellationis, nullo alio de principali causa discusso, iustam conuentionem veluti confessi sequetur. Et licet respondeat Bald. quod in illo tex. fit executio prioris sententiæ præcedentis, replicat Roderic. Suarez quod non potest fieri executio sententiæ, quæ noua ta fuit. l. si contra maiorem. C. de appellation. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic. & secundum intellectum Bartoli, quem sequuntur ibi Paul. de Castro, Alex. Ias. & cæteri, dicentes communem, in eo text. fit executio ipsius conuentionis.

Tertiò, Roderic. Suarez ponderat generalem vim pactorum: l. 1. ff. de pactis. & quod, cum ex iureiurando oritur ius exequendi, oritur planè ex conuentione l. 2. l. sed etsi possessori. ff. de iureiurādo. Rebuff. adducit alia quędam generalia.

4 Secundus casus est, cum pactū continet, quod possit fieri executio in personam debitoris, illum capiendo, & carcerando, & hoc pactum non valere, dixerunt Canar. Sarayne, Gallesius, Becius, Thesaurus, vbi suprà, Seraphinus de Seraphin. in tract. de priuilegijs iuram. priuil. 77. nu. 4.

Contra verò, valere, sentiunt Roderic. Suarez, & Rebuff. locis suprà citatis, Andr. Gail lib. 2. obseruat. 45. num. 5. nouissimè Carol. Crassus in tract. de exceptio. in prælud io. num. 8. & omnes Hispani, qui disputant, an omnia instrumenta in Hispania habeant executionem paratam, de quibus statim.

Sed hæc quæstio eadem illa est, quam sup. præced. casu 4. examinauimus, vbi sequuti sumus

opinionem volẽtium, posse quẽquam se obligare ad carceres, ideò apparet, posse pacto fieri, quod instrumenta habeant executionem paratam, etiam quoad capiendam personam, fundamenta inde petenda sunt.

Illud nunc addimus, generali Hispaniæ consuetudine receptũ esse, valere eam conuentionem, etiam quoad carceratione persona, ideoque, omnibus instrumentis solet addi clausula. *Damos poder à todas, y qualesquier justicias de su magestad, ante quien esta carta fuere presentada, para que sobrelo en ella contenido hagan execucion en nuestras personas, y bienes: como si contra nosotros fuesse dada sentencia difinitiua por juez competente, y por nos consentida, y passada en cosa juzgada.* Quæ videtur potuisse desumi, ex l. cum quasi. 30. §. si plures. ff. de fideicommissar. libertat.

5 An verò non aliter executioni mandentur instrumẽta Hispana, quam si prædictam clausulã habeant? quæstio est à nostris agitata, & pro his quæ in præcedenti cap. ad finem diximus, necessaria, neq; ab instituto nostro aliena.

Et non aliter executioni mandari, dixerunt Roderic. Suarez in l. post rem judicatam. in declaratione legis Regni. euident. 1. à num. 15. Couarruui. lib. 2. variar. resolut. cap. 11. num. 3. vers. illud sanè. Didac. Perez. glos. por carta. in l. 2. tit. 14. lib. 5. ordinam. & latiùs in l. 4. gl. mandamos col. 5. tit. 8. lib. 3. ordin. Ignati. de Salcedo in addit. ad Bernardum Diaz regul. 344. Baeza de inope debitore. cap. 1. nume. 31. Ioan. Gutierrez. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 62. numero 6. & in quæstion. practicis. part. 1. quæstion. 110 Paz in praxi. tomo primo part. 4. capit. 1. nume. 9. Quemada quæstion. 9. bonorum fiscali. & refert Thesaur. decis. 26. numero 12. Iacob. Valdes. in addition. ad Roderic. Suarez loco citato. idem ait Didacus Segura in l. si ex legati causa. numero. 71. 78. & 87. ff. de verbor. obligation. tametsi Olanus in antinomijs. lit. I, nume. 55. contendat Seguram. ibidem nume. 73. & sequ. contrarium sensisse.

Mouentur isti primò ex eo, quod antiquior lex Regni, quæ de executione instrumentorum loquitur, est lex serenissimi Regis Henrici III. data Hispali die 20. Maij. anni 1396. quam integram refert Roderic. Suarez vbi suprà. insertam in alia lege serenissim. Regum Ferdinandi, & Elisabethæ, data Toleti anno 1480. quæ est in legibus illis Toleti illius anni numero 44. non habetur integra in ordinamento, neque in Recopilatione, sed solum eius epitome. Hæc ergo lex, inquit Roderic. Suarez, non disponit de nouo, instrumenta esse mandanda executioni, sed præsupponendo, solitum esse, instrumenta executioni mandari, dat formam circa executionem facien-

faciendam,& exceptiones malitiosas non admittendas: ergo, ante eam legem, iam instrumenta mandabantur executioni,hoc esse non poterat de iure communi, quo instrumenta non habent executionem paratam:l.minor vigintiquinque annis cui fideicōmissum.ff. de minor. ergo, quia habebant clausulam guarentigiam, quæ in Hispania est prædicta, *damos poder, &c.* Disponit ergo illa lex,de executione facienda instrumentorum habentium dictam clausulam. Leges postea sequentes omnes de obseruandis in executione loquuntur, non ergo est date legem Regni,quæ instrumētis publicis de nouo det viam executiuam, sed iam habentibus, ac proinde vt virtus executiua causetur, opus est dicta clausula. Confirmat hoc argumentum Rodericus Suarez variè, ac ponderat verba text. quæ sic refert. *Y porque noles pagan las dichas deudas presentan las dichas cartas, y recados ante vos los dichos alcaldes,para que fagades execucion por ellos.* Et subdit Roderic. Suarez hæc verba: *Et sic videtur, quod loquitur dicta lex in illis contractibus, pro quibus petebant creditores executionem ante dictam legem, sed certum est, quod non poterant petere, nisi pro illis instrumentis,quæ habebant paratam executionem ex dicta clausula, & conuentione, ergo super illis venit ad disponendum hac lex.*

Respondent huic argumento variè contrariæ partis assertores maximè Auendani in declar. ad l.4. & 5. titu.8. lib.3. ordinam. à numero 1. per argumenta 2. 3.4. 5. & 6.

Ego miror Rodericum Suarez, qui non exactè ponderauit verba illius tex. quæ ipse paulò antè integrè retulerat, & videor, nodum hūc facilè posse dissolue re,exposita solum rei serie. Ait ergo illa lex, quod Genuenses mercatores, quo instrumenta haberent executionem paratam, faciebāt illa celebrari coram iudicibus, vulgo *los alcaldes*. eius verba sunt. *Los consules delos Ginoueses se me quexaron, y digeron, que ellos venden sus mercaderias, e facen sus contratos à Christianos, y Moros, y Iudios, por ciertas quantias de marauedis, que se obligan delles dar, y pagar por ellas, aplaços ciertos,y so ciertas pœnas.* Sequit & facit. *Deloqual les otorgan cartas, y recados ante vos los alcaldes dela dicha ciudad, para que fagades execucion por ellos.* Non ergo, vt dicebat Rodericus Suarez,lex ait, quod creditores producebant, instrumenta,vt ex eis fieret executio, sed quod contrahebant in iudicio, vt adesset via executiua, quia quælibet promissio in
6 iudicio facta habet executionē paratam: l. eum pro quo 17. & ibi Baldus, & Paulus Castrens. ff.de in ius vocand.Fely. in fine. Decius nu. 7. in c. si quando. de officio deleg.Marsil.sing.394. Afflict. decis.387. Asini.in tractatu

 de

de execution.§.1. capit.16.Vincent. de Franchis deciſ.118. nume.7. Auiles in c.10. prætorum, verbo execucion.num.12. Parlador.libro 2.rerũ quotidian.c.19. par.1.§.10.& alij paſſim. Neque etiã ex ea lege colligi poteſt, inſtrumenta prædicta, ideò mandata fuiſſe executioni, quia habebant clauſulam prædictam, ſed qnia facta in iudicio.

Proſequitur dicta lex, & tollit illam neceſſitatem contrahendi in iudicio,& diſponit duo, alterũ, quod ex inſtrumẽtis publicis detur executio, alterum, quod in ea executione non audiantur exceptiones malitioſæ, patet ibi, *Porque vos mando, que cada que los dichos mercaderes, o qualquier otra perſona, o perſonas vos moſtraren carta, o cartas, o otros recados ciertos de obligaciones, que tengan contra qualeſquier perſonas, delas deudas que les devieren, que las cumplades, y lleguedes à execucion, ſe yendo paſados los plaços delas pagas.* Et reliqua. Vides qualiter, hæc lex, in hoc uon loquitur tantùm de modo obſeruãdo in executione, quam præſupponat alias faciendam, vt dicebat Roderic. Suarez, ſed de nouo inducit, & diſponit, quod ex inſtrumẽtis fiat executio:& ad hoc nihil aliud requirit, quàm *carta, ò otros recados ciertos*. Proſequitur deinde lex, excludendo malitioſas exceptiones, per nouam diſpoſitionem ſeparatam à priori; ibi, *y que no lo degedes de aſi facer, e cumplir, por paga, o excepcion.* Et reliqua.

Hæc lex erat localis, pro ſola Hiſpali, poſtmodũ in anno 1458. Sereniſsimus Rex Henricus IV. iuſsit aduerſus inſtrumenta, ſententias, & alia habentia executionem paratam non admitti, niſi certas exceptiones, habetur in l.4.tit.8. libro 3. ordinamen. hodiè l.1. titul.21. libro 4. Recopilatio. Hæc lex eſt generalis, ſed non dat executionem omnibus inſtrumentis publicis, ſed tantum decernit, præter certas, omnes alias exceptiones repelli, reſtrictè, in illis caſibus, qui iam habebant executionem paratam.

Superuenerũt Sereniſsimi Reges Catholici, & aiunt, illam legem eſſe localem, pro ſola ciuitate Hiſpalenſi, ſed eſſe vtilem pro toto Regno; hoc verò non poteſt intelligi de ſecunda diſpoſitione illius legis, repellente malitioſos exceptiones, quia iam erat diſpoſitum generaliter in toto Regno, per Sereniſsimum Regem Henricum IV. vt dictum eſt: ergo illa lex aliud habet, præter repulſionem exceptionum, toti Regno non communicatum, quod lites abbreuiet, ad hoc enim dicunt eſſe vtilem, ibi, *para abreuiar los pleytos*. Et certè nihil aliud, quàm prima diſpoſitio, quæ vim executiuam inſtrumentis tribuit, ergo apparet, in illa lege de nouo dari inſtrumentis via executiua. Itaque in l. 5. tit.

tit.8.libro 3.ordinam. hodie l.2. tit.21.lib.4. Recopilatio. quæ est dicta lex.Serenissim. Reg.Catho lic.eodem modo ponitur duplex decisio, altera, quod fiat ex instrumētis executio, altera, quod non admittantur exceptiones il legitimæ.

Secundò mouentur prædicti, per text.in l.5.titu.21.lib.4.Reco pilation. vbi refertur dispositio dicta l.2. & dicit text. in finalib. verbis. *Conforme ala ley de Toledo suso dicha, que fabla delos contratos guarentigios.* Ergo illa lex non loquitur de exequendis omnibus contractibus publicis, sed tantùm guarentigijs, & ita habentibus dictam clausulam, fuit origi naliter consideratio Couarruui. & in ea vim faciunt Gutierrez. Salcedo, & alij.

Respōdet Olan.in antinomijs. lit.I, num.51. quod illa verba vltima intelligenda sunt per alia posita in principio ibi. *Como los otros contratos otorgados ante nuestros escriuanos, que traben apareja da execucion.*& ita solum requirit, instrumenta esse publica. Replicat Gutierrez in practic. qq. lib. 1.q.110.imò illa verba,*que traben aparejada execucion.* restringere il la verba præcedentia,*los otros con tratos otorgados ante nuestros escri uanos*. & ostendere, non omnia instrumenta habere executionē paratam,ex natura illius relatiui *que*,argum.tex.in l.ea tamē adiectio. ff. de leg. 3. sed huic considerationi respōderi potest,quod illud relatiuum iunctum verbo præsentis temporis non restringit. Sed demonstrat, Bart. Ias.& omnes in l.Sthycū qui meus erit. ff. de legat.1.

Parlador. lib. 2. rerum quotidian.c.19.part.1.§.11.ampliat.1. num. 7. respondet, illam legem 5.accepisse verbum *guarentigios*. pro publicis, quia refert dictam legem 2. vbi tantùm de publicis habetur, & lex referens intelligi tur iuxta terminos legis relatæ: l.vbi autem.§. illud. ff. de verborum obligatio.

Re vera illud verbum *guarentigios* intelligi non potest in suo proprio significato,quia guarentigium appellant Thusci instrumentum, in quo adest præceptū notarij, tanquam iudicis chartularij,pro obseruatione contractus: Bart.in l. 1.num.3.C.de con fes.Bald.num.11. in c. dudum de electio.& relati sup. nu.2. ac alij passim. Huiusmodi autem obseruantiam in Hispania non habemus, quia notarij non constituuntur iudices, neque ex titulo ordinario notarius vllam habet iurisdictionem: l.adoptio. C. de adoptio.vbi in specie Bal.notat, tabellionem nō posse facere præ ceptū guarentigiæ,nisi specialiter in priuilegio fiat mentio, quod sit etiam iudex ordinarius: sequuntur Alexand.in l.ait Pretor, §.si iudex. num.9. ff. de re iudic. Campeg.de dote. 5. part. q.111, nu.13. Thomas Dec. alleg.5. nu. 5. cui subscribit Socin. Mascard,

concl.926.num.11. quidquid dicat Thesaur.decis.26.num.13.Vnde neque instrumenta habentia clausulam illam, *damos poder,&c.* dici possunt guarentigia, vt in specie notat Thesaur.d.decis.26. num. 13.

Est ergo illud verbum *guarētigios* intelligendum impropriè: nō potest autem intelligi de instrumentis habētibus illam clausulam, *damos poder &c.* vt volunt Couar. & sequaces, quia lex illa Toleti,ad quam se refert,de eiusmodi clausula nullum verbum habet.

Igitur intelligendum est de instrumentis publicis, ac proinde dicendum,omnia instrumenta publica vocasse guarentigia, cum lex illa Toleti de omnibus publicis loquatur,& iam data illis virtute executiua, appellari possint guarētigia, hoc est firmā, hoc enim significat vocabulum illud Thuscum, & videtur idem, quod rustici nostri dicunt *Robra*, à roborando. Respexit ergo lex ad consuetudinem Italiæ, & instrumēta sua publica compellauit eo nomine, quo Italia nominat sua. Ita videntur sensisse Olanus vbi suprà.num.41. Didac.Perez.& Parlador.locis citatis.Azeuedo in d.l.2.tit.21.lib.4.Recopilation. num.53. & seq.

Alia quę adducit Roderic.Suarez.leuia sunt, sed pro hac parte ponderari potest text. in l.4. tit. 21.lib.4.Recopila.quatenus ait, ex trāsactione coram notario publico facta dari executionem; nam si omnia instrumenta publica corā notarijs facta executionem habent, quid attinebat hoc in transactione nominatim decernere? Respondetur fuisse dictum ad maiorem declarationē, cum propter præcedentem sententiam aliquid dubij insurgere posset,& ne trāsactionibus, quæ instrumento publico non probarentur,videretur dare viam executiuam.

Contrarium,& verius, imò omnia instrumenta publica, eo ipso quod publica sunt, etiam si illam clausulam *damos poder*, *&c.* non habeant,habere executionem paratam, tenent Auendan.in declaratione ad l.4.& 5.tit.8.lib.3.ordin.à nu.1.& in dictionario.verbo escrituras publicas. Palacius Rub. nu.1. Didacus de Castillo. verbo obligacion. in l.63. Tauri. Villalobos in antinom. iuris ciuil.& Regij.lit.I,num.21 Olanus eodem loco. à num. 33. Antoni. Gomez.ī l.64.Tauri.nu.4.Albornoz in arte contract. lib.1. tit.2. nū.8.Ioan.Marienzo in l. 10.titu. 17.lib.5.Recopilatio glos.6.& 9. Ioannes Gracian reg.179.nume. 10.Parladori.lib.2. rerum quotidian.cap.19.par.1.§.11.ampliat. 1.Azeuedo in l.2.tit.21.lib.4 Recopilatio.à num.53.qui num. 56. ait,quod prior opinio verior est, & in praxi receptior, sed quod hęc posterior semp sibi placuit, benè quod placuit, malè quod putet, priorem esse veriorem, &

rece-

receptiorem, cum non sit.

Pro hac sentẽtia facit, primò, rei series relata suprà ad respon sionẽ primi argumenti cõtrarij.

Secundò, quod leges solum exigunt instrumenta esse publica: l. 2. tit. 21. lib. 4. Recopilatio. ibi. *Cartas y contratos publicos, y recados ciertos:* l. 3. eod. tit. ibi. *por cõtratos o obligationes.* l. 4. eo. tit. ibi. *transacciones que fueñ hechas en tre partes por ante escriuano publico.* l. 5. eod. tit. ibi. *como los otros contratos otorgados ante nuestros escriuanos, que traben aparejada execucion.* l. 19. eod. tit. ibi. *la forma que se ha de tener en las execuciones que se haçen delos contratos publicos* l. 10 tit. 17. li. 5. Recopilatio. ibi. *otras obligaciones publicas que traben aparejada execucion.*

Tertiò, quod lauda habẽt executionem paratam, l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopilat. & chyrographa priuata recognita, l. 5. eo. tit. imò & recognita solum coram tabellione. l. 6. eo. tit. & acceptatio libramenti arrẽdatoris maioris facta coram tabellione ab arrendatore minori: l. 9. tit. 16. lib. 9. Recopi. Quæ omnia non habent illam clausulam, neque maiorem vim quam instrumenta, ergo multò magis instrumenta publica habebunt, etiam sine illa clausula, executionem paratam.

Quartò, quod ratio, quæ mouit leges, ad concedendam hanc executionem, pariformiter militat in omnibus instrumentis publicis, non enim assignatur ratio, quia ipsæ partes consenserunt executionem fieri, sed *que son recados certos.* &, *para abreuiar los pleytos.* Et dicit Paul. Castren. cõsil 31. num. 2. lib. 3. quod statuta

8 de instrumentis mittendis executioni fundantur super quadam necessitate, quæ resultat ex instrumento, nam quod instrumento publico continetur, habetur pro veritate euidentissima, & efficacissima: multa Iason cons. 12. num. 13 lib. 1. Tiraquel. de retraict. lignag. §. 2. glos. 1. à nume. 20. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. num. 224. Roland. consil. 58. num. 6. lib. 2. cum sexcentis similibus. Hæc autem verificantur in instrumentis, sine illa clausula, ergo ex eis procedit executio.

Concordabat has opiniones Didac. Perez loco citato, vt licet prior sententia admittenda foret, tamen, quia semper solet apponi illa clausula, si aliquando omittatur, habeatur nihilominus pro apposita: argumento tex. in l. quod si nolit §. quia assidua. ff. de ædilit. edicto. l. fina. C. de fideiussor. Placet Gundisaluo de Paz; displicet Gutierrez. Olano, Azeuedo, & Valdesio. Sed im

9 merito, quia in terminis, quod vbi clausula guarentigia solita est apponi, si quandoque omittatur, habeatur pro apposita, dixerunt Baldus in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure iurand. Anton. Gabriel. lib. 6. cõmun. opin. tit. de consuetudine.

concl. 3. nu. 5. Menochi. conf. 37. num. 61. tametsi, vbi solita nō est, omissa non possit à notario suppleri: Baldus nume. 15. in capit. quoad consultationem, de re iudicat. Tiraquell. de iure constit. possessor. 3. par. limitat. 31. nume. 2. vnde videtur Didacus Perez rectè loquutus. Sed sine dubio simpliciter verior est opinio, quod etiam sine ea clausula procedat executio.

SVMMARIA

Ex Capite sequenti.

1 *Qui teneant non valere renuntiationē cessionis bonorum.*

2 *Etiam addito iuramento.*

3 *Priuilegio miserationis gratia indulto an posit renuntiari?*

4 *Qui teneant valere renuntiationem cessionis bonorum.*

5 *Maximè addito iuramento.*

6 *Per statutum tolli an posit cesio bonorum?*

7 *Stante statuto repellente omnes exceptiones, an cesio bonorum censeatur exclusa?*

8 *Debitor fisci quando posit gaudere beneficio, quando posit gaudere beneficio cesionis bonorum?*

9 *Quando omninò constat de extrema miseria, non obstante renuntiatione iurata admittitur cesio bonorum.*

10 *Qui distinguāt in principali articulo.*

11 *Qui secum iurauit non vti cesione bonorum, non obligatur eo iuramento.*

CAPVT XXII.

An posit per pactum renuntiari cesioni bonorum?

Flebile miserabileq; beneficiū cessionis bonorum, an possit per pet pactum tolli, & reuuntiari? antiqua & à multis agitata quæstio est, in qua tres sunt opiniones.

1 Prior opinio est dicentium, nō posse cessioni bonorum etiā per pactum renuntiari, cuiusmodi sunt Iacobus de Bellouiso in Auth. de fideiusso. §. quod autem. Dynus Ricard. de Malumb. Bartol. num. 10. Alberic. num. 6. Paul. de Castro num. 3. Raphael Cuma. in addition. Ioan. de Imola num. 5. Francisc. Aretin. nu. 3. in l. a/ia. §. eleganter. ff. solu. matrimo. Cynus num. 10. Salycet. num. 9. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ioan. Faber num. 5. in l. fina. eod. tit. Alberic. num. 11. in Rubr. eod. titu. vbi nu. 13. dicit communiter approbatam, & quod pluries obtinuit de facto. Ioan. Andr. num. 1. Anton. de Butrio num. 2. Abbas nu. 2. Cardinal. nu. etiam 2. Anchar. num. 6. in cap. 2. de pignor. Bald. nu. 26. Ioan. Fab. num. 8. Iason nu. 30. in §. fin. Institu. de actio. Ioan. de Imola nu. 6. in cap. ex rescripto. de iureiurand & num. 19. in cap. 1. de pignor. & num. 22. in cap. Odoardus. de solutio. Socin. reg. 342. alias est reg. 1. sub lit. P, incipit Pactum quod debitor.

Alex.

Alexan.consf.37.num.6.lib.2. Capra reg.75.num.29.Mazolus cõs. 22.num.4.Andraeas Gail in tract. de pace publica.lib.2.c.2. nu.23. Carrocius in tracta.de oblation. par.2.quaest 9.nu.67.Ecrdin. Minchaca lib.3. de succesſion. creat. §.22.num.79.& §.29.nume.17.in fin.Ioseph.Ludouic.decis. Perus. 64.num.6.par.2.Magonius decis. Lucens. 88. num. 9. Menochi. de arbitrar.iudic.casu 183.num.18. Ioannes Gutierrez. de iuramento confirmator.1.par.cap.18.nu. 1.Gaspar Baeza de inope debito re.cap.1.nume.41.& cap.2.num. 6.Gundisal.de Paz.in praxi.tom. 1.part.4.cap.5.nume.15.quorum plerique dicunt istam esse communem sententiam.

2 Imò quod amplius est, non valere eiusmodi pactũ tametsi fuerit iuramento confirmatum, dixerunt Rota in antiquis.tit.de arb. decis.2. & tit. de renuntiatione. decis.4. Abbas.num.2.in cap. 2. de pignor. Guido Papae decis. 311.Franc.Becius consil.10. nu. 6.Mazolus d.cons.22.num.7.Minchaca d. §. 22. num.80. Baeza d. cap.1.num.42.Carroc.d.quaestio. 9.num.68.Cumia super ritu.cap. 95.num.3. Paz. d.cap.5. num.15. Thesaur. qui dicit magis communem decis.Pedem.36. num.4. Petrus Barbosa in l. alia. §. eleganter.num.51.ff.solu.matrim. nouissimè Carol. Crassus in tractat.de exceptio. excep.17. num.20.

10 Mouentur isti primò ex eo, quod ex hoc pacto sequitur, debitorem pauperem non posse effugere carcerem, quod est contra bonos mores, ideò non valet: d.§. eleganter. l. si vnus. §. illud nulla.l.iuris gentium. §. si paciscar.ff.de pact. neque iuramento confirmatur, regula non est, obligatorium.de reg.iur.lib.6.

Respondet Alexan.num.11.in d.§.eleganter.quod hoc pactum non est contra bonos mores, quia si esset, nullo casu a lege permitteretur carceratio debitoris, at permittitur, l.1. C. qui bon.ced.poss.& permittitur sublata spe cessionis bonorum: l. fina.C.eod.tit.ergo non est contra bonos mores. Petr. Barbosa in d.§. eleganter.nume.50.ideò dicit esse contra bonos mores, quia tollit misericordiam, cui videtur respondisse Iacob.de Arenis, referente Cyno vbi sup. qui dixit, quod debitor non soluendo delinquit, l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis. ideò poenam pati debet: l. cum quidam. §. de pupillo.ff. de vsuris, sed in eo, qui sine culpa sua effectus est, non soluendo, non potest delictum considerari; imò & contumax habet beneficium cessionis bonorum, huic tamen considerationi respondetur infrà argumento 4.

Secundò non solum inducitur carceratio, sed etiam carceratio perpetua, ad carceres autem perpetuos nemo se obligare potest, vt dictum est suprà c. 20.nu. 34.imò neque delinquentes possunt

ſunt puniri pœna perpetui carceris de iure ciuili: l. incredibile. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis, ergo multò minùs ex pacto poteſt induci hæc pœna, ita argumentatur Alberic. in Rub. nu. 13. C. qui bon. ceder. poſſ.

Reſpondent huic argumento Roman. num. 15. Alexan. num. 11. in d. §. eleganter. Ioannes de Imola nu. 33. & 34. in c. cum contingat. de iureiurand. Seraphin. de Seraphi. de priuileg. iuramenti. priuileg. 91. nu. 5. quod pactũ non continet expreſsè, debitorem ſe obligare ad carceres perpetuos, quia id non valeret, ſed venit in conſequentiam: ea autem quæ principaliter fieri prohibentur, ſi veniant in conſequẽtiam alterius permiſſi, valent: l. 1. ff. de authorit. tutor. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. l. quædam. ff. de acquir. rer. domin. ca. per venerabilem. & ibi glo. 2. qui filij ſint legitim. & hoc comprobant multis ſimilibus.

Reſpondeo aliter, quod ex renuntiatione ceſſionis bonorum non ſequitur, quod reus futurus ſit in perpetuis carceribus, quia licet renuntiatio valeat, quoties tamen debitor diu fuit in carcere, & apparet, re vera illum omnino laborare inopia, excarcerandus eſt: iuxta limitationem ſequentis opinionis.

Tertiò, quia carcer eſt quædã ſpecies ſeruitutis: l. 2. ff. de liber. hom. exhiben. l. Titio centum. §. Titio centum. el 2. ff. de conditio. & demonſtr. ad quam nemo ſe obligare poteſt: l. nec ſi volens. l. liberos. C. de liber. cauſ.

Reſpondetur, quòd debitor carceratus non efficitur ſeruus creditoris, & ita non poteſt dici hoc pactum inducere ſeruitutẽ: Gloſ. & Bartol. num. 5. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Bart. num. 11. Angel. num. 3. Alexan. nu. 11. in d. §. eleganter.

Replicant Salycet. num. 9. in d. l. 1. Barboſa nu. 49. in d. §. eleganter. quod licet non ſit vera & formalis ſeruitus, eſt tamen quaſi ſeruitus, & ſeruitutis ſpecies.

Reſpondetur, quod ſemota vera & formali ſeruitute, ad iſtam quaſi ſeruitutem quilibet ſe obligare poteſt: l. ſancimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & dictũ eſt ſuprà cap. 17. idque multò magis in fauorem eius, qui aliquod ius habet in ſe obligãtem: d. §. Titio centum. el 2. & ibi notant omnes. l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſtam. creditor autem multum iuris habet in debitorem.

Quartò, in hoc pacto magna relucet creditoris durities, qui ex eo, quod debitor in carcere retineatur, nihil cõſequitur, niſi vt officiat, quod ferendum non eſt: l. in fundo. ff. de rei vendic. & quaſi caro & corium hominis deducitur in commercium, contra tex. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat. ideò creditorum duritia refrenanda eſt: l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis expor-

exportan. imò & sibimet obest, quia creditor extra carceres po terit operari,& lucrari,vnde sol uat, in carceribus non potest. Ra tionem hanc referunt Cynus,Ro manus, & omnes antiqui, licet nouam dicat Minchaca d.nu.79.

Respondetur, quod non potest dici creditor durus,qui tantùm desiderat, sibi satisfieri; cuiusque intétio principalis est, non debitori officere, sed suum consequi, ideò attendenda l. si quis nec causam.ff. si cert. petat. Neque in dolo dici potest,qui si bi prospicit:l. si pupillus.ff.de ac quir.hæred.cum multis adductis à Tiraquello de retraict. lignag. in prçfatione.à nu.78.

Præterea,vexatio debitoris in carceribus vtilis est creditori, vt debitor omnem adhibeat diligentiam, & pecunias fortè absconditas prodat,vel à cognatis & amicis impetret, multi enim freti beneficio cessionis bonorũ,negligentes sunt,qui si sciunt, non posse carcerem euadere, inueniunt modum soluendi, vel alij miseratione moti pro eis sol uunt: Roman.num. 15. Alexan. nu.11.in d §.eleganter.Imola nu. 34.in d.c. cum contingat.

Replicat Salycet.fateor à prin cipio,sed ex post facto, cum apparet debitorem non posse solue re,negari nõ potest, creditorem nimis durum esse; addit Baeza d.c.1.nu.42.vix hoc sperari posse,quia charitas refrixit.

Respondeo, saltem debere ex pectari, quod tempus, & experientia ostendant, an debitor simulet,an verè egenus sit, quod certè stante ista opinione non potest cognosci, quia multi frau de & dolo abscondunt bona, & confugiunt ad cessionem,qui car cere, veluti lapide Lidio explorandi sunt.

3 Quintò, priuilegio miserationis gratia indulto renuntiari nõ potest,Glos.verbo excedere in l. vnica. C. quan. imper. inter pupill.& vidu.quam ibi dicunt notabilem Baldus & Salyce. Fely. nu.16.in cap. si diligenti. de foro competenti: sed beneficium cessionis bonorum miserationis gratia inductum est, l. fin. C. qui bon. ceder. poss. & tradunt omnes vbique: ergo ei renuntiari non potest.

Respondetur,contrarium esse verius, imò & iuri miserationis causa inducto posse renuntiari, vt multis probant Cagnol. in proœmio digestor.nu.189. Tiraquell.in præfatione l. si vnquam. C.de reuoc.donat. nu. 124.

Sextò,per carcerationem quis iniuriam patitur: l. cum filij. C. qui bon. ced.poss. sed de futura iniuria non propulsanda,non po test pacisci:l.si vnus.§.pacta quæ turpem.ff.de pactis.ergo non va let hoc pactum.

Respondebat Iacob. de Arena, quod est iniuria respectu iuris naturalis, non respectu iuris ciuilis, quod propter bonum pu blicum sic prouidit,allegat l.1.ff.

de ne-

de negot.gestis.l.1.ff.de vsuris.l. si operis.ff.de pœnis.

Respondet Alexan.num.15.in d.§. eleganter. quod cum carceretur authoritate publica, nulla iniuria est, iuris enim executio non habet iniuriam.

Alia quædam leuia adducunt suprascripti, quibus ipsimet respondent, & Vitalinus de Cambanis in tract.clausular.tit.an valeat renuntiatio cessionis bonorum. hinc inde tam multa dicit, vt cognosci non possit, quid sentiat, vt etiam notauit Neuizan. consf.59. num.6.

4 Secunda est opinio contraria, dicentium, valere hoc pactum, quo debitor renuntiat beneficio cessionis bonorum, cuiusmodi sunt Iacob.Butrigar. in tracta.de renuntiationibus iuris. Iaco. de Arenis in quodam cōsilio quod inserit Cynus in l. 1. C. qui bon. ceder.poss. Feder.de Senis consf. 60.Angel.num.3.&4.Roman.nume.15.Alex.num.11. in d. l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimo. idem Angel.num.fina.in l.cum filij.C. qui bonis ceder.poss.Anto. de Butrio nume. 11. Ioannes de Imola num. 32. cum duobus sequent. Alciat. num.72. in c. cum contingat. de iure iuran. Abbas consf.42.nu.1. lib.2. idem Abbas num.3.in cap.fin.de pactis. Rota Romana in antiquis decisf. 31. sub titulo de re iudic. aliàs est 567.Felyn.num.12. in cap.ex rescripto. de iureiurand. & nume. 4.in cap.si diligēti.de foro compet.Neuizan. consil. 59. nume.6. Capella Tholosana decisf.61.Couarru. in cap. quamuis pactum. de pactis.lib.6. parte 2. in initio num.6.& lib. 2. varia. resolution. cap.1.num.7. Ioannes Matienzo glo.2.num.5.in l.7. titu.16.lib.5. Recopilatio. ac dicit in puncto iuris veriorem, Ripa nume. 30. in l. obligatione generali. ff. de pignoribus.

5 Quod si eiusmodi pactum fuerit iuramento vallatum, eius validitatem esse sine dubio, nam iuramentum est de iure naturali, quod est potentius, quam ius ciuile merè positiuum, quod induxit cessionem bonorū, dixit Baldus nume. 13.in l. 1.C.qui bon.ceder.poss. idem aiunt Federic. de Senis dicto consf.60. Rota Romana d.decisf.31. de sententia ex re iudic. in antiqui.scui potius standum esse, quia plenius examinat. ait Neuizan. d.consf.59. nume.7. Anton. de Butrio, Abbas, Ioan. de Imola, Roma. Alex. vbi suprà, Socin.in tract.de citation. artic. 7.num.18. Ripa num. 33. in d. l. obligatione generali. Minchaca de successf.creat.lib.3.§.28.num. 19. & §. 29. nume. 17. Matthæus Brunus de cessione bono. quæst. 21. princip. num.9. Ioannes Gutierrez. de iuramento confirmatorio.1.par.c.18.num. 4. Seraph. de Seraphi. in tract. de priuileg. iuram.priuil.91. num.3.

Mouentur isti primò ex eo, quia pactum hoc nullo iure reperitur prohibitum, nec est contra bonos

bonos mores naturales, nec ciuiles, ideò valere debet: l. 1. ff. de pact. & vnicuique liberum est, iuri pro se introducto renuntiare: l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Quia ea, quæ aduersus hoc pactum dici possunt, in responsione ad fundamenta contraria sublata sunt. Iuramentum verò super ea re præstitum seruari potest sine interitu salutis æternæ, ergo seruandum est: c. cum contingat. cap. licet mulieres. de iureiur. eod. tit. lib 6. cap. quamuis pactum. de pactis. eod. lib. 6.

Secundò, facit potestas hæc, quam habere quemlibet in se ipsum, toto hoc tractatu probam': vnde & libertatem suam grauare, & restringere potest, vt sup. c. 17. probatum est, & ad carceres se obligare, vt etiam capit. 20. diximus.

6 Tertiò, tacitè potest debitor beneficio cessionis bonorum renuntiare, accipiendo dilationē quinquennalem: l. fin. C. qui bon. ceder. pos. ergo multò magis expressè. l. cum quid. ff. si certum petatur.

Huic tamen fundamento respondebat Salyce. num. 9. ad fin. in l. 1. C. qui bon. ceder. poss. tacita nonnunquam valere, vbi expressa non valent: l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit. & in hoc casu, in renuntiatione expressa malus animus creditoris demonstratur, quod deficit in tacita, in qua potius apparet fraus debitoris. Potest hæc solutio cō probari ex solutione data per sequaces istius sententiæ argumento 2. contrario.

Verum, non video in quo consistat iste malus animus creditoris, qui nihil aliud vult, nisi quod suum est.

Aliter respondent Minchaca dicto §. 22. num. 79. & Gutierrez. 1. part. de iuramento cōfirmatorio. cap. 18. num. 3. in d. l. fin. non agi de tacita renuntiatione, sed de ademptione legali, quia ibi debitor non excluditur ex suo consensu, sed decreto legis, eo casu auferentis cessionem bonorum.

Sed negari non potest, ex consensu debitoris acceptantis dilationem quinquennalem, id descendere: argumento l. sicut initio. C. de actio. & obligatio. & eorum quæ notantur in Auth. præterea. C. vnde vir. & vxor.

Quartò, per statutum tolli potest cessio bonorum, Bald. nume. 3. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Angel. num. 4. Alexan. num. 13. in d. §. eleganter. Soci. lit. P, reg. 1. fall. 5. Baeza de inope debitore c. 2. num. 12. ergo & per pactum, argumento tex. in l. non impossibile. ff. de pactis.

Quinimò amplius vult Angel. d. num. 4. ac Paul. Castr. num. 5. & defendit Alexan. num. 13. in d. §. eleganter. quod si statutum iubeat instrumenta mandari executioni nō obstante vlla exceptione, censebitur sublata cessio bonorum: Socin. dicta lit. P, regula 1. fall.

1 fall. 11. alias eſt regula 341.

Sed hoc argumentum tutũ nõ eſt: Tum quia, non valet argumẽtum de ſtatuto ad pactum affirmatiuè, vt dictum eſt cap. 20.

Tum quia, certum non eſt, per ſtatutum tolli poſſe ceſsionem bonorum, contradicunt enim Matthæus Brunus in tractatu de ceſſio. bonorum. quæſt. 21. princip. num. 4. Aſin. in tract. de execution. §. 2. cap. 9. de qua re modo non delibero.

7 Tum quia, contra Angelum, ꝙ exculuſis ab ſtatuto omnibus exceptionibus, non videatur excluſa ceſſio bonorum, voluerunt Bal. nu. 3. in l. 1. C. qui bon. ceder. poſſ. Barrol. in l. ſi filius ff. quod cum eo & latius diſtinguunt, ac declarant Alexand. num. 7. in l. poſtulãte, ff. ad Trebellia. Anton. de Canar. in tractat. de execut. inſtrum. quæſt. 28. nume. 63. Foller. in additio. nouis ad practicam Marantæ. 6. parte. memb. 9. de exceptione. num. 53. Bertachin. verbo ceſſio. bonor. num. 4. Brunus de ceſſione bonorum. quæſt. 2. princ. num. 10. & quæſt. 3. princip. nu. 4. & quæſt. 12. principal. per totum. Aſini. de execution. §. 2. cap 18. Minchaca libro primo de ſucceſſio. creat. §. 6. num. 49. Gratian. regula 438. numero 6. & alij alibi.

8 Vltimò, rem hanc confirmat text. expreſſus in l. 5. titu. 9. lib. 9. Recopilatio. vbi, cum certum ſit, debitorem fiſci ex contractu poſſe vti beneficio ceſsionis bonorum, licet aliter ſit in debitore ex collectis, vel ex delicto, vt eſt textus, & ibi notat Paulus Caſtren. num 3. in l. ſi quantitatem. C. qui bon. cẽder. poſſ. traduntq; permulti, vt per Bartolum nume. 4. in l. cum eo. ff ad legem Iul. peculat. Anan. nu. 19. in c. Odoardus. de ſolutio. Guido Papæ deciſ. 211. nu. 3. Brunum de ceſsione bonorum. quæſt. 9. quæſtionis 4. principal. Peregri. de iure fiſci. lib. 6. tit. 7. num. 37. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 32. par. 2. Theſaur. deciſ. 182. Baeza de inope debitore. cap. 13. nume. 16. Cum inquam hoc certum ſit, ne cõductores Regiorum redituum eiuſmodi beneficio vtantur, decernit lex, quod illi renuntiet, ergo apparet ſenſiſſe, valere renuntiationem. Verba tex. ſubijcio. *Por quanto muchos arrendadores, y recaudadores mayores, que arriendan las rentas Reales, las cobran, y nopagan lo que deuen dellas, antes gaſtan, y diſtribuyen loque cobran delas dichas rentas, en otras coſas, y ſi los prenden por ello, hacen ceſſion de bienes, diciẽdo, que no tienen de que pagar, lo que deuen.* Ecce quod fiebat contra fiſcum ceſsio bonorum, & admittebatur, alioquin nõ opus fuiſſet remedio. Sequitur. *Que por euitar eſto, ſe entienda, que las nueſtras rentas ſe arriendan con condicion, que ningun arrendador que las arrendare, ni ſus fiadores, ni abonadores, ni alguno dellos, no puedan hacer, ni hagan la dicha ceſſion de bienes, y juren de no la hacer, ni pedir relaxacion del juramento, y ſi la hicieren,*

cieren, que no les valga, y que ayan de estar presos, hasta tanto que cumplan, y paguen lo que deuen, y fueren obligados, à pagar de las dicas rētas.

9 Limitant prædicti hanc secundam opinionem, quod licet valeat eiusmodi renuntiatio beneficij cessionis bonorum, tamen, si debitor extrema laboret inopia, & appareat euidenter, illum nullo modo posse soluere, tandem à carcere relaxādus sit. Ita Feder. de Senis d. consil. 60. Rota in antiquis decis. 31. sub tit. de re iudic. Roman. num. 16. Alex. num. 12. Barbosa num. 52. in d. §. elegāter. Anton. de Butrio num. 11. in cap. cum contingat. de iureiur. Abbas num. 3. in cap. fi. de pactis. Felyn. num. 12. in c. ex rescripto. de iureiurand. & num. 4. in cap. si diligenti. de foro compe. Boss. titu. de carcerat. fideius. commit. num. 25. Brunus de cessione bonor. quæst. 21. principal. num. 10. Ripa num. 30. in d. l. obligatione generali. qui adiungit rationem, quod vita morituri debet præferri cuicunque causæ pecuniariæ: c. non satis. 82. distinct. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. nume. 7. ad fin. Becius consil. 10. nu. 7.

10 Tertia est opinio distinguentium, vt quoad effectum, quod reus in carcere retineri debeat, non valeat renuntiatio, per argumenta prioris sententiæ, quoad effectum verò, qui possit esse vtilis creditori, renuntiatio teneat, & inde, tametsi is qui bonis cessit, priuilegium habeat, ne postmodum conueniatur, vltra quam facere possit: l. is qui bonis 4. l. qui bonis 6. ff. de cessione bonorum. l. cum & filij 7. C. eod. titu. l. ex cōtractu 3. C. de bonis autho. iudic. possi. §. fin. Instit. de actio. l. 3. titu. 15. part. 5. Tamen ille qui cessionis bonorum beneficio renuntiauit, possit in solidum conueniri: huius sentētiæ antesignanus est Baldus numero 13. & 14. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. sequūtur Angel. Aretin. num. 13. propè fin. in §. vltimo. Instit. de action. Brunus de cessione bonorum. quæst. 21. princip. nume. 12 & 13. Anan. num. 20. in cap. Odoardus. de solutio. Guido Papæ decis. 211. Aufrer. nume. 2. ad decis. 61. Capellæ Tholo. Ripa num. 33. ad fin. in d. l. obligatione generali. Barbosa nu. 51. in d. §. eleganter. Baeza de inope debitore. cap. 1. nu. 45. Thesaur. decis. Pedem. 36. num. 3. ad finem.

Sed secunda sentētia lege Regia approbata, & potestate ista in se ipsum, quam toto isto trāctatu asserimus, suffulta, ac limitatione sup. adducta temperata, verior videtur, & tenenda. Remque ita practicandam censeo, vt non admissa cessione bonorum, reus carceret, sed si diu in carcere iacuerit, & appareat, illū oīnò inopia laborare, ita quod, nulla spes esse possit soluendi, tandē excarceretur facta dicta cessione, deindeq;, si ad pinguiorē fortunam deuenerit, sine vllo priuilegio insolidū conueniri possit.

Hæc

Hæc autem omnia in Hispania parum habebunt in praxi vtilitatis, siquidem iure Regio, vsq; ad sex menses cessio ex creditoris voluntate pendet, post sex autē menses, & creditore, & debitore inuitis, leges ipse cessionem inducunt; iubentque, debitorem creditori tradi, & addici, vt ei cum torque ferreo seruiat, tempore à iudice iuxta mensuram debiti definiendo: tex. in l. 2. tit. 8. lib. 3. fori. l. 1. tit. 3. lib. 3. l. 4. l. 5. tit. 13. lib. 5. ordinam. l. 4. cū quinque sequentibus. tit. 16. lib. 5. Recopilatio. Qua de re, tractatum scripsit Gaspar Baeza sub titulo de inope debitore, vir iudicio meo doctus, & apud me magnæ authoritatis.

11. Addo tamen, eum, qui non cū creditore paciscendo, sed ex se ipso iurare, non cedere bonis, eo iuramento nō obligari: vt dixit Roman. num. 17. in l. alia. §. elegāter. ff. soluto matrim.

S V M M A R I A

Ex Capite sequenti.

1 *Qui teneant nobilem non posse renuntiare priuilegio suo, ne pro debito ciuili carceretur.*
2 *Nobilitas à maioribus deriuatur in posteros.*
3 *Iura sanguinis tolli non possunt, effectus resultantes ex iure sanguinis possunt tolli.*
4 *Nobilibus reuerentia debetur.*
5 *Ius publicum secundario, priuatum principaliter, renuntiatione tolli potest.*
6 *Precibus impetrare, quod iure communi conceditur, sæpè vtile est.*
7 *Qui tenent nobilem renuntiare posse dicto priuilegio.*
8 *Præmaximè addito iuramento.*
9 *Nobilis qui patitur se describi in matricula plebeiorum, amittit priuilegium.*
10 *Conductores vectigalium Regiorum non exercent munus sordidum.*
11 *Nobilis in Hispania ob officium vile non amittit nobilitatem.*
12 *Nobilis debitor fisci ex alia causa quam conductionis Regiorum reditum gaudet nobilitatis priuilegijs.*
13 *Negans se nobilem, carcerari potest pro debito, sicut minor, dicens se maiorem, et mulier, dicens se virū, amittunt priuilegia sua.*
14 *Nisi creditor veritatem sciebat.*
15 *Vel nisi ignoranter, & sine dolo dixerunt.*
16 *In nobili ex priuilegio minus dubij est, quod potest renuntiare.*
17 *Quando nobilitas nō est perfectè causata, sine dubio valet renuntiatio.*
18 *Qui ex officio habet immunitatem, ei renuntiare potest.*
19 *Nobili non opponente de suo priuilegio, ducitur in carcerem pro debito.*
20 *Quoad torturam, & aliud suppliciū ignominiosum, nobilis non potest suo priuilegio renuntiare.*
21 *Magnatū renuntiatio seruanda nō est.*
22 *An tacitè vel in generali renuntiatione huic priuilegio videatur renuntiatum?*

Hidal-

23 *Hidalgo vnde dicatur, & num. seq. vsque in finem.*

24 *Toletum olim dictum fuit Roma, & explicatur lex ex foro iudicum.*

CAPVT XXIII.

Nobilis an possit renuntiare priuilegio, ne pro debito ciuili carceri mancipetur?

NObilis, quē vocamus *Hidalgo*, priuilegium habet, ne pro debito ciuili carceretur: l.4.l.5.tit.2.lib.6. Recopila. quod à iure communi conantur deducere infrà referendi. Quæstionis ergo est, an nobilis huic priuilegio per pactum possit renuntiare?

1 Et non posse, neque pactum valere, dixerūt vndecim Doctores, Mōtaluus in Repertorio. verbo Hydalgo. Cifuētes. quæst.4. Anton. Gomez.num.3.in l.79. Tauri.idem Anton. Gomez. tomo 2. variar.cap.11. nume.54. Otalora in tract.nobilitatis.1. par.3. partis principal.cap.6.num.3. col.3. & 2.par.3. partis princip. cap.9. num.8.Auendan.in Dictionario. verbo cauallero.pag.4 vers.sit ergo conclusio. Auiles in procem. super c. Prætor. gl.1. verbo Rey. num.27.Didac.Perez.in l.1.tit.2. lib.8.ordinam.glos.1.verbo fidalgos. col.2.vers. quæri potest.Burgos de Paz.consil.10.nu.17. Anton. Quesada quęstio.iuris. cap. 8. num.2. Ioannes Gutierrez. de iuramento confirmatorio. par.1. cap.16. nu.61. & nouissimè Azeuedo in l.4.& 5.tit.2.lib.6.Recopilat. num.14. Neq; numeramus Minchacam, qui hanc opinionē defendit libro 3. de successiion. creat.§.22.à num.79.quia sententiā mutauit, cōtrouersiar. Illustr. cap.11.num.25.fertur autem, secundum hāc sententiam iudicasse senatum Pintianum.

Ex his Anton.Gomez.Didac. Perez.& Burgos.de Paz. ac Azeuedo, idem sentiunt, tametsi renuntiatio fuisset iuramento firmata.

Mouētur isti primò, quia iura sanguinis neque renuntiatione, neque vlla lege humana dirimi possunt: l.iura sanguinis.ff. de regul. iur. l. ius agnationis, ff. de pact.l.abdicatio.C.de patria potest.sed hęc nobilitas venit ex iure sanguinis,l.2.§.quæ omnia, C. de veter.iure enuclean.l. 1. ff. de censibus.l.1.C.de iure aur.annulor.l.stemata ff.de gradibus: de-
2 riuatur enim per virtutem seminalem à progenitoribus in posteros.l.senatoris filium.ff. de senator.l.1.l.senator.l.si senator.C.de dignit.lib.12. plura Matienzo in Rubr.tit.1.lib.5. Recopilat.num. 124.& seq.Ioānes Garzia de nobilit.gl.7.nu.17. ergo illi renuntiare nemo potest.

Respondet Minchaca dicto §. 2.num.74. hoc argumentum facilè excludi, quia licet quis nobilitatem non quæsiuisset, sed cum ea natus esset, tamen nobili-

tatis effectus, quos lex positiua nobilibus donauit, lex positiua tollere potest: l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. & consequenter pactum, quod vim legis habet. Eodem modo respondent Couar. 2. par. c. quãuis pactum. in initio nu. 5. Baeza de inope debitore. cap. 16. nu. 49. & 54. Ioan. Garzia de nobilitate. gl. 6. in princip. num. 19. dicentes, quod non agimus de tollenda ipsamet nobilitate, licet enim Hydalgus carceretur ex pacto, non definit esse Hydalgus, sed de qualitatibus extrinsecis, & priuilegijs nobilitatis, maximè hoc non carcerandi, quod nihil habet naturalitatis, sed est de iure positiuo, à quo carcer inuentus est, & immuni-
3 tas hæc nobilib. tributa: ac ideò potest lege, & pactione tolli, sicut & tolluntur alij effectus resultantes ex iure sanguinis: l. 1. ff. de coniungen. cum emancip. liber. eius. l. tutelas. ff. de capitis diminutio. §. quod autem. Instit. eod. tit. & ibi Gl. verbo cognationis. & Angel. num. 3. Bald. num. 21. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure. Decius num. 1. Cagnol. nu. 1. & 2. in l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. Baeza d. c. 16. num. 53.

Displicet hoc Aceuedo d. nu. 14. quia (inquit) si remanet nobilitas, ergo debet remanere eius affectus: quasi verò esset hoc priuilegium inseparabile ab ipsa nobilitate, cum è contra sciamus, in Italia nobiles eo non gaudere, sed pro debito ciuili carcerari, nec minus esse nobiles.

Respondet aliter Baeza d. c. 16. nu. 50. & seq. quod non infertur, hoc ad me naturali iure pertinet, ergo ei non possum renuntiare, hæreditas enim patris naturali iure pertinet ad filium, l. scripto. ff. vnde liberi. l. cũ ratio. ff. de bon. damnat. cui tamen posse renuntiari, constat: l. fi. C. de pactis l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testam. c. quamuis pactum. de pact. lib. 6.

Secundò, priuilegio, ne quis conueniatur vltra quam facere possit, in quo includitur, ne possit carcerari, renũtiari nõ potest: l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimo. vbi non valet renuntiatio mariti, & ita nec patris, nec matris, vt in cap. seq. dicemus: ergo nec nobilis, immunitati quam habet à carcere, renuntiare potest. Hoc argumento vtuntur Anton. Gomez. Otalora, Didac. Perez. vbi sup. Gutierrez. d. c. 16. nu. 47. 48. & 49. Aceuedo vbi suprà nu. 18.

Respondẽt Minchaca d. §. 22. nu. 77. vers. 12. Couar. d. 2. par. ca. quamuis pactũ. in initio nu. 8. ad fin. Paul. Castr. num. 2. Aret. nu. 2. Alex. nu. 6. Barbosa nu. 36. in eo. §. elegãter. quod illi priuilegio, ne conueniatur vltra quàm facere posit, renuntiari non potest, quando competit ei, cui reuerentia debetur, vt vxor marito debet, de quo loquitur ille tex. c. quo Deo. cap. caput. 33. quæst. 5. & ita ait tex. in d. §. eleganter. ibi, *Quippe cum cõtra receptam reuerentiam,*

qua

qua maritis exhibenda est, id esse apareat. Quando autem nulla reuerentia renuntianti debetur, vt in donatore,& socio, tenet renũtiatio:vt in cap.seq.dicemus.Creditor autem nullam reuerẽtiam debet debitori,cum è cõtra, debitor dicatur quasi seruus creditoris: Gl. verbo accipere. in l.fideicommissa.§.si rem. ff. de legi 3.glo.vlt.per text.ibi in l.3.C.de nouatio. Prouerbio. cap. 22. *Qui accipit mutuum, seruus est fœnerãtis.*

Tertiò, Didac.Perez.& Aceuedo vbi suprà post Couarru.d.nu. 8.vt obuiam eant prædictæ solutioni, argumentantur, iuri & priuilegio reuerẽtiæ causa inducto non potest renuntiari:l.fin. C.de oper.liber. sic moniales non possunt renuntiare priuilegio,ne ad iudicem teneantur accedere : c. 2.de iudic.lib.6.& idem in egregia persona dixit Cyn. in l. nec honorem. C.de Episc. & cleric.
4 Nobilibus autem honor & reuerentia debetur,magis quàm plebeijs,cap.de multa.de prębẽdis. l.nobiliores.C.de cõmerc.& mercator. lib.12. Minchaca lib. 3. de succes.creatio.§.30.nu.295.vnde videt̃ emanere hoc priuilegiũ,ergo ei renuntiare non possunt.

Respondent Couarru. d.nu.8. Baeza d.c.16,num.59. & 62.Barbosa in d.§.eleganter. num.13.& 14.hoc priuilegium, de quo agimus , non pertinere ad reuerentiam,sed ad immunitatem,& tũc iuri reuerentiæ causa inducto nõ posse renuntiari , quando debetur capiti ac superiori, alioquin & senibus debetur reuerentia: l. semper.ff.de iure immuni. & posset debitor senex ad petitionem creditoris iuuenis carcerari , ac donatori non est dubium aliquã deberi reuerẽtiam à donatario , & nihilominus valet donatoris renuntiatio: vt in cap. seq. dicemus. Adde, quod si creditor pariter est nobilis,cessat omninò ista consideratio reuerentiæ. Tex verò in l.fi. C. de oper. libertor.dicit, per generalem remissionem iuris patronatus, non videri remissam reuerẽtiam à liberto debitam patrono : & tex.in c. 2. de iudic. lib.6.vult, moniales ad iudicem non accedere, etsi velint , ne illis detur occasio extra claustra vagandi, contra votum emissum & iuris prohibitionem: cap. placuit.el 2.16.quæst.1.c.periculoso.de stat.monach. lib.6. q̃ verò ait Cynus de egregia p̃sona , verũ nõ est, vt dicemus in c.seq.

Quartò,clericus ideò renũtiare non põt priuilegijs fori & canonis, quia in fauorem totius ordinis clericalis concessa sunt: c.si diligẽti de fo.comp. c. cõtingit. de sent.excom. ac eodem modo tex. in l.ne quis ex corpore legatorum.C.de aduocat. diuerso.iudic.decernit,aduocatos etiã volentes , prouinciales functiones suscipere non posse:& Gl.ibi verbo ambientibus . opponens de tex.in l. si quis in conscribendo. C. de pactis respõdet, ideò illud decerni,q̃a fieret iniuria toti suo

 ordini.

ordini. Sed priuilegiũ hoc cõcessum est omnibus nobilibus, imò ipsi nobilitati, ergo renũtiatione tolli nõ potest, quia redundaret in dedecus omnium nobilium, si nobilis pro débito ciuili in carcere cerneretur. Vtuntur hoc argumento vt vrgenti, Didac. Perez. vbi suprà Minchaca d. §.22. nu.76. Gutierrez. d. c.16. nu.50. 52.& 53. Otalora d. cap.9. nu.8.

Respõdent Couar. vbi sup. nu. 8. Baeza d.c.16. nu.65. cũ seq. & nu.70. Ioan. Garzia d.gl.6.nu.20. Barbosa in d.§. elegãter. nu. 14. nimis diuersũ esse priuilegiũ clericorũ, ꝗ principaliter cõtinet ius publicũ, l.1.§.huius studij ff. de iusti.& iure. Addũtq; Couar. Baeza & Garzia, nullũ dedecus resultare alijs nobilib. ꝗ nobilis carceretur, neq; similes esse clericis, quia nobilis põt fieri ignobilis, clericus autẽ nõ põt fieri nõ clericus, & ita, quidquid clericus patitur, resultat in damnũ ordinis clericalis, q̃ ratio nõ probat Barbosæ.

Respondeo aliter, priuilegia clericorum non fuisse principaliter clericis cõcessa, sed religioni, & ordini clericali, quæ sine clericis in abstracto subsistit, religio enim sine clericis religio est: & clerici ea priuilegia habent, cõmunicatiuè, quia de illo gremio, ideò clerici non possunt his priuilegijs renuntiare: d.c. si diligenti. d.c. contingit l. maximarum. C. de excusatio. muner. lib. 10. Priuilegia nobilium, nõ sunt concessa nobilitati, quæ in abstracto nihil est, neque nobilibus vt collegio, imò nec intuitu nobilitatis, quia sunt nobiles, sed quia sunt fideles: l.2.tit.2.lib.6. Recopilatio. ibi, *por la gran lealtad que Dios en ellos puso, y deuen auer.* Ideò licet omnibus nobilibus sint cõcessa, quilibet potest ei renũtiare. Sic priuilegia militum, omnibus militibus concedũur ob militiam, & nihilominus renuntiatione tolluntur. l. si quis in cõscribendo. C. de pactis. priuilegia minorũ, omnibus minoribus conceduntur ob ætatem, & possunt renuntiari: l. si iudex circumuento. ff. de minor. priuilegia mulierũ, omnibus mulieribus conceduñt ob sexus fragilitatem, & possunt renuntiari: l. fi. §. pe. ff. ad Velleia. l. fi. C. quando mulier tutel. offic. fung. potest: & idẽ in beneficijs fideiussorũ & alijs similib. cõstat.

Tex. verò in d. l. si quis ex corpore. C. de aduocat. diuersor. iudic. loquitur in priuilegio cõcesso collegio vt collegio, nimirum corpori togatorũ, preterea, apertè facit in contrarium, quia prohibet volẽtem admitti, quasi nisi prohibuisset, posset spontè priuilegium dimittere, neque agit de renuntiatione non fienda, sed de ambitu prohibendo, & necessitatem continet, non voluntatem.

Quintò, quod ius publicum respicit, renũtiatione tolli nequit: l. ius publicum. l. iuris gentium. §. si paciscar. l. inter debitorem. ff. de pactis. l. testandi. C. de testamentis. l. cerdonem. ff. de oper. li-

ber-

bertorum.l.2.C.de cõu.fiſ. debit.
lib.10.cum ſimilibus,ſed nobiliũ
priuilegia vtilitatẽ publicã con-
tinẽt, ꝗ probatur argumẽto tex.
in l.5.titu.2.lib.6. Recopilat.ibi,
pues con ellos facen ſus conquiſtas.
ergo renuntiari nõ poſſunt. Vtũ-
tur hoc argumento Gutierrez d.
c.16.num.57. Aceuedo vbi ſuprà
num.16.argum.7.

Reſpondent Baeza d.c.16.nu.
65.& 70. Ioan.Garzia d. gloſſ.6.
num.19. & 20. Barboſa nu.15. in
d.§.eleganter. hæc priuilegia re-
ſpicere publicam vtilitatem ſe-
5 cundario, & in conſequentiam,
ſed priuatam principaliter, quo
fit, vt illis renũtiari poſſit quoad
priuatorum fauorem:l. paciſci.l.
pactũ inter.ff.de pact.l. ſi quis in
cõſcribendo. C.eo.tit. poſt alios
Menoch. de arbitr.caſu 1.num.7.
& alij paſsim.

Reſpondeo aliter, hæc priuile
gia reſpicere publicam vtilitatẽ
quoad eorum pręſtationem,nimi
rũ intereſt Reipublicæ, egregios
bello viros, cuiuſmodi ſunt nobi
les, præmijs & priuilegijs deco-
rari, quo cæteri eorum exemplo
accendantur ad benemerendum
de Republica; ſed non quoad
vſum, quia poſtquam conceſſa
ſunt, nihil intereſt Reipublicæ,
ſi nobilis ea ab ſe abijciat, alio-
quin, neque facto ſuo, neque vl-
lo modo poſſet ea amittere, vt
poteſt:l.1.§ ſi quis tutor.ff.quan.
appel.ſit.l.1 C.de his qui ſpontè
publica num.ſub lib.10. l.42. tit.
18.parti.3. cum ſimil.

Sextò, nemo eſt dominus mem
brorum ſuorum:l. liber homo: ff.
ad legem Aquil.quo fit, vt nõ poſ
ſit ſe obligare ad carceres, quia
ſpecies ſeruitutis eſt:l.2.ff. de li-
ber.hom. exhib l. Titio centũ. §.
Titio centum,ff.de còndit.& de-
monſtr.& nemo poteſt renuntia-
re ceſsioni bonorũ, Bart. in d.§.
eleganter. ſic & nobilis ipſe re-
nuntiare non poteſt priuilegio
ſuo, ne torqueatur, vt dictum eſt
lib.1.c.15.nu.10.ergo pariter nõ
valet pactũ, vt pòſsit carcerari,
quia ſe obligat ad carceres. Vtũ-
tur hoc argumẽtò licet in plura
diuidant Cifuentes. q 4. Anton.
Gomez.nu.3. in l.79. Tauri.Min-
chaca d.§.22.num.77.verſ.ſexto.
Aceuedo vbi ſup.nu.14.& 15.vbi
ait, argumentum illud de ceſsio-
ne bonorũ nõ fuiſſe ſic à Docto-
ribus conſideratũ, cũ prius pro-
poſuiſſet Couarr.vbi ſup.num.6.

Reſpondent Couarr. ibid. nu.
7 Baeza.d.c.16.num.55.56.57.&
58.aliter & aliter,& quidem vali
dè retorquetur, cũ toto hoc tra-
ctatu probauerimus, quẽlibet in
ſe ipſum citra necem & mẽbro-
rum mutilationẽ ſummã habere
poteſtatẽ,adeò,vt libertatẽ ſuam
grauare,& reſtrĩgere poſsit: ſup.
c.17.& obligatio ad carceres va-
leat:c.20. & ceſsioni bonorũ poſ
ſit renuntiare: c.22.eò magis, pp
ius, ꝗ habet creditor ĩ debitorẽ,
d.§. Titio cẽtum. el 2.l. Mæuia.ff.
de manumiſ. teſt. Neq; pactũ de
torquẽdo cõparari põt cũ pacto
de carcerãdo, cum in illo mẽbra

Ee 3 con-

contūdantur, quod nemini in se licet, in hoc solum restringatur aliquo modo libertas, ꝙ licet.

Septimò, miles renuntiare nō potest priuilegio ne cōueniatur vltra quam facere possit: Bartol. num.vlt.in l.pactum.ff.de pactis. Alexan. num.16. in d. §. eleganter. sed hoc priuilegium ferè est idem cum priuilegio nobilium, ergo neque nobilis suo priuilegio renūtiare potest. Vtitur hoc argumento Didacus Perez. vbi sup. licet dicat Baeza d.c.16.nu. 82. neminem ex aduersarijs illo fuisse vsum.

Respōdet idem Baeza ibidem numero. 83. & 84. militem tunc non posse renuntiare priuilegio suo, quando auocaretur à militia: argumento tex.in l. milites. C.de locato.secus autem est,quā do Respublica nihil detrimenti pateretur:l.si quis in conscribendo.C. de pactis. ibi, *propter cingulum militiæ*.

Octauò, Minchaca d §.22. nu. 75.decē argumenta conficit,quæ omnia ad vnum reducuntur, nimirum, quod contractuum asperitas coercenda sit: l. seruus ea lege.ff.de seruis export.l.fi. C.de pact.pign. vbi pactum legis commissoriæ ob hanc rationem prohibet: l.si quando.§.generaliter. C.de inoff.testa. vbi improbatur pactū, quo pater nimis filiū stringit:l.1.§ quæ onerandæ.ff. quarū rer.act. non dat. vbi etiam pactū reijcitur, *ex quo libertus semper sit metu exactionis subiectus,propter qd quiduis sustineat,patrono præcipiēte.* Neq; mirū,cum inter nos natura cognationem quandā constituerit: l. vt vim. ff. de iust. & iure.& ideò,neq; nimia asperitas patris erga filium toleratur: l.fin.C.si à par.quis fuer.manumis. neq; patroni erga libertū: l.libertos. C. de obseq.à liber.& libert. neque domini in seruos,§.sed & maior asperitas Inst.de his qui sunt sui vel ali.iur.& inde neq; exceptionis non numeratæ pecuniæ renūtiatio sustinetur:l.fi.C.de nō numer.pecu.sed hoc pactum nimis asperum est, ergo non valet.

Respondet omnibus sigillatim Baeza d.c.16.à nu.67.ad 76. ego vno verbo respondeo,nullam esse asperitatem creditoris, qui cauet,ne prætextu nobilitatis decipiatur, quiq; non vult, nobilem carcere vexare, sed suū tutò reponere, & in tēpore exigere: & quidem, quo fœdius est in nobili,fidem fregisse, eo æquius censendum est, pacto posse adstringi,vt fidē seruet,veritus,ne ꝑ carceres & vincula seruare cogāt.

Nonò,Gutierrez.d.c.16. num. 59.argumētatur,ꝙ leges hoc priuilegium cōcedentes nobilibus sunt prohibitorię,ideò illis renūtiari non potest: gl. recepta in l. fi.C.ne fideiuss.dot.dentur.

Respondetur,quod quādo lex prohibitoria nō tollit cōsensum partis, potest ei renuntiari, post alios Tiraq.de primogenit. q.24. nu.16. & cū iuramēto semper valet renuntiatio: Tiraq. in præfatione

tione l.si vnquam.C.de reuocan. donation.num.139.

Decimò, Gutierrez d. cap.16. num.55.adducit textum in l.3.ff. de interd.& relèg.vbi probatur, non posse tolli,quæ à progenito ribus veniunt.Sed is text.nõ ait, neminẽ posse à se abdicare, quæ à progenitoribus habet,sed non posse ea tollere filijs suis.

Vndecimò,idẽ Gutierrez.ibidem num.56.adducit Glos.in l.à Diuo Pio.ff.de ritu nuptiarũ vbi, quia lex prohibet senatorem du cere libertam vxorem, l.lege Iulia.ff.de ritu nuptiarum.l.fi.C.de nuptijs. vtriusque consensu tale matrimonium nõ validatur. Sed nil mirum, quia ibi, senator ipse prohibitus est, ne libertam ducat, ideò ipse cõsensu suo nõ po test efficere, quod sibi liceat:hic nobilis non est prohibitus, ne in carcerem eat, sed datum est ei priuilegium,ne inuitus ducatur.

Duodecimò,Minchaca d.§.22. nu.77.ver.postremò.argumentatur ex communi vsu,quo non fre quentantur eiusmodi renuntiationes, quasi omnes cõsentiant, non valere, neq; enim verisimile putat, si valere crederent tabelliones,illas iamdudũ in suas formas non inseruisse.

Respõdet Baeza d.c.16.nu.76. hoc ad iuris mysterium nihil facere. Aliter rñderi potest, eiusmodi renuntiationes non semel additas,siquidem de earum vali bitate in Senatibus Pinciano, & Granatensi ex facto nõ semel disputatum est, vt referunt Couarubi supra Baeza d.c.16. num.48.

Tertiodecimò, perpendit Didacus Perez.vbi sup. quod si diuersa sentẽtia obtineret,nunquã nobilis gauderet hoc beneficio, quia semper adderetur instrumẽ tis ea renuntiatio.

Respondet Baeza d.c.16.num. 89.nil mirum, ita enim euenisse in Velleiano, & in edicto minorum, quæ renuntiatione iurata quotidie tolluntur,nemoq; propterea ait, non valere renuntiationẽ,sed enim raro nobiles volunt renuntiare,& quia frequens non est renuntiatio, creditores eam non exigunt.

Quartodecimò,adduci potest, quod in foro Cantabriæ. titulo 16. de las entregas, y execuciones foro 3. expresè dispositum est,ne valeat hæc renuntiatio.

Respondet Garzia d.gl.6. nu. 20. ex eo ipso probari, esse validam,cum oportuerit,lege municipali illius comitatus improbari,quod arguit, in contrarium esse in alijs locis ius commune.

Quintodecimò & vltimò,Otalora d.trac.de nobilitate.2.part. 3.par.prin. c.9.nu.8. adducit, qđ lege speciali concessa fuit Cantabris facultas renuntiandi priuilegio prædicto,refertq; rescriptum,datum Barchinonæ 17.Iulij 1529.ex quo infert,iure cõmuni non licuisse, quia frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur: l.1.C. de thesaur.lib.10. l.1.ff. ad municip.

Reſpondetur, id fuiſſe neceſſarium Cantabris impetrare, quia prædicto foro 3. tit. 16. prohibebatur, & licet fori poſt illud reſcriptum fuerint compilati, ſed non conditi, & ita antea forus vigebat, & oportuit impetrari. Imò
6 etſi non adeſſet, ſufficeret, quod articulus eſt controuerſus, vt dubitationis tollendæ gratia impetraretur. Denique, ſæpè ſolet impetrari, quod iure communi licet: c. quia in cauſis. de procurator. & multis nominib. eſſe vtile, probat Rebuffus ad leges Gallic. tit. de reſt. & rel. art. 1. gl. 1. nu. 12. & 13.

7 Contrariam opinionem, imò validam eſſe renuntiationem, qua nobilis renũtiat priuilegio, ne poſſit pro debito ciuili carcerari, tenent treſdecim Doctores: Caſtillo glo. 1. in l. 79. Tauri. Emanuel Suarez in theſauro commu. opinio. verbo nobilitatis priuilegium. Horoſcius in l. ius agnationis. nu. 2. & in l. ſi quis crediderit. in fi. ff. de pact. Couar. in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. part. 2. in initio à num. 5. vſq; ad fin. Grego. Lopez. gl. 1. in l. 34. tit. 34. parti. 7. Minchaca de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 6. nume. 34. & iterum lib. 3. §. 30. num. 295. & cõtrouerſ. Illuſtri. lib. 1. c. 11. nume. 25. vbi ait, quod ita tenẽdum eſt tametſi alibi viſus fuerit tenere contrarium Pelaez de Mieres in tracta. de maiorat. parte 1. quæſt. 38. num. 2. Ioannes Gracian. reg. 343. nu. 4. Gaſpar Baeza de inope debitore c. 16. nu. 39. cum multis ſeq. Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. c. 19. par. 5. §. 6. num. 12. Ioannes Garzia in tracta. de nobilitate. gl. 6. in princ. nu. 19. Petrus Barboſa in l. alia. §. eleganter. nu. 13. ff. ſolu. matri. Caſtillo de Bobadilla in ſua Politica. lib. 3. c. 15. nu. 21. vnde apparet, iſtam eſſe communem opinionem, ſaltem hodie, quia numero vincit, & authoritate longè antecedit: & ſecundum hanc ſentẽtiam fuiſſe iudicatum in Granatenſi prætorio, refert Couarr. vbi ſup. Et ego tãquam veriorẽ amplector.

8 Ex his Parlador. Barboſa, & Bobadilla, ac Baeza nu. 91. Minchaca de ſucceſſio. creat. lib. 3. §. 28. nu. 19. & ex cõtrarijs Gutierrez. 1. par. de iuramento confirmatorio c. 16. nu. 46. & 62. & ſeq. eſſe rent indubitatam, aiunt, ſi interuenit iuramentum.

Mouentur iſti primò, per tex. in l. 4. tit. 2. lib. 4. ordinam. hodiè l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat. cuius verba ſunt. *Ordenamos que ningun Hydalgo pueda ſer preſo, ni en carcelado por deuda, que deua, ſaluo ſi no fuere arrendador, o cogedor de nueſtros pechos, y derechos, porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad.* Ponderatur is tex. dupliciter. Primò in ratione ſui, quatenus dicit, *porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad.* ergo idem ipſe poteſt ſibi, conſenſu ſuo, hanc immunitatẽ & priuilegium, ne incarceretur pro debito, auferre. Secundò quatenus vult, hidalgũ con-

conductorem Regiorum redituũ videri tacitè renuntiare huic priuilegio, ergo si tacitè renuntiare potest, conducendo reditus Regios, multò magis poterit expressè: l.eum qui certarum. §. fina.ff. de verborum oblig. l. cum manu sata.in fi. ff. de contrahen. empt. Sunt etiam & alij casus, in quib. nobilis videtur tacitè renuntiare suo priuilegio, vt si patiatur
9 se describi in matricula plebeiorum: l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellan. sit l. 1. C. de his qui spõtè publ. mun. sub lib. 10. l. 42. titu. 18. parti. 1. & ibi Greg. Lopez gl. 1. Otalora de nobilitate. 2. par. c. 6. nu. 10. & 2. par. tertiæ partis. c. 9. per tot. Io. Garzia in eo. tract. gl. 4. nu. 18. & glo. 6. num. 26. cum seq. Didac. Perez in l. 1. titu. 8. lib. 3. ordin. q. 8.

Respõdẽt huic argumẽto cõtrariæ partis assertores tripliciter. Primò, respondent Minchaca dicto §. 22. nu. 78. Otalora d. c. 9. nu. 8. Aceuedo in d. l. 4. & 5. num. 15. quod etiam ait, La sarte de alcaualas. c. 18. nu. 64. in eo tex. nõ agi de tacita renuntiatione, sed de amissione priuilegij, vt patet ex illo verbo quebrãta, quia munus publicanorum sordidum est, iuxta ea quæ adducit Tiraquell. de nobilit. c. 34. nu. 32. ideò nobilis priuilegiũ amittit, sicut si qđlibet aliud vile mun⁹ exerceret: l. ne quis. C. de dignit. lib. 12. l. 1. C. negot. ne milit. eod. lib. l. nobiliores. C. de cõmerc. & mercator. Glos. in c. qui contra pacem 24. quæst. 1. Tiraq. de nobilit. c. 27. l. 3. tit. 1. lib. 6. Recopilat.
10 Replicat Baeza d. ca. 16. nu. 78. quod & placere video Aceuedo vbi sup. nu. 33. conductorem Regiorum redituum non exercere munus sordidum, id multis probat Tiraq. d. c. 34 nu. 33. ac proinde non amittere nobilitatem, qđ patet, quia in omnib. alijs remanet nobilis, qđ si ageretur de nobilitate amissa ob munus vile, in
11 omnib. amitteretur. Adde quod in Hispania ob munus vile non amittitur nobilitas sanguinis, Baeza d. c. 16. nu. 34. ac latè Ioan. Garzia in tract. nobilitatis. gl. 1. §. 1. nu. 58. Quemadmodum ergo (ait Baeza nu. 42.) nobilis potest esse Faber Ferrarius, & sutor, & ad operas vilissimas se locare, & nõ amittit nobilitatem, ita & si conducit vectigalia Regia illam non amittit. Ergo in ea lege non agitur de nobilitate amissa, sed de priuilegio tacitè renuntiato.

Secundò respondent Minchaca, Aceuedo, Otalora, & Lasarte in eisdem locis, & Ioannes Gutierrez d. c. 16. num. 57. quod ille textus procedit fauore fisci.

Sed replico, quod fiscus in hoc casu nõ reperitur priuilegiatus, & in dubio vtitur iure cõmuni: l. idem. ff. de compensatio. Peregrin. de iure fisci. lib. 6. tit. 1. nu. 1. & propterea, nobilis debitor fisci ex alia causa, quã ex cõductio
12 ne Regiorum redituum, etiam si debeat ratione gabellæ, non carceratur. Ita post Cifuentes & Di-

Didacum Perez. tradunt idem Lasarte in tractat. de las alcaualas.c.18.nu.64.idem Aceuedo in l.5.tit.2.lib.6.ordinam. per text. ibi num.27. Gironda de Gabellis par.4. §.2. num.34. quidquid dicat Baeza d.c.16.nu.81.non ergo in d.l.4.conductor Regiorum redituum nobilis carceratur fauore fisci, nam si ita esset, idem profectò obseruaretur in omnibus causis fisci, sed quia reditus Regij sub ea conditione locantur, & nobilis conducens videtur cōditioni acquiescere,ac priuilegio suo renuntiare.

Tertiò, respondent Auendan in Dictionario verbo caualleros. Otalora d. nu.8.Aceuedo nu.16. & Gutierrez. num.71. vbi supra multa posse fieri tacitè, quæ non possunt fieri expresè:l.nonnunquam.ff. de condit. & demonstr. l. si quis Semproniū.ff. de hæred. insti.l.facta §.si quis bonorum.ff. ad Trebel. tacitè renuntiari potest hæreditati paternæ,ita vt reuocari nequeat:l.3. vbi Bartolus & Doctores. C. de iuris & facti ignor. expresè non potest:l.fin. C.de repud.hæred.l.si quis suus. ff.de iure deliber.tacita renuntiatio filijfamilias hæreditatis sibi delatæ, patri nocet: l.fin.ff.quis ordo in bon.pos.seruet.l 1. & ibi Bartol.ff.de adquir. hæredit. expressa non nocet:l.vlti. in princ. & § pen. C. de bonis quæ liber. prælatus,& præses tacitè præiudicant ecclesiæ, vel ciuitati:c. de quarta.c.veniēs.de præscription. l.aduersus.C.de vsuris. expresè neutiquam: c.2. de donation. l. præses.C. de transaction.

Sed facilè replicatur, hęc omnia esse specialia, & regulam esse, vt qui potest tacitè, possit expresè,quæ in hoc casu non reperitur limitata.Ac per consequēs, hoc argumentum sublatis effugijs,remanet solidum.

Secundò, expresè potest nobilis in totum renuntiare suæ nobilitati, & facere se plebeium, prout faciunt habitare volentes in terris de behetrias. vide Ioannem Garziam gl.6.nu.13. Et est expressum in tabulis, siuè foro Alphōsi Regis huius nominis decimi, vt refert Baeza.d. cap.16. num.74. in hæc verba. *Qualquier ome fidalgo, que es tenudo de yr a las batallas,si quisiere dexar la sua bidalguia,lo puede hacer en esta guisa, vaya à la y greja, y diga à los omes buenos del concejo, que ende quiere dexar la sua hydalguia, y los omes buenos tomen ende en las manos tres varas de auellano, y pase tres vegadas per debaxo dellas,y diga assi,villanos dexo mi hydalguia,y tomo vuestra villania, y fecho esto, no vaya mas adelante à los nuestras batallas con nusco,y no deuengue mas nuestros sollos.* Ergo,si in totum renuntiare potest,poterit etiam pro parte, priuilegio singulari ob nobilitatem indulto. Huic argumento solido & vrgenti,nemo eorū, qui post Baezā scripserunt,quidquam respondet.

Tertiò, facit tex. qui videtur

ex-

expressus in l. si quis in conscribendo. C. de pact. non solum in regula, quod vnusquique potest iuri pro se introducto renuntiare, l. quoties omnibus. C. de fideicommiss. sed etiam in terminis, ibi, *propter cingulum militiæ, vel dignitatis*.

Respondet Gutierrez. d. c. 16. num. 63. ad fin. & num. 64. hoc nō procedere, quando resultat iniuria alteri tertio, prout ex hac renuntiatione omnibus nobilibus resultat.

Sed certè neutiquam resultat nobilibus iniuria, ex eo quod nobilis qui renuntiauit, carceretur, cum ex suo consensu descendat, sicut non resultat, quando nobilis purgat cloacas, stercus emittit, & alia vilia facit, prosequitur hoc latius Baeza d. c. 16. nu. 42. & nu. 47. vers. deinde.

Quartò, facit potestas hæc, quā toto hoc tractatu comprobamus quemlibet habere in se ipsum: vnde libertatem suam potest grauare, suprà c. 17. obligare se ad carceres: cap. 20. renuntiare cessioni bonorum: cap. 22. mulier, egregia persona, socius, donator, possunt renuntiare priuilegio, ne conueniantur vltra quam facere possunt, quod continet, ne possint carcerari: infrà cap. sequent. ergo & nobilis poterit renuntiare priuilegio isto.

Quintò, perpēdunt Baeza nu. 42. Gutierrez. num. 41. quod per pactum fieri potest, ne plebeius carceretur: l. si quis crediderit. ff. de pactis. ergo & potest fieri pactum contrarium: sed Gutierrez. nume. 73. respondet, dissimilem esse rationem.

Ampliatur primò hæc communis resolutio, vt multò magis procedat, si pactum fuerit iuramento firmatum, ita tradunt citati suprà nu. 8. quia cum iuramentum possit seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est: c. cum cō tingat. de iureiurando.

13 Ampliatur secundò, vt multò magis procedat, quando nobilis tempore contractus dolo negauit se nobilem. Anton. Gomez. nume. 4. in l. 73. Tauri. & tomo 2. vari. cap. 11. num. 54. Baeza d. capit 16. nume. 93. & 96. Gutierrez d. cap. 16. nume. 72. Aceuedo in l 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Recopilat. nume. 29. Ioannes Gracia. reg. 312. num. 2. sic minor, se maiorem dicens non restituitur: l. 2. C. si minor. se maior. dixer. fœmina, quæ simulat se virum, non iuuatur Velleiano: l. fœminæ. C. ad Velleian. l. si decipienti. ff. eod. filiusfamilias, qui asserit esse sui iuris, non gaudet Macedoniano: l. eum qui. ff. ad Macedoni.

14 Sublimitatur primò hæc ampliatio, vt non procedat, si creditor sciebat eum nobilem, Anton. Gomez. d. num. 4. Baeza d. capit. 16. num. 95. ita enim obseruatur in minore iurante se maiorem, si scit creditor eum minorem: l. de tutela. C. de restit. in integ. Sforti. Oddus in tract. de restit. part. 1. quæst 24. art. 7. & in fœmina ve

stita

stita habitu virili, si contrahens sciebat esse fęminam: Surdus decis. 164. num. 9.

15 Sublimitatur secundò, si ignorans diceret, se nõ esse nobilem, Antonius Gomez. d. nu. 4 Baeza vbi suprà nume. 96. sic etiam minor, sine dolo affirmans se maiorem, restituitur, l. 1. l. fin. C. si minor. se maior. dixer. Sforti. Odd. q. 24. artic. 1. & mulieri sine dolo indutæ vt vir, vel neganti se nuptam, aut rem esse dotalem, succurritur Tiraquel. post leg. cõnubial. gl. 8. num. 135.

16 Ampliatur tertiò. vt multò magis possit huic priuilegio renuntiare nobilis ex priuilegio, Baeza d. cap. 16. num. 97. Gutierrez. d. c. 16. nu. 74. Aceuedo vbi suprà num. 14.

17 Ampliatur quartò, vt multò magis procedat, quando nobilitas non erat perfectè causata, Didacus Perez. in l. 1. tit. 2. lib. 4. ordin. in fin. glos. vlt. Otalora 2. part. 3. partis prin. c. 9.

18 Ampliatur quintò, vt multò magis procedat in eo, qui ex officio habet immunitatem hanc, ne possit carcerari pro debito: Baeza d. c. 16. num. 99.

19 Ampliat sextò, vt melius procedat, si cũ nobilis carceratur, nõ opponit de suo priuilegio: Aceuedo in d. l. 4. & 5. tit. 2. libro 6. Recopilatio. num. 20. Sed hoc parum habet virium, si postea cõtendit, non potuisse renuntiare.

Ampliatur septimò, in tacitè renuntiante per conductionem Regiorum redituum: d. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat. & ibi notat Aceuedo num. 26. & 27.

20 Limitatur primò dicta cõmunis resolutio, vt non procedat quoad torturam, quia huic priuilegio nobilis renuntiare non potest: dictum est suprà lib. 1. cap. 15. num. 10.

Limitatur secundò, ne procedat etiam quoad aliud suppliciũ ignominiosum, Couarru. 2. part. c. quamuis pactum. in initio. ad finem. Quod humanitatis causa obtinere potest, cum alioquin summo iure cõtrarium videatur, siquidem vnusquisque dominus est famæ & honoris proprij, vt dictum est sup. cap. 12. ac ita posset in illius præiudicium pacisci.

21 Limitatur tertiò, vt licet de rigore iuris idem dicendum esset in magnatibus ducibus, marchionibus, comitibus, de æquitate tamen, & ex vsu, in eis hęc communis non procedat, neque eorum renuntiatio admittatur: Baeza d. cap. 16. num. 104. Gutierrez. d. cap. 16. num. 46.

22 Limitant quartò ijdem Baeza c. 16. num. 103 Gutierrez. cap. 16. num. 46. quod in generali renuntiatione omni legum auxilio, nõ videatur renuntiatum huic priuilegio, imò & Baeza num. 100. requiri, ait, expressam renuntiationem, neque videri renuntiatum, tametsi quis se obligasset, vt posset exigi, *como por marauedis y auer de su mageslad*. Contrarium videtur verius, quia in generali renũtiatio-

tiatione omni legum auxilio, videtur renuntiatũ priuilegio non in carcerandi, plures quos referunt Tiraquel. in præfat. l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. num. 121. Bertazolus in tract. clausular. claus. 40. gl. 6. nu. 4. Et etiam illi, qui negant nobilem posse renuntiare priuilegio huic, dicunt valere tacitam renuntiationem, ab eo autem nobili, qui se obligauit, *como por marauedis y auer de su mageslad*. non videretur facta renuntiatio, quia etiam debitor fisci nobilis, si ex alia causa quã conductionis Regiorum redituũ debet, non carceratur, vt supra dictum est c. 22. Videretur autẽ facta renuntiatio, si se obligaret, *como por marauedis de arrendamientos de derechos de su mageslad.*

23 Pro apophoreto libet explicare rem nostris quidem tritam, exteris non iniucundam, vnde dicatur, *Hydalgo notorio, desolar conocido, de deuengar quinientos sueldos, segun fuero de Hespaña.* quia lucem allaturus sum cuidam antiquę legi Gothorum, à nemine nostrorũ (quod sciam) explicatæ.

Et quidem Ferdinandus Mexia in nobiliario. lib. 1. c. 72. tres adfert ethymologias. Prima est, quod *fidalguia* dicatur quasi *guia de fidelidad*. Altera, quod à duobus coniugibus, quorum vir dicebatur *fidal*, vxor *guia*. Tertia, quod idem sit, quod fidelitas. Don Manuel infans Portugaliæ in libello. cui titulus est *el Conde Lucanor*. deriuat à verbo heroes, quasi *heraldos*: sed hęc anilia sunt, neque opus est confutari.

Ginesius de Sepulueda in epistola ad Serenissimũ Regem Philippum Secundum gloriosæ memoriæ *Hydalgo* deriuat ab *Italico*, quod Italici à tributis immunes erant, l. de his. C. de episcop. & cleric. & in Hispania fuere quædam Coloniæ, quæ censebantur iuris Italici: l. in Lusitania. cum l. sequ. ff. de censibus. inde ait, qui aliquem immunem volebant dicere, *Italico* pronuntiabant, vnde paulatim effectum est *hydalgo*. Placet hęc interpretatio Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 21. part. 2. Otaloræ in tractat. nobilit. 2. par. cap. 3. num. 5. Francisc. Sarmiento. lib. 1. selectar. interpretat. cap. 15. Didaco Perez. in l. 1. tit. 2. lib. 8. ordinam.

Displicet Gaspari Baeza de inope debitore. cap. 16. nu. 44. quia, ait, non esse verosimile, Gothos diros Romani nominis hostes, suam nobilitatem Italico nomine designare voluisse.

Ista ratio tuta non est, quia potius Gothi in multis emulabantur imperium Romanum, vnde Reges appellabãtur Flauij; sicut Imperatores Romani: Ambrosius de Morales lib. 12. c. 3. ad fin. sic Alphonsus Rex Octauus eius nominis diuersis locis, diuersas coronas sumpsit, ad exemplum Imperatorũ: Gariuai. lib 12. c. 4.

Hinc interpretor tex. in l. 2. in proœmio libri fori iudicum. ibi, *Doncas establecemos, que los Reyes deuan*

deuan ser esleydos en la ciudad de Roma, o en aquel lugar donde murio el otro Rey. retulit Molina lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 2. nu. 11. Ac postmodum in annotationibus nu. 1. ait, esse manifestum codicum mendum, quia in Latinis non *in vrbe Roma* legitur, sed *in vrbe Regia*, & ita Gothi appellabant Toletum, vbi ferè semper fiebat Regis electio, vt cõstat ex Concilijs Toletanis, & antiquis historicis, itaque emendandam eam legem censet Molina. Idem dixit nouissimè Bobadilla in Polytica. lib. 2. c. 18. nu. 224.

24 Ego verò aio, eam legem de Toleto loqui, & Toleti debuisse Reges eligi, ac Toletum vrbem Regiam fuisse appellatam, sed non puto mutandam antiquam lectionem, quam omnium codicum fides commendat; ac praeterea, idem habetur in foro, qui vocatur de Sobrarbe, vbi (vt refert Ambrosius de Morales lib. 13. c. 2.) scribitur in haec verba. *Y que se alce el Rey en Roma, o en ciudad metropolitana de Arçebispo, o cathedral de Obispo.* Quid ergo ais? Per illa verba *en la ciudad de Roma*, Toletum designari, quod *Roma* fuit appellatũ. Gothi enim, qui emulari volebant Romanum Imperium, Toleto imposuerunt nomen *Roma*, nobilissimamque illam ciuitatem, totius Hispaniae facilè principem, Romam appellarũt. Indicat manifestè Iulianus Pomerius, siuè quisquis is fuit, in vita Sancti Illephonsi apud Surium die 23. Ianuarij. tomo 1. fol. 180. col. 4. vbi ait in haec verba. *Deindè post multum tempus decedente Sancto Eugenio, Regali violentia Toletum deducitur, atque ibidem Pontifex subrogatur. Cuius statim virtus enucleata in sede Romulea refulsit, & veluti facula ignea ardens omnem hespériam perlustrauit.* Habetur eadem verba in praefatione ad libros Sancti Illephonsi de perpetua Sanctae Dei genitricis Virginitate. tomo 8. Bibliothecae Sanctorum Patrum. Vides qualiter, sedem Toletanã vocat *sedem Romuleam*. Sic, quia Roma appellatur vrbs Regia. l. sed & reprobari. §. Romae philosophantes. ff. de excusatio. tutor. Glos. & Cagnol. nu. 235. in procemio digest. §. haec autem tria. Appellarunt etiam Toletum vrbẽ Regiam. Vide doctiss. Cardinalẽ Baronium in additio. ad Martyrolog. Rom. die 22. Iulij vbi ait, Aquileiam etiam vocatam fuisse Romam.

25 Redeo ad rẽ, Gothi ergo, qui Romanum Imperium emulabantur, & Toletum Romam appellabant, nobiles suos potuerũt vocare *Italicos*, & inde deduci potuit verbum *hydalgos*.

Displicet nihilominus hęc deriuatio, prout displicet Baezae d. num. 44. Ioanni Garzia de nobilitate. gl. 18. nu. 37. Bartholomeo Humada. in additio. ad Gregor. Lopez. in d. l. 2. tit. 21. parti. 2. gl. 8. nu. 1. & in procemio Partitarum. glos. 16. num. 2. Aceuedo in l. 1. tit. 2. lib. 6. Recopilatio. nu. 43.

43. Tum quia, non quadrat communi loquendi formulæ, qua dicimus *hijo dalgo*, imò & *fijo dalgo*, neque coniecturari poteſt, *fidalgo* diuiſum in *fijo dalgo*, ſed *fijo dalgo* ſyncopatũ in *fidalgo*. Tum quia, illa adiectio *ſegun fuero de Heſpaña*, eſſet falſa, & potius dicendũ eſſet, *ſegun fuero de Ytalia*. Tum quia, *hydalgo*, ſemper ſcribitur cum aſpiratione, imò cum f. *fidalgo*, & f, vt ferè ſemper, mutata fuit in h, *Italico* ſcribit ſine aſpiratione. Tum quia, ius Italicum non præſupponit nobilitatem, cum & Romæ eſſent plebeij, qui fruebantur iure Italico, *hydalgo* nobilitatem præſefert. Tum quia ante declinationem imperij Gothorum non reperitur hæc vox, vnde veroſimile eſt, tunc natam, quo tempore, & multis ante ſeculis, exulauerat ab Hiſpania ius Italicum.

Nouam expoſitionem attulit Gaſpar Baeza dicto cap. 16. nu. 43. & ſequent. quod *fidalgo* nihil aliud ſignificet, quàm *fijo dal godo*: natũ enim hoc nomen, cũ occupata à Mauris Hiſpania, indigenæ ad montuoſa Aſturicę loca accurrerunt, quo veriſimile eſt, confluxiſſe ex vniuerſa Hiſpania plures, tàm ex veteribus, & originarijs incolis, quàm ex deſcendentibus Romanorum, & Græcorum, quàm etiam aliarum nationum quæ Hiſpanias inundarunt, Alani, Vuandali, Sueui, Gothi. Inter quos veriſimile eſt, Gothos, qui dudum imperium tenuerant, præcelluiſſe: ideò Pelagius Rex electus fuit, quia ex ſanguine Regio Gothorum erat. Inter hos ergo, filium Gothi ſe vocabat, qui nobilitate præcedere volebat, vnde fluxit *fijo dal godo*, & inde per apocopen effectum eſt *fidalgo*. Suffragatur vſque ad nos deriuata parœmia, qua ſignificare volentes nobiliſsimũ quẽque, dicimus, *es de los godos*· ſiuè iure, ſiuè iniuria ab eis deſcendere, nobile putemus. Confirmat eam ſententiam Baeza, teſtimonio libri antiqui Malacenſis Eccleſiæ, vbi cũ verbum *fidalgo* ſcribitur, ſemper additur in fine littera D. & dicitur, *fidalgod*. Adducit etiam, quod Roderic. Archiepiſcop. Toletan. lib. 4. cap. 1. & 4. ait, *Pelagius cum reliquijs Gothorum*, quod generalis hiſtoria enũtiat, *Pelayo con los hijos dalgo*.

Sentit difficultatem Baeza, ex lege quadam Gtohorum, quæ ex nobilibus dicit eligendum Regẽ non ex plebeijs. vnde apparet, inter Gothos fuiſſe quoſdam nobiles, quoſdam ignobiles, quod nemo ſanus negare poterit; idque adeò fortè argumentum putauit Ioannes Garzia in tractat. nobilitat. gloſ. 18. numero 38. vt dixerit, errare leuiter, qui huic opinioni aſſentiuntur, diſplicet etiam Aceuedo, & Humadæ vbi ſupra.

Nihilominus mihi nimis arridet, neque moror propoſitã difficultatem, quia non dicimus, omnes Gothos nobiles fuiſſe, ſed inter

ter illam diuerſarum nationum colluuiem, Gothos etiam plebeios fuiſſe in pretio, vt nunc apud Indos Hiſpani viles nobilioribus Indis digniores ſunt. Itaque tũc fieri potuit, quod omnes Gothi, etſi inter Gothos plebeij, reſpectu cæterorum prò nobilibus haberentur, qua in re potuit eſſe latitudo, vt veteres nobiles eſſent nobiliores, iuxta adducta per Otaloram 2. par. c.3. nu. 20. illi tamẽ, qui ex Gothis olim plebeijs eſſent, adhuc eſſe ſe Gothos, nobilitatem ducerent: & ita ſe vocarent *fijo dal godo*. Adde quod *fidalgo* non eximiam, ſed mediam quandam nobilitatem denotat.

Rem hanc aliter declarauit l. 2. tit. 21. parti. 2. in hæc verba. *E porque eſtos fueron eſcogidos de buenos lugares, e con algo, que quiere decir en lẽguage de Heſpaña como bien, per eſo los llamaron fijos dalgo que mueſtra tanto como fijos de bien.* Placet hæc interpretatio Ioanni de Huarte in libello de examine ingenior. cap. 13. & Otaloræ, Aceuedo & Humadæ vbi ſuprà, qui ait, nihil aliud eſſe quærendum, cũ legem habeamus expreſſam. Ioannes Garzia de nobilitate. gl. 18. num. 37. non decere, ait, hominem Hiſpanum aliud ſentire, niſi planè ſiniſtrè ſentiat de legibus ſuis, & nu. 34. ac à num. 10. ibidẽ conatur oſtendere, hoc *algo* non eſſe quælibet bona, ſed baroniam cum vaſallis, quæ nobilitat, Tiraquell. de nobilit. cap. 7. nu. 6. Facit illud Diui Hieronymi, *Nobilitas mundi inueterata diuitiæ.* Opponit Baeza, non debere dici *hijo dalgo*, ſi hoc verum eſſet, ſed *padre de algo.* Sed ei facilè replicabitur, quod eſt Hebraiſmus, ſicut filius hominis, filius iniquitatis. Hiſpanè etiam dicimus *hyderuin hyde bellaco*, eodem ſenſu. Itaq; ſi aliud non obſtaret, ſtandum eſſet huic ethymologiæ. Sed mihi præcedens Baezæ opinio magis placet, neque ideò credo, violatarum legum actione à Ioanne Garzia poſſe conueniri.

Additur *hydalgos notorios*, vt oſtendatur, à nobili familia deſcẽdere, quæ omnibus nota eſt: iuxta adducta ab Otalora 2. par. cap. 4. num. 5.

De ſolar conocido, quia deſcendunt à nobili familia, quæ antiquam baroniam cum vaſallis poſſidet: hoc enim ſignificat *ſolar*. Otalora 2. parte cap. 4. numer. 8. Ioan. Garzia gloſ. 18. à numer. 10. præſertim num. 25.

De deuengar quinientos ſueldos ſegun fuero de Heſpaña, quare dicatur, varij varia dicũt, refert Monterroſus in praxi tracta. 6. & mirũ eſt, placere omnia Ioanni Garziæ de nobilitate. glo. 1. num. 11. Probabilius eſt, & receptius, qđ ex pluribus legibus colligitur, quæ cum de pœnis iniuriarum, & damni dati loquuntur, ſi facta eſt nobili pęnam imponunt quingentorum ſolidorum, ſi ignobili trecentorum. l. 85. l. 131. ſtyli. l. 11. lib. 4. ordinam. hodiè l. 11. tit.

3. lib.

3. lib. 6. Recopilation. l. 2. titulo 10. libro 8. eiusdem Recopilatio. ita Couaruui. de veter. coll. numismat. capit. 6. nume. 7. vers. en esta materia. Otalora 2.par.cap.4.num.12. & 14. Plaza in epit.delictor.c.2.num.10.& sequen.Gariuai.lib.12.cap.20. qui disputat,an dicendum sit, *de vengar*,an verò *de denengar*. Et Otalora d.nu.14.addit,dici *segun fuero de Hespaña*, quia id genus pœnarum prius consuetudine, & foris introductũ fuit. Sed de his satis.

SVMMARIA
Ex Capite sequenti.

1 *Maritus renuntiare non potest priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere possit.*
2 *Etiam addito iuramento.*
3 *Pater an possit simili priuilegio renuntiare? & quid ascendentes? & quid socer?*
4 *Neque mater renuntiare potest priuilegio,quod ei competit vt matri.*
5 *Mater tutrix an renuntiare possit priuilegio,quod ei cõpetit vt fœmina.*
6 *Et quid in alio debito quam ex causa tutelæ.*
7 *Alia fœmina tutrix an possit renuntiare priuilegio,quod habet,ne pro debito ciuili carceretur?*
8 *Et quid in debito ex alia causa, & nõ tutela?*
9 *Clericus an possit renuntiare priuilegio.cap.Odoardus.de solution.?*
10 *Et quid cum iuramento?*
11 *Monialis an renuntiet priuilegio.c. 2.de iud. lib.6.*
12 *Magistratus potest renuntiare priuilegio,ne inuitus in ius vocetur.*
13 *Filius potest renuntiare priuilegio,ne conueniatur vltra, quàm facere possit.*
14 *Egregia persona in vna causa potest renuntiare priuilegio, ne ad iudicem ire teneatur testimonij dicendi causa.*
15 *Et an generaliter possit huic priuilegio renuntiare?*
16 *Donator renuntiare potest priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere possit.*
17 *Et socius.*
18 *Doctores,& aduocati renuntiare possunt priuilegio, ne pro debito ciuili carcerentur.*
19 *Miles an possit renuntiare priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere possit?*
20 *Priuilegio Auth.hoc nisi debitor.C. de solution.an possit renuntiari?*
21 *Et quid cum iuramento?*

CAPVT XXIV.

De quibusdam alijs habentibus similia priuilegia, an possint illis renuntiare?

SVnt alij, qui simile, ac nobiles priuilegium habẽt, de quibus sigillatim, breuissimè tamen, dicẽdum nobis est: qui extendere vellet, fundamenta ex præcedentib. capitulis mutuet,necesse est.
1 Primò ergo quæro,an maritus

renuntiare posſit priuilegio, ne ab vxore conueniatur vltra, quā facere poſsit? Et certum eſt non poſſe, quia eſſet contra reuerentiam, quā vxores maritis debēt: l.alia.§.eleganter.ff.ſolu. matri.

2 An verò eiuſmodi renuntiatio iuramento firmetur? affirmauit Zaſius in l.maritum.num.35.ff.ſoluto matrim.& defendit Minchaca de ſucceſsio.creat.lib.3. §.28. nu.18.ac dicit verius Gutierrez. de iura.confir.1.par.c.16. nu.49.

Contrarium, imò eiuſmodi renuntiationem iuramento non cō firmari, verius eſt, quia id iuramē tum obligatorium non eſt, cum ſit contra bonos mores, quia iure diuino vxores iubentur reuereri viros ſuos: Paulus ad Epheſ. cap.5.Pet.1.cano.c.1.Ita Gloſ. & Bartol.num.9.Alex.nu.4.& communiter oēs, ac nouiſsimè Barboſa nu.25.& ſeq. in d.§.eleganter. Couarru.2.par. c.quamuis pactū. de pactis.lib.6. in initio nu.4. ad fin.Anton.Gomez.nume.49. in l. 53.Tauri Gaſpar Baeza de inope debitore. c.17. nū.37. Matthæus Brunus de ceſsione bonorum.q. 20.quęſtionis 4.principal.nu.22. qui teſtantur, eſſe receptiorem ſententiam.

3 Secundò quærò, an pater poſſit eidem priuilegio renuntiare? & dicendum eſt non poſſe, cum maiorem reuerentiam debeat filius patri, quàm vxor marito.Ita poſt Specul. & Ioan. Andræam, Alexan.nu.16. in d.§. eleganter. Baeza de inope debitore.cap.17. num. 35. neque iuramento eiuſmodi renuntiatio cōfirmabitur, Baeza ibidem nume.36. Idem in omnibus aſcendentibus dicendum eſt, Ioan.Matienzo gl.1. nu. 3.in l.10.tit.3.lib.5.Recopilatio.

Tertiò quæro, quid in ſocero? & pariter non valere renuntiationem, quia parentis loco habetur: l. quia.ff.ſoluto matrimo.dixit Baeza d.cap.17. nu.61. & 62.

4 Quartò quæro, quid in matre, an poſsit renuntiare priuilegio, quod ei cōpetit vt matri, ne poſſit conueniri vltra, quàm facere poſsit? & non valere renūtiationem, eadem ratione dicendum eſt: Bartol.in l.ſi quis ſub conditione.num.20.ff.de teſtamen.tutel. & in Auth. matri & auiæ. nū. 13.C.quand.muli.tutel.officio.ſequuntur omnes in ſequenti quęſtione citandi.

Quintò quæro, quid in matre, & alijs fœminis, an poſsint renūtiare priuilegio eis competenti, vt fœminis, ne pro debito ciuili carcerentur? Auth. hodie nouo iure.C.de cuſtod.reo.l.62.Tauri. hodie l.10.tit.13.lib.5.Recopila. vbi latè Matienzo, Dueñas reg. 312. Farinac. q. 27. à num. 22. & quatuor caſus conſiderādi ſunt.

5 Primus caſus eſt, in matre tutrice, & quæritur an poſsit renūtiare huic priuilegio, quod ei competit vt fœminæ, & non vt matri? & poſſe renuntiare, imò in generali renuntiatione omni legum auxilio videri renūtiaſſe, ac proinde carcerari poſſe, dixit Barto-

Bartolus num. 13. Saly cet. nume. 14. in Authent. matri & auiæ. C. quando muli. tutelæ offic. fung. poteſt. Eo fundamento, quod lex in hoc caſu tutelæ permittit, ꝙ renunciet omni legum auxilio, & ita permittit hanc renũtiationem, quæ aliàs nõ valeret, ſequũtur alij plures, quos referunt Farinac. d. quæſt. 27. num. 61. Baeza, Dueñas, Matiẽzo, Barboſa infrà citandi, & nouiſsimè aſſentitur Paulus Montanus in tract. de iure tutelar. c. 15. num 63.

Cõtrarium verius eſt, imò matrem ex cauſa tutelæ non poſſe carcerari, quauis renuntiatione non obſtante, etiam iurata, quia mater tutrix non deſinit eſſe mater, ideò ei reuerentia debetur à pupillis filijs, & ob eam reuerẽtiam non conuenitur, etiam ex cauſa tutelæ, vltra quàm facere poſsit: Bartol. num. 20. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtamen. tutel. & dictum eſt ſup. quod priuilegiũ qui habet, carcerari pro debito non poteſt: poſt alios Baeza de inope debitore. capit. 3. nume. 2. Caualcan. de tutore & curatore. nu. 325. Neque video qualiter conſiderauerit Bartolus illã 6 ſuam diſtinctionem, mater non renuntiat priuilegio ſibi competenti vt matri, ſed priuilegio ſibi competenti vt fœminæ, cum adhuc mater, quæ carcerari non poteſt. Et ita matrem tutricem non obſtante quauis renuntiatione non poſſe carcerari, dixerũt & 7 melius Præpoſitus in cap. ex parte. M. nu. 11. de appellatiõ. & alij plures quos referunt & ſequuntur Farinac. d. quæſt. 27. num. 62. Couarr. vbi ſup. nume. 7. & lib. 2. variar. capit. 1. num. 3. Brunus de ceſsione bonorum. quæſt. 1. quæſtionis 4. princip. nu. 2. Plaza de delictis. c. 34. num. 12. Baeza de decima tutori Hiſpan. præſtand. cap. 4. num. 78 Barboſa in d. §. eleganter. numero 24. & iſta videtur inter modernos communior opinio.

Paulus autem Montan. d. num. 13. ait, iſtorum opinionem poſſe ꝓcedere in ſecũdo capite actionis tutelaris de reliquorum reſtitutione, non verò in primò de edendis libris rationum, cuius implementum mater ſine aperto dolo negare non poteſt; ac proinde, niſi edat, eſſe carcerandam. Sed fallitur Mõtanus, quia filius aduerſus matrem actione de dolo agere non poteſt: l. non debet. ff. de dolo neque pietas patitur, ad inſtantiam filij matrem carcerari, maximè cum per aliam viã poſsit eſſe eidem conſultum, iurando in litem, & bona perſequendo.

Secundus caſus eſt, in matre extra cauſam tutelæ, & in hoc caſu non poſſe renuntiare, multò magis dicendum eſt, & in hoc concordant omnes relati in præcedenti caſu, tam qui pro, quàm qui contra tenent, cum ceſſet illa ratio tutelæ.

Tertius caſus eſt, an alia mulier quæ non eſt mater, in cauſa

tutelæ possit huic priuilegio renuntiare? puta, si ex forma statuti sorores, amitæ, vel aliæ fœminæ possunt gerere tutelam. Et non posse renuntiare, dixerunt Gabriel Sarayne ad Mathesilan. singul. 108. nu. 3. Plaza de delict. cap. 42. num. 12. Dueñas reg. 312. limit. 2. Farinac. d. quæst. 27. num. 62. quia esset in præiudicium sexus & ignominiam pudicitiæ: argumento text. in l. 2. §. sin autem dignitas. C. de iurament. calum. iuncta l. 1. C. de officio diuer. iudic. idem ait Caualcan. de tutore & curatore. num. 322.

Contrarium tenet manifestè Bart. d. num. 13. in Authen. matri & auiæ. & num 18. in d. l. si quis sub conditione. & omnes alij, qui cum eo tenent, quatenus etiam in matre volunt valere renuntiationem in causa tutelæ, nā à fortiori idem volunt in alia non matre, & in expresso ita tenent Socin. num. 40. in l. plerique. ff. de in ius vocand. Bal nouell. in tracta. de dote. part. 7. priuileg. 5. Matthæus Brunus in tract. de cessione bonor. 1. quæst. 4. quæstionis principal. num. 2. & multò magis Baeza & Barbosa in seq. casu citandi, vbi de ratione, & ita tenendum est.

8 Quartus casus est, cum quæritur, an alia fœmina, quæ non est mater, extra causam tutelæ possit renuntiare huic priuilegio, ne pro debito ciuili carceretur? Et non posse, dixit expressè Bartol. num. 18. in d. l. si quis sub conditione. ff. de testament. tutel. Florian. num. 3. in l. liber homo ff. ad leg. Aquil. Minchaca lib. 1. de successio. creat. § 4. nume. 49. ad fin. Socin. Sarayne, Bald. Nouell. Brunus, Plaza, Dueñas, Caualcan. vbi suprà.

Contrarium, imò valere eiusmodi renuntiationem, dixerunt Baeza de inope debitore. capit. 15. num. 15. & 16. Barbosa in dicto §. eleganter. num. 24. quia nō læditur publica honestas, dummodo mulier ponatur in carcere separato à carcere hominum, vt dixit Bald. in l. 1. numero 5. C. qui bon. ceder. poss. Pro istis facit potestas hæc, quam toto hoc tractatu probamus, quemlibet habere in se ipsum, ideoque posse se obligare ad carceres: suprà capit. 20. candem enim potestatem fœmina habet. Sed in generali renuntiatione non videri isti priuilegio renuntiatum, ait Baeza d. capit. 16. num. 40. Contrarium videtur receptius, Tiraquell. in præfatione l. si vnquam. numero 121. Bertazol. in tractat. clausul. clausu. 40. gloss. 6. num. 4.

9 Sextò quæro, an clericus possit renūtiare beneficio. c. Odoardus. de solution. & non posse, neque valere renuntiationem, quia esset dedecus totius ordinis clericalis, argum. tex. in cap. si diligenti. de foro compet. & c. contingit. de sentent. excom. dixere Io. And. nu. 9. Anto. de Butr. nu. 15 Io. de Imola nu. 22. Cardinal.

nal.q.4.Anchara.num.8. Barbat. num.2.in eod.c. Odoardus.Neuizanus consil.59.num.7.Baeza de inope debitore.c.17.num.5. Gutierrez. de iuramento confirmatorio.1.par c.17.nu.34.Couarru. lib.2.var.resolu.c.1. nu.9. Barbosa in d.§.eleganter.nu.20.Foller. in constit.si quis clericus.nu.27. tit.de Episcop.& cleric.

10 Quid verò si renuntiatio iurata sit? Et valere tenēt Gomez.in compendio vtriusque signat col. fin.Gutierrez.de iura.confirmat. 1.par. c. 17. nu.35.

Contrarium videtur verius, & ita tenent Couar. d. nu.9. Baeza d.c.17. num.6.Barbosa in d.§.eleganter.nu.23. Foller. in d. cōstit. si quis clericus. nume.28. Paz. in praxi.3.part.2.tomi.capit.vnico. num.6.

11 Septimò quæro, an moniales possint renuntiare priuilegio, quod habent, ne ad iudicem vocentur pro testimonio dicendo? Et clarum est,non posse,tex. in c. 2. de iudic.lib 6.ibi, *etiam si adhoc volūtas accederet earūdem*. Notant Fel. nu.3.in c.si qui testium.de testib. Couarru. in c. quamuis pactum. 2.part.in initio num.8. Baeza de inope debitore.c.16.nu.59.&62. Barbosa in d.§.eleganter. nu.12.

12 Octauò quærò, an magistratus possit renuntiare priuilegio, ne inuitus in ius vocetur? l.2. ff.de in ius vocan.l.1. ff. ex quib. caus. maior. Et non posse, dixit Barbosa num.16.in d.§.eleganter. Contrarium credo verius, maximè, quia potest per procuratorem comparere.

13 Nonò quæro, an filius possit renuntiare priuilegio, ne conueniatur à patre vltra, quàm facere possit? Et dicendum est,posse, ac valere renuntiationem, quia pater non debet filio reuerentiā, ac confidendum est de affectu paterno,quod pro filio forsan profuso aut sequiori vtilius consiliū capiet. Ita Baeza de inope debitore.c.17.nu.51. sublata enim reuerentia, remanet potestas hæc, quam asserimus.

14 Decimò quęro,an egregię personæ posint renuntiare priuilegio, ne teneantur ad iudicem venire pro testimonio dicendo? & duo sunt casus.

Primus casus est, cum quæritur,an in vna certa causa posint renuntiare? Et non posse dixit Cynus in l.nec honore.C.de Episcop. & cleri.sequuntur Roman. sing. 172. tu audiuisti. Alexand. num.4.in l.ad egregias.ff.de iure iuran.Fely.nu.3.in c.si qui testiū. de testib. Gomez. in §. pœnales. num.30.Insti.de actio. Didac.Perez.in l.1.tit.2.lib.4.ordinam. gl. 1.col.4.Viuius opin.928. Carauita super ritu 142.nu.10.Minchaca li.3. de success.creat.§.22.nu.83.

Contrarium verius est, quia suum priuilegium est, ne inuiti vocentur,& volentes ire possunt capi.2.de iudicijs.lib.6.l. quamuis. ff. de in ius vocand. Et ita valere renuntiationem, tenent Gloss. in l. inuiti. ff. de testibus

Gomezi.in cap.2.num.51. de iudic.lib.6.Roman. nume.4. Iason num.1. in d.l.ad egregias.Felyn. num.24.in cap.si diligenti.de foro compet.Baeza de inope debitore.c.16.num.41.Couar.2.part. c. quamuis pactum. in initio nume.6. Barbosa in d. §. eleganter. nu.10.Farinazi.q.77.nu.241.

25 Secundus est casus,cum queritur, an generaliter huic priuilegio possit persona egregia renũtiare? Et non posse,dixerunt Ias. Fely.Gomez.Farinac. vbi sup.

Contrarium, imò & hanc generalẽ renuntiationem valere, quia liberum est vnicuique, iuri pro se introducto renuntiare:l.si quis in conscribendo. C. de pactis.verius est, & tenent Couarr. d.nu.8.ad fin.Baeza d.c.16.num. 62.Barbosa in d.§. eleganter.numero 12.

26 Vndecimò quæro, an donator possit renũtiare priuilegio,quod habet, ne conueniatur vltra, quã facere possit? Et dicendum est posse, Bartol. & Alexand. nume. 16. Barbosa nume.35. in d.§.eleganter. Baeza d.cap.16.num.83. Brunus de cessione bonorũ.27. quæst.4.quæstionis princip.num. 6. quidquid inaduertenter dixerint addi.ad Roman. singul.124. Cattelian. Cotta in memoralib. verbo beneficium.

27 Duodecimò quæro, an socius possit eidem priuilegio renuntiare? Et pariter dicendum est, posse,quia ei reuerentia non debetur,Bar.Alex.Barbosa vbi sup. Baeza de inope debi. c.17. num. 65.Brun.de cess.bon.q.26.4.questionis princip.

18 Tertiodecimò q̃ro, an Doctores,& aduocati, qui non possunt pro debito carcerari: l.medicos. C.de profess.& medic.lib.10.Farinaci.q.27.num.77. possint huic priuilegio renuntiare? Et non posse, dixerunt Iacob.Emili.cõs. 17.num.20.Iacob.Benius in tracta.de priuileg. Iurisconsultorũ. part.2.priuil.49.nu.4. Farinac.d. q.27.num.84. facit Gutierrez.de iuramento confirm.1. part.c. 16. num. 52.

Contrariũ verius est, imò posse renuntiare, per argumenta adducta in c.praeced. & ita tenet Baeza de inope debit. c. 16. nu.153. & vsu obseruari ait Farinaz. vbi suprà num. 85.

19 Quartodecimò quæro, an miles posit renuntiare priuilegio suo, ne conueniatur vltra, quàm facere possit? l. miles ita.ff.de re iudic.Et renuntiare non posse,dixit sub verbo fortè.Ant.de Butr. cõs.41. vbi dicit,quod nõ firmat, firmant autem Alexand.num.16. in d.§.eleganter.Iason num.1. in d.l.miles ita.addit.ad Roma.singul.123. Brunus de cessio.bono. q. 11. questionis 4. principal. nu. 15.Cateli. Cotta in memoralibus verbo beneficium.Foller.in constit.si quis clericus. nu.28. tit.de Episcop. & cleric. Caualcan. de tutore & curato.num.223.nec displicet Baezæ de inope debitore.c.16. nu.82. & seq.

Mouen-

Mouentur isti primò, per text. in c.si diligenti. de foro compe. sed ille tex. specialis est in clericis, & ad alios trahi non potest, signãter ad milites, in quibus est in contrariũ text. expressus in l. si qs in cõscribendo. C.de pact.

Secundò, quia priuilegio competenti ratione personæ renuntiari nõ potest, Gl. in l.alia.§. elegãter.ff. soluto matri. Sed illa gl. intelligitur ratione personæ, cui debetur reuerentia, iuxta terminos illius § eleganter. vbi declarat Barbosa num. 20. & alij.

Tertiò, dicit Baeza, quia si ducatur in carcerẽ, Respublica amittet operas eius, & detrimentum capiet: argum. text. in l.milites. C.de locato. Sed vbi Respublica detrimentum non pateretur, hoc non procederet.

Contrarium, imò posse renuntiare dicit verius Ripa num.2. in l.miles. ff. de re iudicat. sequitur Barbosa in d.§.eleganter. nu.20. Pro his est tex. expressus in d.l. si quis in cõscribẽdo. C.de Episc. & cleric. ibi, *propter cingulum militiæ*. & facit potestas hæc in se ipsum, quam asserimus.

Posset tamen limitari, quando Respublica indigeret illo milite, vt quia esset in expeditione: iuxta ea quæ cõsiderat Baeza d. c.16.nu.83. & 99.

Quintodecimò & vltimò quæro, an beneficio Auth. hoc nisi debitor. C. de solutionibus possit renuntiari? & duo casus considerandi sunt.

20 Primus casus est, an simplex renũtiatio sine iuramẽto valeat, & non valere, dixit Iacob. de Belouiso in Auth. de fideiussor. §.si. sequuntur Alex. consil.37. nume. 6. lib.2 Gregor. Lopez. glo.3. in l. 3. tit.14. parti.5. Carroc. in tract. de oblationibus 2. part. q.10. nu. 66. eo fundamento, quia est simile beneficio cessionis bonorum, cui aiunt renuntiari non posse. Sed verius est, illi posse renuntiari, vt concludimus sup. c.22.

Ideò contrariũ, imò valere simplicem renũtiationem beneficij d. Auth. hoc nisi debitor, ex reg. l. si quis in conscribendo. C. de pact. dixerunt Cynus, Bald. Alberic. Fulg. & Salycet. in ead. Auth. hoc nisi debitor. Decius nu.25. Ripa num.28. Bolognet. nu.31. in l.2.§.mutui datio. ff. si cert. peta. Vincen. de Franch. decis.81. nu. 4. Baeza de inope debitore. c. 1. num.49. Ioan. Gutierrez.1. par. de iuramento confirmatorio. c. 29. nu.3. & hoc verius est.

21 Secundus casus est, quãdo interuenit iuramentũ, & licet Vincentius de Franchis d. decis. 81. nume.7. dicat, quod in hoc casu non adest contradictor, tamen quod etiam cum iuramento non valeat renuntiatio, dixit Ioseph. Ludouic. decis. Perus.64. nume. 10. part. 2.

Contrarium tamen, quod interposito iuramento valeat renũtiatio, sine dubio verius est, & tenent Gozad. conf.27.num.28. & conf.32. per totum. Alex. consil.

37.nu.25.lib.2.Iaſ.conſ.9. nu.19. lib.1.Rolan.à Valle conſ.6. num. 44.& conſ.53.num.47.lib.1. Baeza de inope debit.c.1.nu.50.& c. 16.nu.92.Gutierrez.d.c.29.nu.5. Ripa & Decius vbi ſup.Vincent. de Franchis d. deciſ.81.nume.7. Theſaur.deciſ.Pedem.153.nu.13. qui dicunt communem. Et amplius volunt,quod,quando iuratum eſt, ſoluere in pecunia, videatur huic beneficio renuntiatum, & opponi non poſsit, quia iuramentũ debet impleri in ſpecifica forma;de qua re plenè adducti per Anto.Gabriel.lib.2.cõmun.opin.tit.dè iureiuran. concluſ. 8. & alij alibi.

Et prædicta pro modo ſatis ſint, ad laudem, & gloriam Sanctiſsimę & indiuiduæ Trinitatis, Patris,& Filij,& Spiritus Sancti: glorioſæ Virginis Deiparæ Mariæ, Dominæ noſtræ,Sancti Apoſtoli Ioannis Euangeliſtæ, Sancti Balthaſaris,S.Laurentij, S.Barbaciani, & S. Nicomedis patronorum meorum.

F I N I S.

Exiguum habes Lector opus, luſum & iuuentam noſtram. De quo quam varia futura ſunt hominum iudicia, valdè rerum humanarum ignarus ſim, ſi neſciam: eorum maximè, qui ea tantum legunt, quæ ad forenſes controuerſias ſpectant, cætera faſtidiunt. Quos ipſe nihil moror. Tu, qui perlegiſti, vel damna. Illud autem ſcito, auſpicatum me ab hoc libello lucubrationum mearum editionem, vt publicum iudicium experiar. Si placuerit, grauiora, quæ affecta habeo, dimittam: ſin minus, comprimam. Vale.

INDEX MATERIARVM.

B.

Ca-

Cre-

G.

H.

Mor-

Patri

S.

T.

FINIS.